

18

18

18


18

18

18

18

No A
1-346



U 7

REC	1 Hr
MAN	
FILE	A
DEPT	1
T	346

26




Handwritten scribbles



Jose Maria, So. phy

Lum



U 700

RECEIVED	10/10
NOV 10 1910	
Sale	A
NOV 10 1910	1
T	346

26 to 27

No. 7
3-104


2100

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA
M. M. M.

Jesus Maria y So. 1874

Don Juan

[Faint, illegible handwritten scribbles]



de collegio de la comp. de Jesus de Granada
B. 1569

P. VIRGILII

MARONIS

BVCOLICA, GEORGICA,

ET AENEIGS.

NICOLAI ERYTHRAEI I. C.

opera in pristinam lectionem restituta,
& ad rationem eius Indicis digesta.

ADDITIS EIVSDEM ERYTHRAEI

*Scholijs, ad ea, quae aliorum antebac circumfereban-
tur, apprimè vtilibus: quae cuiusmodi sint,
sequens epistola indicabit.*

His accedit diligens obseruatio cum licentiæ omnis, tum
diligentiæ Maronianæ in metris: Quarum rerum
Capita versa pagina commonstrabit.

CVM PRIVILEGIIS.



VENETIIS, M D CII.

Apud Hæredes Melchioris Sessæ.

- 1 De Poematis Styli generibus.
- 2 De Hexametri Heorici origine, cognominibus, & figuris.
- 3 Daetylum in fine Hexametri nūquam collocari: & De Hypermetro versu, & Hypercatalectico.
- 4 De Admissione Anapesti, & Proceleusmatici; vnde versus Acephali.
- 5 De admissione Tribrachi } Vnde versus.
- 6 De admissione Iambi & Trochei } Lagari.
- 6 De Symphonese, Synecphonese, Synizesi, Crasi, & Syneresi.
- 7 De Synalœphe & Ecclipsis.
- 8 In quibus non fit Synalœphe apud Poetam.
- 9 De laudabili Complosione.
- 10 De Cœsura secus quàm alij hæctenus.
- 11 Semiquinariam Cœsuram plerunque fini versus respondere.
- 12 Participio finiti versus laudabiles, } contra Ser-
- 13 Monosyllabo finiti versus laudabiles, } uum & alios.
- 14 Haec quibus modis moueatur.

NICOLAUS ERYTHRÆVS

VENETVS I. C.

FRANCISCO CONTARENO

M. ANTONII F.

amicorum optimo S. P. D.



T Patavij, quum iuri civili operam
daremus, & Venetijs, vbi iam a
prima ætate coniunctissimè viui-
mus: quum tecum sæpe, vt fit, illius
mei consilij rationem conferrem,
quo iam annos multos, noctes dief
que efficere contendimus, quò in
promptu habeant studiosi, & qui-

bus verbis, de quacunq; re dicere, aut scribere cogitèr,
id copiosè & ornatè eloqui possint, & res ipsas, quas
eloquantur q̄ prudētissime, ac sapiētissime inueniāt:
non modo tu quidem me de altissimo gradu cogita-
tionū mearum nō deiecisti: sed egisti ita mecum sepius,
vt iam desperatam tantam prouinciam cogitantem de-
ferere, in pristino consilio cōfirmares. Præsertim quū
intelligeres ad eam conficiendā, me iam in vniuersos,
cum Græcæ, tū Latine lingue optimos quosq; autho-
res, locupletissimos Indices cōparasse. Et q̄a animad-
uertebas ad id opus, qđ magnū omnino, atque arduum
conamur, non modo summos animi, corporisq; labo-
res afferri oportere: sed èt magna vi pecuniarū, ad eos
sumptus incredibiles faciēdos, quos vix dū inchoatus
labor a nobis exigeret, opus esse: reuocasti ipse me se-
pe ad institutū negociū, iam perficere incipientē time-
re: atq; abiectum animū his verbis amantissimis, ac ho-
norificis subleuasti. O præclaras, inquis, cogitationes
tuas mi Erythræe: quibus Herculeæ quadam audacia or-
bem literarū aggressus, & authores a tot terrificis mon-

stris vindicare non desinis: & Latinā ac Græcam linguā
in eum vsum proferre cōtendis, qui olim mediis Athe
nis, mediāq; Roma natus esset. Noli tibi tantum glorię
inuidere, sed in eo, quod cepisti perge, cū tu omnibus
studiosis tantū profuturus sis, quantum post homines
natos alius nemo, si modo tuos labores nobis nō inui
deris. Sequetur te tāti immortalis gloria facti, est enim
τιμὴ θεῶν ἀγαθὴν. Nec te quęro deterreat sumptus, qui
futuri sunt, incredibiles. Eucisti profecto (mihi crede,
eucisti magnā operis partē, tot fidelissimis indicibus
cōparatis, si bene tui consilij particeps sum: quę sociū,
ac ministrū haberes, ni dolor hic pedum, atq; manū,
deniq; totius corporis me perpetuo malē haberet. Sed
huiusmodi præclarę cogitationes, vt tuus iquit Poeta,
inō noster, non sine Deorum numine eueniunt. Itaq;
aderit derepēte tibi Deus aliquis improuisus, qui tuos
sumptus tam vtilēs futuros omnibus sustinebit. Interea
autem, vt de me tibi denuo pollicear: nihil est in re mea
familiari, qua satis tenui sumus, quod malim meū esse,
quam tuum. Quibus verbis & aliis reuocatus, opus re
fumo: ad incudem redeo: magnis vigiliis, ac laboribus
vrgeo: omnia assidua opera peruinco. Editionē deniq;
orno: non eā quidem, quam supra loquebamur, sed cer
tē auctorū omnium cum Gręcorū, tum Latinorū,
atque in eos Indicū certissimorum, vt illis ita descri
ptis, & facilius ad rem nostram perficiendā vtamur, &
habeāt interea studiosi, dū libri illi nostri maturuerint,
quo leniant ipsorum, vt ais, desiderium. Quib. fortassē
Indicibus (absit inuidia verbo) nō minori cōpendio ad
eloquentiā perueniant (si modo studiosē, & quadā in
dagatrice solertia euoluant) quā si cōmentaria nostra
summa (vt volumus) arte ad inueniendum digesta, exa
ctissimeq; perscripta, legissent. Et vel hinc quid spei no
strorum laborum futurum sit, faciliē intelligant. A Vir
giliō itaq; Poetarum summo auspiciari malui, qđ ma
ximē in manibus omnium. Diuinus vates meritō esset.
quod eo libētius feci, quōd intelligerē te huius lectio
ne plu-

ñe plurimum delectari. Tibi igitur amicorum antistiti,
 Patricio Veneto, Venetum Virgiliū Poetarum facile
 antistitem Venetus ego nūcupo. At quæ isthęc inquires
 alienæ rei nuncupatio? Facit sanè veterum authorum
 castigata cognitio, vt, dū vulnera, quæ vel à librarijs
 imperitis, vel a Grammaticis audaculis acceperint, ob-
 ducuntur: contractasq; per tot secula assidua imperito-
 rû contrectatione veluti maculas eluimus, atq; detergi-
 mus: nescio quo pacto libri isti renascantur, liberiq; no-
 stri fiant, quasi iure quodã adoptionis. Hanc igitur Poe-
 tæ *παλιγγενεσίαν* tibi mitto, atq; ita studiosis omnibus
 à te mitto. In qua non modo id diligēter operam dedi-
 mus, vt Chartarum ratio cū nostro Indice optimè cō-
 grueret: Verū lectionem ipsam ita interpūximus, ita re-
 stituimus, vt saepe sententiæ, quæ alioqui iacerent, q; q;
 deprauatæ essent, & i maiestaté pristinã cōsurrexerint,
 & genuinū nitorē receperint. Orthographiã receptio-
 rem secuti sumus: Voculationes, atq; apices aliquot di-
 ctionibus idoneos inscripsimus: Syllabarum autē licen-
 tiam, si quando ea Poeta vitur (vitur autem persæpe)
 versuum item aliquot dimētionem paulo obscuriorē,
 productionis, aut correptionis notis, veluti digito, de-
 mōstrauimus: vt, quæ antea diligētissimus lector, idēq;
 doctissimus vix animaduertere posset: nūc Pueri, etiam
 rudiores, nullo negotio vel cōnuentibus oculis &
 cernere valeant, & obseruare. in Scholijs verò ita ver-
 sati sumus, vt Poeta *μίμησιν*, Theocritiam scilicet in Bu-
 colicis, in Georgicis Hesiodicã, Homericãq; in Aenei-
 de, item Lucretiam, ac aliorum monstrarem. Figuras
τῆς λέξεως, καὶ διανοίας non præteriuimus. Artificium
 item Rhetoricum accuratè suis nominibus, veluti co-
 loribus, distinximus. Semiuersus, & versus, eique sin-
 guli, bini, terni, & si qui plures aliquoties iterantur, vbi
 id fiat, fideliter indicauimus. Idem præstitimus in locis
 alijs alia ratione similibus, aut dissimilibus cognoscen-
 dis. Vocabulis recentioribus aliquot vetera locorū no-
 mina, aliarumq; rerum illustrauimus. Locis plerisq; ob-

Quæ Ery-
 thraei dili-
 gētia in hac
 Virg editio-
 ne præterit
 Distinctio
 lectionis.
 Emēdatio.
 Orthogra-
 phia.
 Voculatio-
 nes Syllaba-
 rû licentia.
 Mensus ver-
 suum.
 Scholiorū
 ratio.
 Imitatio
 poetæ.
 Figura.
 Colores.
 Semiuersus
 & versus
 iterati.
 Loca simi-
 lia & diffi-
 milia.
 Vocabula
 recentiora
 antiquis
 reddita.

Loci illu-
strati.
Lect. varia.

Artificiū,
numere si-
tasq; Virgi-
liani carmi-
nis.

Alliteratio.

Allitera ex
interuallo.
Syllabarum
Annominati-
o.

Alphacif-
mus.
Cappacif-
mus.
Deltacif-
mus & fi-
milia.
Alliteratio.

fcuris lucem attulimus. Nihil ab antiquis, aut recentio-
ribus expensum, omisimus. Lectionis varietatem ex ve-
tustorum Grammaticorum, & codicum fide Asteriscis
prenotauimus. Iam plura huiusmodi comemorare pre-
tereo, illic tamen non preterita. Sed vnum illud potif-
simum addā, quod summi Vatis artificium, Virgilianiq;
versus numerositatem, cuius solus Poeta hic apprimè
studiosus fuisse videtur, ita quandoque expendimus: vt
facile intelligamus, quā verissimè de eius emendatissi-
mo Georgico carmen dictum sit.

Virgilio annuerunt gaudentes rure Camcenæ.

Qua in re noua prestāda, nouis etiam vocabulis opus
fuit, quorum abs te, ceterisq; doctissimis veniam mihi
dari postulo. Alliterationem enim placuit nominare,
quod è literarum allusione cōstet, eam figuram, siue or-
natus condimentum, quo frequentissime Poeta vitur,
quum aut Leuitas, aut Asperitas, aut Obusio, aut Exi-
bilatio rei, de qua agitur aptissima quæritur. Ea autem
fit (quod tu optime omnium nosti) quoties Dictiones
continuatæ vel binæ, vel ternæ, vel quaternæ ab iisdem
primis literis incipiunt, vt:

Et sola in sicca secum spatiat arena.

&

Stat pecus omne metu mutum: mussantq; iuuençæ.

Sed quia nec incōcinna illa literarū allusio est, quum
ex interuallo dictionis vnus adsonat: eam Alliteratio-
nem ex interuallo consueuimus appellare.

At verò quum cōtinuatæ dictiones, aut ex interuallo, si
bi inuicem iisdem syllabis cōsonant: eum assultum, Syl-
labarum Annominationē vocamus. Verum Alliteratio-
nem, quæ ternatim, vel quaternatim positis dictionib.
iucūdius adsonat, ab ipsis literis, a quibus assultus ille
fit artificiosissimus, Grecè, qđ fieri Latine minus felici-
ter poterat, nominauimus, vt ab aaa Alphacismus, a ecc
Cappacismus, a ddd Deltacismus, atq; eodē in ceteris
modo. Quibus vocabulis ea tātū loca κατεξοχη indica-
uimus, vbi ter ad minus Alliteratio ipsa blādus, vt di-
cebā, alludat: qđ ibi aures magis intentę sint. Nam cum

binatim

binatim consonant, Alliterationis solo vocabulo cō-
tenti fuimus. Atque in hac ipsa re asserenda, audacter a
nobis factum, non ignoras, Cōtarene doctissime. quip-
pe qui nihil Grammaticorum ferulas veriti, quę isti, vt
vitia, vitanda tanquam scopulos, præciperent: nos Iota-
cismum, Myracismum, Labdacismum, Gomeçoprophe-
ron, Dispropheron, Polyfigna, vel cuiuslibet literę af-
fiduitatem repetitam, vt:

Sale saxa sonabant.

Casus Cassandra canebat.

ad summum artificium, atque diligētiam Maronianam
referamus. Quę itidem a nobis, suis tamen locis reddi-
ta, laudabile carmen nostrum, ac Maroniano simile effi-
ciāt. De quib. omnibus plura etiam tecum corām, & in
eo libro, in quo perfectum Poetam instituendum sus-
cepimus. Hęc autē hactenus, non quò te doctissimum
ducē, sed vt p̄ huiusmodi epistolę munus, huiusce no-
strę Virgilianę editionis, & nostrorū Scholiorū studio
fis vtcunque ratio constaret. Quorum etiam solidā gra-
tiam, si qua modo cōsecutura nos foret, tibi omnino
deberi, & petimus, & rogamus. quo nō modo consilii
huius nō abijciendi hortatore vsus sum, sed etiam per-
ficiendi consiliario, & liberalissimo adiutore.

Nos vero iā omnium fortunas superasse videbimur, si
ea, quę secuti sumus, quę ve te velle videbamus, tibi af-
secuti esse videamur. Omnē omnino operā dedimus,
vt, si vnquam aliās, nunc maximē Maro noster (quod
& olim egregius ipsius admirator, ac laudator Cęsar
Aug. promiserat.) laudetur: vigeat: placeat: relegatur:
ametur. Etiam atque etiam Vale: & me, vt facis, ama-
amore illo tuo singulari.

Venetijs. Kal. Martijs. M D XXXIX.



De Poëmatici Styli generibus.



Orum, quæ mente, animoq; concepimus, omnis nostra Expositio fit aut Oratione, quæ numeris, qui Græcè ῥυθμοὶ dicuntur, ita composita est, ut μέτρα sint, quæ & σοῦξια Græci, Latini Versus, Carmina, & Modos vocant. Aut soluta hac lege libera fertur, quã Profsam vocamus, quasi promissam, quòd procedentẽ nulla compositionis necessitas ad eãdem legem retorqueat, atque conuertat. Quanquã & hac suis numeris incerta tamen lege, in clausulam decurrit: de quibus in Ciceronis Indice plenissimè disputauimus.

Rursum, cum quid exponimus iuxta Platonis diuisionem aut Narratione, utimur, ipse ἀπλὴν διήγησιν, vel διαπαγγελίαν τῆ τιμῶν nominat. vel Actione, vel Mixto.

Narratio est omnis oratio, qua aliquid esse, aut non esse: quaq; quid, ac quale sit, vel non sit, refertur. Quales sunt omnes Disputationes, & Historiæ siue rerum gestarum, siue fictarum: in quo genere sola apparet authoris persona. Hunc Characterem ἐξηγηματικὸν, id est, Narratiuum, vel Expositiuum vocant Grammatici: seu ἀπολογητικὸν. Cuius generis exempla sunt, ut nunquam a Poëta nostro discedamus Virgiliana. Idyllia Bucolica. quorum initium est.

Sicelides Musæ paulo maiora canamus.

Prima Syracuso dignata est ludere versu.

Et Tres libri Georgicorum, & prima pars quarti, vsque ad Aristæi Fabulam.

Actio autem tota est in imitatione, cum author ser-
monem omnem in Personas confert: a quibus res agi
videntur, nō narrari: quo genere scriptus est Ciceronis
Cato, & Lalius; item Tragœdia omnes, & Come-
dia: & Virgilij Poëmata Bucolica: quæ incipiunt.

Tityre tu patulæ recubans sub tegmine fagi,

Dic mihi Damœta: cuium pecus? an Melibœi?

Cur non Mopse (boni quoniam conuenimus ambo,)

Quo te Meri pedes? an, quò via ducit, in urbem?

Græci ἀρματιῶν appellant. ἀράν. n. agere dicitur. Vbi

verò author & suam personam admiscet, ibi genus Cō-

mune, vel Mistum, Græci κοινόν, vel μιστόν, vel δὲ

ἀμφότερον. Quo genere scripta est Aeneis, Extre-

ma pars quarti Georg. & Poëmata Bucolica

Formosum pastor.

Prima Syracusio.

Pastorum Musam.

Nam & Poëta illic, & introductæ persone loquuntur.

Præterea, quia eorum, quæ tractantur, tres sunt qua-

litates, pro qualitate negotiorum, & personarum, singu-

lis singuli sui Characteres sunt adinuenti.

Humilis, quo Humilia tractantur, ut Bucolica, in-

quibus & humiles personæ humilibus quoq; sentiētijs

& comparationibus vtuntur: vtuntur & verbis, ut:

Atque humiles habitares casas: & figere ceruos.

In Mediocri versantur Georgici libri illi, ut La-

Etantius Firmianus appellat, emendatissimi: quia Di-

dascalici sunt. vnde & illix Testa verbum mediocris

Characteris est: & sentiētiæ figuręq; omnes mediocres

sunt: quas tamen (ut scribit Horatius.

Virgilio

Virgilio annuerunt gaudentes rure Camæna.

Grandiloquo, magnumque sonanti Divina Aeneis
conscripta est. Quare & in ea humilitatis vitandę cau-
sa Poëta ait :

Pendent Lychni laquearibus aureis . ne lucernæ dice-
ret. Quanquàm incidit interdum occasio, ut Bucoli-
co quoq; carmine res paulo grauiores tractētur. Quod
quia contra legem Bucolici Characteris esset, iccirco
Poëtam praesari licentię veniam oportuit . ait enim :
Sicelides Muse paulò maiora canamus.

Sunt præter prædictos, Styli dicēdi quatuor. μακρὸς,
id est, Copiosus. βραχὺς id est, Breuis. μέσος, id est,
Medius: quem & Siccū quidam è nostris appellant.
& quartus ἀντηρὸς, id est, Floridus & Amœnus.

Addit insuper Auianus apud Macrob. Saturn.
V. c. 1. Maturum & Grauem, eiq; contrarium Ar-
dentem & Erectum & infensum . in quibus omnibus
Maronem excelluisse, prolatis testimonijs probat : quæ
illic, & si pauca, interea legisse contentus fueris : nihil
hic super ea re diligentiam requirens nostram : qui de
Hexametri Virgiliani figuris, deq; eius ratione metri-
ca potissimum accedimus ad scribendum.

De Hexametri origine & cognominibus.

Versus Hexameter, qui & Latinè Senarius, ex
eo dicitur : quòd sex habeat dimensiones : è sex
enim pedibus constat : iisque olim Spondais omni-
bus . ex quo & Spondaicus μονοσπονδαϊκὸς dicitur.
Quem & Pythium ideo appellatum ferunt: quod,
cūm Apollo Pythona Serpentem Delphis in matris
vitionem interfecit, arcum intenderet, accola pri-

mum

num terrore deiecti, vel nymphæ potius ut scribit Por-
tunatianus, eum hoc tunc primum composito ex sex
Spondeis carmine, sic animarunt.

in --- παύειν --- in --- παύειν --- in --- παύειν --- De-
inde rei successu lata eundem versum concitata voce
in v. --- παύειν v. --- in v. --- παύειν v. --- in v. --- παύειν v. --- iota
scilicet in in & πα in παύειν, etiam syllabis diuersa
ratione modo productis, modo correptis. Carmen
etiã si mendosum, & fabulã referat pluribus Athe-
neus, quam & Pollux attigit apud Græcos, & apud
nostros Diomedes, loco tamen correctissimo. Sed & Te-
rentianus his versibus.

Hexametros tradit genitos duo prima vetustas.

Herous ille est, hunc vocat Ἰάμβικον.

Nam pedibus senis constare videmus utrunque.

Diuersa quanquã lex sit ambobus pedum.

Additur hæc gemino non absona fabula metro,

Seu verares est, spectet authorem fides.

Cum puer infestis premeret Pythõna sagittis

Apollo, Delphici feruntur accolæ

Hortantes acuisse animum bellantis, ut illos

Metus habebat, aut propinqua adoria,

Tendebat geminas pauida exclamatio voces.

in --- παύειν --- ἴ --- παύειν --- in --- παύειν ---

Spōdē is il lūm pri mō nā tūm cēr nis sex,

ēx pār tē wō ces cōncī tās lætī dābānt,

in v. --- παύειν v. --- in v. --- παύειν v. --- in v. --- παύειν v. ---

ēt hīnc pēdūm tōi ōrtūs ēst ἰάμβικūs.

Beda vero refert Pythium ante Homerum ideo di-
ctum, quod Apollinis Delphici oracula illo sint me-
tro

tro edita . puto ego resoluta Spondæi altera syllaba sine
damno temporis, Dactylo quoque suscepto in omnibus
locis indifferenter, præter quàm in nouissimo . unde &
Dactylicus appellatus, a quo hunc primum omnium
redditum ferunt.

Συμφέρετε πτερὰ οἰωνοὶ ἀνθι δαρμέλισσαι.

Quod longè ante factum est, quàm Pherocydes Sy-
rus Prosam ex versu traxerit dissoluto, tempore Cyri
Regis. Dicitur & Deliacus ab Apolline Delio. quia
hoc genere carminis Phenomene Apollinis vates vati-
cinata est. Έπος quoque dicitur à consequentia, vt
Græcis placet, ὄπιτα ἐφεξῆς τοῖς πρώτοις ἔπεται, vel a
contextu verborum. Herous denique, vel Heroicus
quia gesta virorum fortium, hoc est, τῶν ἡρώων, vt
Herculis, Achillis, Hectoris, Ulyssis, Aeneæ, &
similium, Homerus primus hoc carmine celebrauerit.
Unde Horat.

Res gesta Regumq; , Ducumq; , & tristia bella,
Quo scribi possent numero, monstrauit Homerus.
Alij dicunt, quòd vetustissimus fuerit hic versus.
Heroica enim veteres maximè antiqua dixerunt.

Alij quia Heroo pede præcipue constat, qui Dactylus
est. Nam et propriè Heroicū metrum dici tradit Man-
lius, quod post quinque: Dactylos Spondeo clauditur, vt
āt tūbā-- uu tēribī -- uu li sōnī -- uu tū prōcūl -- uu ārē
cā -- uu nōrō ---.

Et sanè cum ex omnibus Spondæis versus Heroicus
(vt dicebamus) primum sit constitutus: huius tamen
exemplum vix extat tam apud Græcos, quàm apud
Latinos. At vbi Spondæis, resoluta posteriore sylla-
ba.

ba, Dactylum sine aliqua temporis iactura aequalium
 partium dimensione in societatem per omnes regiones
 indifferenter assumpsit, retenta sibi propria nouissima,
 hac lege, ut eam Dactylus nunquam inuadat. assigna-
 taque eidem Dactylo proxima, ita ut eam Spondæus
 ipse quam rarissimè ineat, idque causa tantum veteris
 possessionis testificanda sua, ne penitus de eo loco de-
 cessisse videretur: tantum placuit tarditas Spondæi
 Dactyli celeritate temperata: vt non nisi hac forma
 Dactylica Senaria, vt perfectissima in vsu manserit.

De duabus & triginta figuris Heroici.

EX hac igitur Spondæi & Dactyli legitimorum
 pedum per singulas sedes variatione versus Heroi-
 cus recipit figuras triginta duas: quarum tres sunt
 Modi.

Primus modus est *Μορρορηατιμὸς*, id est, unius Fi-
 guræ, cum versus X II. syllabarum existens, ex omni-
 bus Spondæis fuerit. Vocaturq; inde Spondæicus, qui et
 à quibusdam *Μολοσσικός*. Qualis apud Maronem nō
 reperitur. vix enim extat apud Latinos. vt Lucretij il-
 lud in VI.

ān cælūm nōbīs nātūra ūl trōcōr rūptūm.

Vt errent, qui pro Virgiliano citant hunc, tanquam ex
 omni parte Spondæis conflatum:

Aūt lē --- ūīs lān ---- cēs lēn --- tō dū ---- cūnt
 ār --- gēntō --- Nam Virgilius reliquit.

Aūt lēūīs ōcrēās lēntō dūcūnt ārgēntō.

Quem versus Diomedes, ut exemplo aliquatenus
 Virgiliano vteretur (quæ fuit veterum Grammatico-
 rum religio, vt a Virgilio semper suarum traditionum
 exempla

exempla peterent) omni ex parte Spondaicum consti-
tuit, pro Ocreas, quod illic legitur, Lancés reposi-
to. quanquam Diomedis, hæcenus quos vidi codices,
Ocreas habent inemendatè. Quòd si auctus numero
quinque syllabarum, omnes habeat Dactylos, præter
ultimum, qui semper Spondæus esse debet, vel pro Spō
deo Trocheus, Μορὸχνημάτῃκος item erit, alterius figu-
ræ, quippe Dactylicus hic dicetur, qualis est ille.
Sed fugi t. - uu intèrè - uu fugi t. - uu irrè pā. - uu rābi-
lè - uu tēpūs - v.

Habet ita modus hic duas figuras: alteram
ex Spondæis omnibus: ex quinque Dactylis alte-
ram.

Secundus modus est πεντακαχνηματῖνος, id est, Fi-
gurarum quinque, cūm versus, qui est XVI Silla-
barum, de quinque pedibus vnum habet Spondæum,
variè per quinque regiones mutatum. vt est vna earum
species in hoc versu.

Nōn è qui - uu dem innū dē - uu ò mī - rōr māgī s - uu
ūndī quē - uu tōtīs -

Vel è conuerso tredecim Syllabarum existens, de quin-
que pedibus vnum habet Dactylum, promiscuè per
quinque sedes percurrentem. & est vna species quin-
que figurarum hæc.

Cūm fū - no ætēr - nūm sēr - uāns sūb - pēctore -
uu vūlnūs - v.

Sic habet hic modus figuras decem. Quinque, cūm
vnus Spondæus quatuor inter Dyctylos variatur: &
item quinque, cūm vnus Dactylus inter IIII Spon-
dæos.

Tertius

Tertius modus est *δισαχίματος*, id est, Figurarum decem, cum versus Syllabarum XV, de quinque pedibus duos habet Spondeos, variè per quinque sedes percurrentes. vna species figurarum hæc est.

ārmā vī - vv rūm' quē cā - vv . nō Trō -- iā quī -- prī-
mūs āb - vv ōvīs --

Vel contrā, cum est Syllabarum XIII, & de quinque pedibus duos habet Daetylos promiscue per quinque regiones variatos: cuiusmodi est vnius figuræ.

Multā quō - vv que ēt bēl -- lō pas - sūs aūm - cōndē-
rēt - vv ūrbēm. v

Habet igitur hic modus Figuras viginti. X, cum duo Spondei inter tres Daetylos variantur, totidem, cum contrā duo Daetyli inter Spondeos tres. Erunt itaque Figure Heroici versus Primi modi duæ. Secundi X. Tertij XX. Atq; omnes simul duæ & triginta. Quas etiam alia ratione tot esse facile colligemus: si computantes quot singula loca metri cuiusque pedes admittant, multiplicabimus numerum pedum, quos singula priora loca recipiunt, per numerum pedum, quos accipiunt loca consequentia, hoc modo in Heroico Primus locus duos recipit pedes Spondeum & Daetylum. Secundus item duos. bis duo autem sunt quatuor. Tertius quoque duos. bis autem quatuor sunt octo. Quartus etiam duos. bis autem octo sunt sedecim. & Quintus item duos. bis autem sedecim sunt duo & triginta. quotuplex est omnis Spondei & Daetyli variatio in hoc versu. Eodem modo & in Iambico. qui est mille centum & viginti Figurarum. Sed cum certior aure arbiter oculus sit, magisque veritas
oculata

oculata fide, quam per aures animis adolescentium il-
 labatur, ideo operæpretium fore existimauimus, si post
 hanc narrationem, duas & triginta Figuras Heroici
 versus breui & longa notatas accentibus, exemploque
 Virgiliano approbatas, subscriberemus: quatenus pos-
 sint & auribus, & oculorum inspectione adolescentes
 perfectissimam harum Figurarum notitiam adipisci. In
 quo etiam eruditus non ingratus facturos putamus: præ-
 fertim cum de hac ipsa re locus, qui solus apud Lati-
 nos extat, quippe Doctissimum Grammaticorum
 Diomedem, ita breuis sit, ita corruptus, ut vix per-
 cipi possit.

OMNES SPONDAEI.

ΜΟΝΟΣΧΗΜΑΤΙΚΟΣ V E R S V S .

— — — — —
 Olli respon dit rex Alba i lon ga i.

OMNES DACTYLI, PRAE-
 TER SEXTVM.

ΜΟΝΟΣΧΗΜΑΤΙΚΟΣ V E R S V S .

-uu -uu - uu -uu -u u -
 355.2. Panditur intere a domus omnipo tentis Olympi.

SPONDAEVS INTER IIII.
 DACTYLOS VARIATVS.

ΠΕΝΤΑΣΧΗΜΑΤΙΚΟΙ V E R S V S .

--- -- uu -u u - uu -uu ---
 5.2. Formo sam reso nare do ces Ama ryllida syluas.
 Sape

Huiusmodi exemplum Virgilij non extat

- 2.1. *Paſto res qui um tene ros de pellere factus*
-UU -UU -UU -UU
- 1.2. *Sylue fremtenu i Mu sam medi taris a uena*
-UU -UU -UU -UU
- 1.9. *Ille me as er rarebo ues, vt cernis, & ipsum*
-UU -UU -UU -UU
- 164.12. *Cum soci is na toq; pe natibus, & ma gnus Dijs.*
-UU -UU -UU -UU
- 1.3. *Nos patri æſi nes, & dulcia linquimus arua*
-UU -UU -UU -UU
- 295.21 *Ardea, Cruſtume riq; & turrige vā An temne*
-UU -UU -UU -UU
- 1.29. *Sed tamen, iſte De us qui ſit, da Tityre nobis*
-UU -UU -UU -UU
- 360.2. *Nec Clyti o geni tore mi nor, nec frater Mneſtheo.*
-UU -UU -UU -UU

II. DACTYLI INTER III.

SPONDAEOS VARIATI.

ΔΕΚΑΣΧΗΜΑΤΙΚΟΙ VERSVS.

- 77.27. *Sax per, & scopu los, & depref ſas conualles.*
-UU -UU -UU -UU
- 1.16. *Sæpema lum hoc no bis ſi mens non leua fuiſſet,*
-UU -UU -UU -UU
- 314.2. *Aenea das ma gnos, et Nobile Pallan teum.*
-UU -UU -UU -UU

Maronis exemplum reperias.

— -uu — -uu —
Pallan tis proa ui de nomine Pallan teum. 304.15.

— -uu — -uu —
Respe xit tamen, & lon go post tēpore venit 2.9.

— -uu — -uu —
Haudqua quam Virgilij exemplum inuenias.

— — -uu — -uu —
Decœ lota Etas memi ni præ dicere quercus. 1.17.

— — -uu — -uu —
Pilu mno quos ipsa de cus dedit Or̄y thya 420.29.

— — -uu — -uu —
Urbem quā di cunt Ro mam Meli bæe pu tani 1.20.

Meminerimus autē figuras Maiores dici, si Dacty
li plures fuerint, at si Spondæi, Minores. Sed & hic
Spondaicos Virgilianos omnes adscribamus quo, que
fuerit eorum condendorum Poëta ratio, perdiscamus.

Σπονδαϊκοὶ ὄντες versus.

Versus σπονδαϊκοὶ ὄντες idēst, Spondaici, vel, ut
aliqui malunt, Spondiaci, sunt, quorum quintam
sedem Dactylicam Spondeus insidet. Desinunt au
tem isti apud Poëtam, aut in dictiones Tetrasylla
bas, ut:

Cara Deūm soboles, magnum Iouis inc̄mentum. 12.8.

Ante tibi Eoë Atlantides abscondantur. 38.25.

Ætas Lucinam, inssosque pat̄i Hym̄negos. 69.21.

Cecropiumque thymum, & graue olentia C̄ntaūrea. 69.4.

Atque Getę, atque Hebr̄s, atque Actias ōr̄thyia. 102.17.

Pilumno quos ipsa decus dedit ōr̄thyia. 420.29.

Constitit, atque oculis Phrygia agmina c̄circunspexit. 139.14.

Armatumque auro circunspicit ōr̄i ona. 182.25.

- 182.27. *Cornua velatarum obuertimus antënnarum* :
 239.3. *Et lucus latè sacer additur anchiseo.*
 304.15. *Pallantis proau de nomine Pallanteum.*
 314.2. *Aeneadas magnos, & nobile Pallanteum.*
 334.9. *Posse viam ad muros, & mœnia Pallantea.*
 335.24. *Quæsitum Aeneam ad mœnia Pallantea*
 308.8. *Discedens chlamydemq; auro dedit intertextam.*
 314.6. *Nec non & sacri monstrat nemus argiletæ.*
 408.22. *Quales Threicię cum flumina Thërmödöntis.*

Aut in Trisyllabas.

- 14.5. *Pro molli viola, pro purpureo Nârçisso.*
 49.5. *Muneribus: tibi pampineo grauidus Autumnno.*
 20.27. *Stant & Iuniperi, & castaneæ hirsutæ.*
 76.27. *Tu ne ille Aeneas, quem Dardanõ anchise.*
 131.23. *Antiquum in Buten hic Dardanõ anchise.*
 295.21. *Ardea, crustumeriq; & turrigeræ antennę.*
 153.1. *Caulonisq; arces, & naufragum Scyllacum.*
 316.3. *Quod fieri ferro, liquido ve potest electro.*
 328.2. *Sceptra Palatini, sedemq; petit Euadri.*
 377.28. *Seruabat senior: qui Parrhasio Eüandro.*

Aut in Monosyllabum.

- 325.10. *Cum patribus, populoq; Penatibus, et magnis Dijs: &*
 164.12. *Cum socijs, natoq; Penatibus, et magnis Dijs.*

In quibus omnibus notandum est, Poëtam ante Spondeum, cum in quinta sede fuerit, Dactylum libentius collocare voluisse, ne tot simul syllabas longas strueret.

Hanc enim legem in his paucis tantum consumpsisse videtur, eum tres ultimos Spondeos continuat, ut:
 360.12. *Nec Clytio genitore minor, nec fratrem Mnesteo.*

Aut

Aut quatuor, ut:

Ismarus, aut Rhod' opē, aut extremi garamantēs. 23.2.
Saxa per, & scopulos, et dēpreßās cōnuallēs. 76.27.
Aut leueis ocreās lentō dūcūnt argēnto. 295.24.

Aut quinque, ut:

Nēv' i dūm mātri et Nēptūnō āgēō. 167.2.

Sunt autem *supra*scriptorum *versuum*, pręter hos quinto pede *σποῦδαίξοντας*, aut Spondeis omnibus, *Da*ctylisque constantes, *Monoschematicos* Spondaicos, atque *Da*ctyllicos (ut supra diximus) nominatos. qui etiam suo cognomine censeantur. Nam, qui alternis *Da*ctylis & Spondeis componuntur, *Communes*, siue *Periodici* nominantur, ut: *ñāhām fātō prōfugūs, Lāuīnā* quę *vēnīt*.

111.2.

Saphicus est, qui inter duos Spondeos quatuor habet *Da*ctylos, ut:

ñnferrēt quę Dēōs Lātī ō gēnūs ūndē Lātī nūm. 111.6.

Antimachus est, qui post duos *Da*ctylos *Spōdęum* habet: qui & *Cateoplius* dicitur, ut:

āntē fūgām sōbōlēs, sī quis mī hī pārūūlūs aūlā. 200.4.

Aut in priore Spondeum habent, & in quarto, et in sexto: *Da*ctylumque in tertio partem orationis terminantem, *Priapei* appellantur, ut:

Defērīßē vī dēt, suā iām prōmīßā|rē pōscī. Item. 418.2.

īmōtām quę cōlī dēdit et cōtēmnērē vēmōs. & illud 67.13.

Cuī nōn dīctūs Hylās pūer, & Lātōnī ā Dēlōs?

Bucolici Species tres *Mallius* facit, aut cum in quarto loco *Da*ctylum ex integra parte orationis habet, ut:

Nōs patrī ā fines, et dulcī ālīnquī mūs arua: 1.3.

Aut in quinto, ut:

b 3 Tī-

Tūtūrē tū pātūlā rēcūbāns sūb tēgmī ne fāgī.

1.1. *Tertia Species est, quae duo spiramenta Heroici carminis habet, ut:*

4.10. *Nūl nōstrī mī sē rere, mōrī me dēnī quē cōgī s.*

Quibus rebus Spondei Tarditas, aut Daetyli celeritas, aut utriusque Temperatura conueniat.

SED cum Daetylus pes sit celer & hilaris, Spondeus verò grauis & tardus, videndum est, utro quaeque res magis sit describenda. Et Daetyli quidem omnes vel plures tunc versu cogendi sunt, cum desiderij vehementiorem affectum significare volumus, ut Iu-tercalari illo.

23.26. *Dūcī te āb ūrbē dōmum mēā cārmi nā, ducite Daph-*
& item illo: (nim.

22.9. *īncī pē Mā nālē os mēcūm mēa tibia versus. & illo*

296.1. & *Pāndī te nūnc Hēlicōnā Dēa, cantusque mouete.*

361.6. *Ad impetum quoque, & vehementiam maiore rei seruandam, hoc metro utimur, ut:*

322.17. *Quādrūpē datē pūtrē sōmī tū quātī t ūngūlā cāpū. &*

415.28. *Quādrūpēdūm quē pūtrē cursū quātī t ūngula cāpū.*

Ad animandum quoque Classico militum animos.

344.16. *āt tūbā tērrī bī lī sōmī tū prōcūl are canoro.*

Item ludis certantium, ut:

317.15. *ēt tūbā commīsōs mēdiō cānit equore ludos.*

218.11. *īnde vbi clārā dēdī t sōmī tūm tūbā, finibus omnes*

Haud mora prōsiluērē sūis, ferit athēra clamor.

Celeritate item Daetylica opus est, ad fugam describendam, ut:

Ni fugā subſi diō ſubēat : fugi t ocyor Euro, 442.19.

Sed potiffimum Temporis, ſicut :

Sed fugi t intēre ā fugi t irrēpāabile tempus. 77.5.

Singulā dūm cāpri circūmuēctamur amore. &

Stāt ſnā cui quē diēs breue, et irēpāabile tempus 271.10.

ōmbi'bus eſt vitæ : ſed ſāmam extendere factis. &

Opti mā quæquē diēs mī ſeris mortalibus aui 69.27

Pri mā fugi t : ſubēunt mōrbī, trīſtisq; ſenectus,

et labōr, et aīrā rāpi t inclementia mortis.

Et ad ortum diei exprimendum, vt : 39.24.

Nōsq; ūbi pri mūs equis ori ens offlauit anhelis:

Et item ad Occasum diei, & Ortum Noctis, vt:

Illic ſera rubens accendit lumina Veſper.

Vērti tūr itēr eū cālum, et rūt Oceano nox,

145.16.

inuoluēns ūmbrāmagnā celumq; polumq; :

In quibus extremis obſeruandum eſt, quemadmodū tarditate Spondaica ſequentis verſus præcedentem Da Etlyi celeritatem temperauerit.

Ex Spondeis vero ſolis, vel pluribus, quinto excepto, tunc laudabile carmē ſtruimus, cū et mora, et collu Etatio alicuius rei exprimenda eſt, vt in Tēpeſtatibus.

Lūclānti s vēntōs, tēmpēſtatesq; ſonoras. & 112.29.

Præſertim, ſi tēmpēſtas ā vertice ſyluis. 59.16.

Incubuit. &

Quid tēmpēſtates autūmni, et ſydera dicam? 39.28.

Concuſſūs, ſyluaq; , et ſiccī ripa Tanagri. 72.22.

Tarditari quoq; , ac difficultati exprimendæ plurimum conuenit, vt ecce de Fabris & Vulcani illi intēr ſeſe mūlta vi brachia tollunt. & de Tauro altius terram proſcendente.

Ingemere, et sulco attritus splendere vomer.

32.30.

& alibi.

et coniuratos caelum rescindere fratres.

49.24.

Ter sunt conati imponere Pelio Ossa:

Scili et atq; ossam frondosum involuere Olympum:

Ter Pater exiructos disiecit fulmine montes. et alibi.

35.28.

Paullatim sulcis frumenti quaereret herbarum: & alibi.

Et silicis venis abstrusum excuderet ignem.

*Languide preterea res, & ociose hoc metro commo-
de enarrantur, ut:*

44.13.

et sola in sicca secum spatiatur arena.

41.4.

Tonduntur: non est letus non deficit humor.

et quidam se os hyberni ad luminis ignes

41.8.

arguto coniux percurrit pectine telas:

Auc dulcis musti Vile ano decoquit humorem.

42.25.

Tunc agni pingues, et tunc mollissima vina,

Tunc somni dulces, densaeque in montibus umbræ

60.19.

Si non tanta quies ireret frigusque, caloremque

Inter.

13.21.

Non ulli pastos illis egere diebus.

116.1.

inuadunt urbem somno vinoque sepultam.

*Ad Terrorem quoque & Admirationem structu-
ra haec Spondaica maxime facere videtur, ut:*

195.7.

Monstrum horrendum, informe, inges, cui lumen ademptum. &

186.16.

Monstrum horrendum, iges: cui quot sunt corpora pluma

195.14.

&, Horrendum, et dictu video mirabile monstrum.

*Denique hac Spondeorum frequentia decenter uti-
mur, cum graues personae, & aetate proeclata loquentes
inducuntur. Diomedes itaque Latinorum legato respō-
dens: ait:*

o for-

o fortunatę gentes Säturnia regna

195.5.

antiqui Ausony. & Aristęus ad Cyrenem matrem: 97.25.

Mätēr Cȳrēne, mäter, quę gurgitis huius.

Alijs exemplis, ne longum faciam, supersedeo. præsertim, cum de Virgiliam carminis structura iustus a nobis liber conscriptus propediem sit exiturus. Hoc tamen adijciam, Damonem (vt scribit Capella) hac modulorum grauitate ebrios iuuenes, proindeque improbius petulantes perdomuisse: Quippe qui Tibicinem Spondęum canere iubens, tumultę perturbationis dementiam infregerit. Est autem hoc genus carminis Hexametri Heroici, dictis modis variati, eorum, quę dicuntur κατὰ σοίχον vel, ἀμετάβολα. quod sequentes precedentibus similes sint, neque carminis ratio immutetur.

De Hypermetro, & Hypercatalectico versu.

Vulgus Grammaticorum putat, vicissim Spondęum suam sedem Dactylo aliquando concedere, vt in illo.

Inseritur verò ex factu nucis arbutus hōrri dā.

51.14.

Verum potius dicendum est, in huiusmodi quoque Senario Heroico non conuenire, Spondęum vnquam sexta depelli sede, quemadmodum & in Senario Iambo euenire animaduertimus, quam etiam si Comici per omnes regiones corruperint, Sextam tamen integram Iambo reseruarunt, vt ex ultima saltim percussione versus Senarius Iambus agnosceretur, dum Iambus ipse vltimus feriretur.

Sic igitur Senarius iste Heroicus, qui ex Spondęis solis primum constitutus est, vt omnino Thesis, ac

Depo-

Depositionem suam seruariet, ad quam decenter admodum properat per celeritatem Dactylicam quinti pedis: nunquam Dactylum profluentem in loco Status, ac moræ Spondaicæ habere debet. Sed, cum ipsi metro adiciatur syllaba in fine, ubi omnino locus Spondaei sit: etiam si sit Trocheus: quia semper pro Spondaeo accipitur, eo loco non modo carminis, sed interdum medio dictionem terminans, atque pedem: ut.

328.6. *Rumpe moras omneis, turbātaque arripe castra. &*

328.30. *Ferte citi ferrum, date telā: scandite muros.*

euenit, ut, ubi re ipsa Trocheus esset, & adiectione alterius breuis coalescere Dactylum falsò putarent, inde Dactylicum nominauerint. cum rectius Hypermeter tantum, & Hypercatalecticis diceretur. Nam huiusmodi versus syllaba longiores nunquam porriguntur: nisi sequens versus incipiat a vocali: ut quasi vitium abundantis syllabæ Synalæphæ, aut Ethlipsis ratio emendet, eam ad caput sequentis versus reuocando hoc modo:

151.14. *Inseritur verò ex fetu nucis arbutus hōrriidā:*

Sequitur enim: *Et steriles platani.* Cum igitur elisa a ex *Horrida*, & a sequenti dictioni a vocali incipienti adnexa sit: *dent steri.* & *hōrri*, Trocheus remaneat, qui, ut dicebamus, pro Spondaeo accipiendus sit: an dicemus, eam syllabam Dactylum pedem perficere, quā pro tempore tantum scriptura demonstrat, Scansio autem reuera transfiliat?

Quod ut verè sentiam, ex eo facile adducor, quod animaduerto, Virgilium non minus amasse Hypermetros huiusmodi versus producere addita syllaba finali

*nali Spondeo, vel in eadem dictione, vel per Encliticā
 frequentius Que. que ita faciat παλιμβάκχιον-υυ cuius
 tamen nemo Grammaticorū hactenus meminuit. quā-
 nis apud Græcos interdum loco Dactyli poneret. vt: 41. 9.
 Aut dulcis musli Vulcano decoquit hūmorem: 538. 18.
 Aut foliis undam.
 Clamore incendunt cælum. Troësq̄ Latinique.
 Aduolat Aeneas.*

*Erit igitur omnino adiectio hæc quadam syllabica,
 scriptura, & lectio Hypermetrica: tempore verò, &
 scansione nulla, quia per Synalæphen, aut Echlipsin
 (vt diximus) abiiciatur. atque ita, ut par est, sedes
 vltima Spondeo inuiolata permanebit.*

Quòd si, quis illud V l. obijciat:
*Bis patriæ cecidère manus, quin protinus omnia, noue 244. 23.
 rit Omnia per Synizesin ad Spondaicam dimensionem
 redigi, quasi Omnia protulerit: vt item illud, si ita le-
 geris. Preferimus manibus vittas, ac verba precān- 282. 15.
 ti a. & illud: 263. 20.*

*Canities inculta iacet: stant lumina flammæ.
 & in alijs non paucis, de quibus, vbi de Synyzeſi abun-
 dè agimus. at illud:*
*Cæumq; , lūpetumq; creat, seuumq; Typhœæ. etiam 40. 23.
 Synalæpha tueri potest. sequitur enim:*

*Et coniuatos. Sed & reliquos Hypermetros, qui pau-
 ci sunt, in gratia studio forū addamus.*
*Famque iter emensi turres, ac tecta Latīnōrum 279. 30.
 Ardua cernebant iuuenes.
 Nauigys pinos, domibus, cedrosque cupressōsq̄ 63. 29.
 Hinc radios. 227. 27.*

Et

- 227.24. *Et magnos membrorum artus, magno ossa, lacertosque
Exiit.
Robora nauigij aptant, remosque rudentesque*
- 238.25. *Exigui numero.
Si non tanta quies iret frigusque, caloremque*
- 60.19. *Inter.*
- 207.24. *Omnia longaeuo similis vocemque, coloremque,*
349. *Et crines flauos.*
13. *Ecce furens animi aderat Tirinthius, omnemque*
- 310.9. *Accessum lustrans.*
- 122.8. *Factemur, doceas, ignari hominumque locorumque
Erramus.
Omne adeo genus in terris hominumque, ferarumque.
Et genus aequoreum.*
- 75.23. *Aerea cui gradibus surgebant limina, nexaque*
- 126.4. *Aere trabes.
Quem non incusauit amens hominumque, Deorumque?*
- 162.1. *Aut quid in euersa.
Se satis ambobus Teucrisque venire, Latinisque.*
- 290.10. *Hec ubi dicta dedit.*
- 263.22. *Quos super atra silex iam iam lapsura, cadentique
Imminet assimilis: Quamquam in hoc postremo
sunt qui sine, Que, scribant, cadenti.
Citatur falso a Beda, & mox a Nicolao Perotto
hoc tanquam Virgilianum Hypercatalecticum.
at tuba terrae bilentem sonitum procul exci tant horrida.
Et fortasse pro isto ex Georgicis:
51.14. inseritur verò ex factum nunciis arbuteus horrida:
Nam Virgilij omnino est.
344.16. at tuba terrae bilentem sonitum procul aere canoio.*

De Anapesto & Proceleusmatico notis Heroici
pedibus: & de versibus Acephalis.

NOtandum est, præter Spondæum & Dactylum legitimos pedes, in Hexametro Heroico Notū anapestum ^{uu} - etiā admitti quandoq; solere, & Proceleusmaticum ^{uuuu} frequentius, pro Dactylo, in quem ipse sine iactura aliqua temporis resolui potest. quòd tantundem temporis insumatur in duabus brevibus efferendis, quantum in vna longa.

A quibus pedibus cūm versus incipiunt, Mutili, vel Trunci appellantur, quòd in principio, vt inquit Diomedes, amputantur, & literam, vel syllabam amittunt: vel syllaba deficiunt. Græce dicuntur ἀκεφαλοί, quasi capite diminuti. vt cūm Pœta semel ab Anapesto ita ex arte cepit:

Fluuij orum rex Eridanus.	47.16.
Et a Proceleusmatico toties.	350.7.
Abi etibus iuuenes patrijs, & montibus æquos.	
ari etat in portas, & duros obice postes.	416.13.
Genua labant: vastos quatit eger anhelitus artus.	228.4.
Genua labant, gelidus concreuit frigore sanguis.	448.11.
Pari etibusque premunt arctis, & quatuor addunt	97.1.
Pari etibus textum cecis iter, ancipitemque	233.11.
Tenua nec lanæ per celum vellera ferri	44.21.
Tenua subi argilla, & dumosis calculus aruis.	55.5.

Quem pedem etiam alijs regionibus variauit, vt,
In Secunda.

Herent pari etibus scalæ, postesque sub ipsos. 151.28.

In Quinta.

Tiure pascentes a flumine rei cæ capellas. & 10.

Vel.

- 53.9. Velleraque ut folijs depestant tēnūā Seres. &
 88. 12. Ne quicquam in tectis certatim tēnūā cera. &
 137. 16. Aedificant, sectaq; intexunt ābīētē costas. &
 335. 25. Transtra per, & remos, & pictas ābīētē puppes. &
 408. 30. Aduersi longa transuerberat ābīētē, pectus. &
 153. 18. Custodes sufferre valent. labat ābīētē crebro. &
 380. 15. Hæ sacris sedes epulis, hīc ābīētē cæso. &
 441. 22. Mænia, quiq; imos pulsabant ābīētē muros. &

Quamquam in his omnibus, ut sentit Terentianus & Probus, possunt esse Dactyli, ubi I & V sint consonantes, ut exempli causa, ābīētē, & Gēnuā lū. ut mirum sit, in hac licentia quàm solerter Virgiliana diligentia sibi Synalæpha, aut Synæresis excusationem, reseruauerit, aut Positionis, secundum Probum.

De Tribracho, lambo, et Trocheo notis Heroicis pedibus, deq; versibus inde Hiulcis appellatis.

Tribrachus quoque, qui & Brachisyllabus, et Choireus, pro Dactylo usurpatur. itemque Lambus, qui & Daunius, & gradarius, pro Spondeo. Idque perpetuò, cum eorum prima breuis locis imparibus inuenitur, hoc est, Cæsura, in que loca non nisi longa cadere potest. Quòd, si ea fortè breuis natura sit, hac figura pro longa accipitur, quia terminat dictionem: ex quo detrimentum, vnius temporis resumere videtur. & quia ad inchoandum pedem aliqua cum mora sumitur. Verum quia syllaba omnino natura breuis sit, inde versus Exiles, vel Hiulci, vel Elumbes a nostris dicuntur. Græce vocantur λάλυροι. Sunt autem Huius licentiæ apud Poëtam exempla hæc.

Tribrachus

Tribrachus pro Dactylo cum figura.

R

Nostrorum obruimur, vix turq; miserrima cedes.	150. 27.
Olli serua datur operum band ignara Minerva,	223. 3.
Pleiadās, & hyātas, claramque Lycaonis Arcton.	36. 2.
Inualidūs, etiāque tremens, & iam infcius eui.	73. 30.
Et clavūs ethēmon Lycia comitatur ab aita.	259. 29.
Pectoribūs i nbi ans spirantia consulit extra.	191. 10.
Si pereo manibūs hōminum, perisse iuuabit.	184. 24.
Ille latus niueum molli fultūs hyacintho.	17. 25.
Gravius homo infectos linquens profugūs Hymēneōs.	242. 5.
Quanquā sunt, qui postremis versibus H vim habere literæ sentiant.	

T

Nusquam amittebāt, oculosq; sub astra tenebat.	
Sustinet, & natę, Turnique canit Hymēneōs.	287. 28.
Huiusmodi etiam erunt, in quibus producitur Quę:	36. 29.
vt, Tribulaquē, trābēaq; et iniquo pōdere rastrī	37. 17. et
Lappaquē tribūlique interque nitentia culta.	80. 16.
Aestus quē, plūm asq;, & agentes frigora ventos.	43. 6.
Cretesquē, Dryōpesq; fremunt, pictique Agathyrsi.	194. 2.
Alcandrumq;, Haliumq;, Nemonaquē Prītānīq;.	353. 9.
Euriquē, Zēphyrique tonat domus.	435. 5.
Fontesquē, fluuiosque voco, quæque ethēris alii,	254. 7.
Iambus quoque cum figura pro Spondeo.	
Terrasquē, trāctusque maris, cælumq; profundum.	12. 20. et
Drymoquē, Xanthoque, Ligeaque, Phyllodoceque.	94. 16.
Limina quē, Laiurusque Dei, totusque moueri.	68. 10.
In quibus omnibus Quę producitur non positione,	67. 19.
quia sequens dictio a duabus incipit consonantibus,	

aut

aut à duplici, aut ab L litera. quæ apud Græcos in eadem tamen dictione præcedentem vocalem longam facit: sed quia pedem incipiat, & quia in locis Cæsura est, Tritemimeris scilicet, & Enneamimeris, ut, cui inclinat dictioni recumberet, ab eadem quasi abscissa syllaba scansionem remaneat: sicut infra scriptis exemplis, quæque a suis dictionibus, istæ.

A

180.2. Dona de hinc auro grauiã, sēctoque elephanto.

R

27.17. Desine plura puēr, et quod nunc instat agamus:

29.30. Omnia vincit amōr, et nos cedamus amori.

384.25. Et furys agitated amōr, et conscia virtus.

71.19. Aequus vterq; labōr, æque iuuenemq; magistri.

79.7. Altius ingreditur, et mollia crura reponit.

150.19. Ecce traheretur a templo, adytisq; Minerua.

90.6. Nam duo sunt genera, hic melior insignis, & ore.

149.15. Luctus ubique, pauor, et plurima mortis imago.

231.3. Ostentans artem pariter, arcumq; sonantem.

418.13. Congredior, fer sacra patēr, et concipe fœdus.

Consilium ipse patēr, et magna incœpta Latinus.

19.28.

S

49.5. Versibus ille facit, aut si non possumus omnes.

63.13. Muneribus: tibi Pampineo grauidus Autumnus.

102.7. Vi propria nituntur opis hæud indigna nostræ.

120.4. Non te nullius exercent numinis iræ.

224.29. Per terram & versa puluis inscribitur hasta.

418.23. Emicat Euryalus; et munere letus amici.

98.17. Multa manu nec non animus, aurumq; Latino.

Atq; Ephyre, atque Opis, atq; Asia Deiopeia.

Atque

Atque Getę, atq; Hebrũs, atque Aetias Orithya 102.17.
 Et direpta domũs et parui casus fũli. 155.29.
 Terga fatigan.ũs hãsta: nec tarda senectus. 348.3.

T

Tityrus hinc aberat ipsa te Tityre, pinus. 2.18.
 Pergama cum peteret, inconcessosq; Hymenęos. 132.27.
 Dum trepidant. .ũt hãsta Tago per tempus utrunque. 342.21.
 At tibi Tymbre capũt Eũandrius abstulit ensis. 368.27.

Trocheus item pro Spondeo medijs his
 verbis collocatur, si legeris.

Rumpe moras omnes, turbatãq; arripe castra. & 328.26.
 Ferte citi ferrum, date telã, scãdite muros. Ubi batã 328.30.
 Trocheus, quia et pedẽ terminat, & dictionem, ponitur
 pro Spondeo Telã vero, quia etiam róμa claudit. licet
 quidam minus hanc figuram agnoscentes, ita legant.
 Rumpe moras omnes, & turbata arri pẽ castra.
 Ferte citi ferrũ, date telã, & et scãdite muros. de qui-
 bus lege fnd. in ver. Telã. & de it suo loco.

Sed & vitari tempore Dactylum, & Creticum fie-
 ri, Terentianus auctor est, eo Virgilij versu.

Tõnitẽ: spẽs sibi quisq;. 397.2.

Nam põnitẽ, ut ille ait, est Creticus, quia sequitur
 S' cum P'muta, & vocali longa in dictione, Spẽs. cu-
 ius sententiã non accedimus: vt in fnd. disputauimus.

De Symphonesi, Synecphonesi, Synizesi,
 Synaresi, & Episynelephe.

MΥφώρησις, quã, & Συνεκφώρησις, & Συνίξεσις
 dicitur, fit cum duã vocales in eadem dictione
 nulla intercedente consonante, pro vna accipiuntur.

tur.

Et vel

c

Breuis

Breuis & Longa pro vna longa.

- 17.24. *Caucaseasq; refert volucres, furtumq; Promethēi.*
 112.17. *Unius ob noxam, & furias Aiakis Oilēi.*
 315.14. *Arma rogo genitrix nato, te filia Nerēi.*
 381.7. *Cum pedes incedit medi per maxima Nerēi.*
 12.16. *Orphēi Calliopea, Lino formosus Apollo.*
 105.9. *Inferias Orphēi lethea papauera mittens.*
 17. *Inferias Orphēi mittit: lucumq; reuisit.*
 18.20. *Aut vt mutatos Terēi narrauerit artus.*
 395.15 *Atrides Protēi Menelaus adusq; columnas.*
 115.6. *ſam validam ſlionēi nauem, iam fortis Achata.*
 292.29. *Talibus ſlionēi dictis defixa Latinus.*
 244.14. *Ilionēi monitu, & multum lachrymantis Iūli.*
 295.18. *Idomenēi, Lybicoꝝ habitantes littore Locros.*
 294.29. *Centum arēi claudunt veſtes, aeternaq; ferri.*
 252.30. *Ferrēiq; Eumenidum Thalami, et Discordia demēs.*
 436.7. *Pectora: nec miſero clypei mora profuit arēi.*
 98.24. *Luctus Ariſtei, vitrēſq; ſedilibus omnes.*
 135.12. *Atria: dependent Lychni laquearibus aurēis.*
 225.14. *Dat Salio villis oneroſum, atque unguibus aurēis.*
 321.4. *Pellis obit totum præfulgens unguibus aurēis.*
 315.3. *Vulcanum alloquitur: thalamoq; hæc coniugis aurēo.*
 359.19. *Hic finis ſandi, ſolio tum ſuppiter aurēo.*
 257.12. *Deturbat: laxatque foros: ſimul accipit ælueo.*
 275.25. *Aſſuetæ ripis uolucres, & fluminis ælueo.*
 328.25. *Cum refluit campis: & iam ſe condidit ælueo.*
 360.2. *Nec Clytio genitore minor, nec fratrē Mnēſtheo.*
 219.26. *Sergeſtō, Mnēſtheo quē, Gyan ſuperare morantem.*
 312.13. *Rege ſub Eūrſtheo fātis Iunonis iniquæ.*
 88.8. *Seu lento fuerint æluearia vimine texta.*

ŭna eādēmq; via. sanguis, animusque sequuntur. 371.30.
ŭno, eōdemq; igni: sic nostro Daphnis amore. 24.9.
ŭno, eōdemq; tulit partu: paribusq; reuinxit. 446.13.

Vel duæ Breues pro vna Longa.

Nec tantum Rhodope miratur, & Ismarus orpheā. 17.2.
Caumque, fāpetumque creat, seuumq; Typhōeā. 40.23.
Bis patriæ cecidēre manus. quin protinus omniā. 244.24.

Item illa, ut quidam legunt.

Praferimus manibus uittas, ac uerba precāntiā. 282.17.
Canicies iacet: stant lumina flāmmēā. 289.18.

Vel Longa & breuis pro Longa.

Fixēri t aēvī pēdem ceruam, aut Erymanthi. ubi alij 270.17.
Synēresim faciunt, alij Epifynalēphen, ut Probus.
āri pēdem coniunctis syllabis legentes.

Per eandē quoq; figuram DEINDE semper bi-
syllabum est. cuius plurimus vsus apud Poētiā. Item
PROINDE. ut pagina 399. versus 15. & 400. 3.

Item DEINCEPS, ut apud Horatium.

Redde age, quā dēinceps risisti prēmia. Nā hac voce
non utitur Maro noster. Similiter. DEHINC. in
monosyllabū coit, ut pagina 119. versu. 22. & 266.
& 343. 23. Aliās enim bisyllabū: ut pag. 73. ver. 8.
& 180. 2. & 237. 24. & 313. 28. & 421. 3. in
DEEST quoque pagina 368. versu 11. & DEERIT
pagina 283. versu 12. & DEERANT pagi. 56. versu
28. & DEERRAVERAT pagina 19. versu 17. duo
ee in vnum scansione coguntur.

CVI, & HVIC semper monosyllaba inueniuntur
apud Maronē. exēplis per se obuijs supersedeo. Apud
aliquos etiam bisyllaba sunt, vel in Compositione.

Albinus Historiarum Romanarum. 7.
illē, cū cernis Capitolia celsa Triumphis.

Manilius libro 4.

Sic erit & sordes fugienda, petendū cūquē. Idem eo,
unī cūquē vī ces sanxitq; omnia summa.

Statius in Syluis.

Lētūs hūic dono videas dare iura nepotes.

Ruffus Festus.

Finis hūic Gādes, septenaq; gurgite uasto.

Terentianus de pedibus.

ēst hū - vīc ād --- uērsūs - v illē - v, quī dū - v ās
lōn -- gāshā - v bēt v.

Nāmque hū - vīc ād -- uērsūs - v ībit - v quī trī - v būs
lōn -- gis pā - v tet v.

Est enim carmen Trochaicū, quod locis imparibus
Trochaem suscipit. Locis autem paribus etiam Spon-
deum. ut videtis.

Notandum etiam apud Terentianum Cū disylla-
bum ambas corripere. sicut Cūq;. Versus sunt Teren-
tiani de Literis, quos etiam Priscianus citat:

Vērūm ūt cū | q; ēst prōxi mī | tas lō | ci, sō nī uē. &
ēx ōrdī nē, fulgēns cū | dā lō | cīm sī nō pēs.

Sunt enim carmina Sotadea, quae constant duobus
Iōnicis à maiori --- uu | -- uu, & tribus Trochaeis.
-- v - v | v | v. Constat autem Ionicus a maiori Spondeo
-- & Pyrrhichio uu.

55.29.

Hinc est, quod Probus inquit: Dativus interdum
ex duabus breuibus: ut,

ēi cūi putre solum.

Interdum ex breui & longa: ut,

Nunc

Nunc locus aruorum ingenijs, quæ rōbōrā cuiquē in 55.2.
Synalæphen longam. Sed enim, cur priore exemplo
magis sentiat ille, Et cū dactylum esse, quam Spon-
deum, non video. vbi notandum est, eum Synalæphen
vocare, quam nos diximus Synecphonesim.

Terentianus item de eodem.

Cū brēuis manebit, atque longa fiet addita,
Cū sup̄er non digna dixit hyemis, & solis mala,
Dixit, & cū tū fauos, pes hinc mihi primus sat est.
Sic enim vel prima longa, vel prior fit syllaba.
Dactylus. nā cū sup̄er — vv cū tū — sequens Spon-
deus est.

Consonans quia post secuta tempus adiunxit breue.
& paulopost.

Namq; si. Cu. præferatur, syllabæ fient duæ.
Tertia his quod implicari vna vocalis potest.
Sed duæ sunt seorsæ syllabæ per se breues.
Cū sup̄er sic inueniri dactylus iam non potest,
Syllabas sed pes habebit quatuor totas breueis.
CVILIBET tamen dactylus est. Horatius:

Cuilibet argilla quid vis imitabitur vda.
HEV & HVI diphthongi sunt. sicut Neu, & Cen.
Nam quod Heu, vt quidam tradunt, monosyllabum
pro disyllabo inueniatur, vt est:
ēbeñ quàm pingui macer est mihi taurus in aruo, id sa-
nè fit assumptione alterius e, vt videmus.

EI monosyllabum est apud Lucretium.
Scilicet & fluius, qui visus maximus ei est.

Sic & in compositione. Manilius in IIII.

Multiplicans deciesque abiectis insuper eisdem. vbi

tamen iisdem legi potest.

at Eidem trisyllabum fecit Iuuenalis, cum ait Sat. V.
Ire viam pergunt, et eidem incumbere secula.

Iidem, Iisdem bisyllaba sunt, sicut Dii & Dijs monosyllaba Poetica. Oratores enim & Deis. Legitur tamen Dii disyllabum, priore regulariter correpta, ut apud Ovidium.

Si nemo est, omnesque dii non posse fatentur.

& apud Catullum.

Non, ita me Di i ament, quicquam referre putavi.

Huiusmodi quoque fuerint apud Maronem Tuguri, Pataui, Lyci, Mezenti, Clusi, Peculi, Oci, Lauini, si Tuguri, Pataui, Lyci, Mezenti, Clusi, Peculi, Oci, Lauini scribantur, et per Synesim duo i pro unico accipiantur. Lege Indicem in verbo Tuguri.

Similiter composita a Semi, sequente vocali, amittunt in Scansione, ut, Semianimis, Semihominis, Semiuista, unde quidam malunt Semuista scribere.

U quoque post S, sequente vocali in eadem syllaba amittit vim literae, ut Lingua, Aqua, Tinguo, Suada, Suetus cum compositis, Suauis. Quandoque tamen fit vocalis, ut apud Horat.

Cum mihi non tantum furesque, feramque sueta. & Statim,
Immo agite, & positis, quae vox inopinatus suus, t.

DE SINALOE P H E, ET ECTHLIPSIS.

Synalœphe fit in metro cum dictio desinit in vocalem, & sequens item incipit a vocali. tunc enim ubique, ferè finalis vocalis lubrica quadam, leuique
colli-

collisione eliditur, ut:

atque eã diuersa penitus dum parte geruntur.

vel sic ut Græci scribunt:

327.3.

atqu' eã diuersa exclusa vocali, & accentu pro vocali, quæ deest, notato, quem illi vocant. Hæc

à nonnullis & Syneresis Græcè: Latine tum Collisio, tum Ademptio, tum Extrusio vocatur, & aequè fortasse rectè Explosio Ipsam autem vocalium Contusionem, quam & Concursum à re ipsa vocare possumus, Cicero Hiatum appellat: & vocales ipsas dicit Hiare. Fit autem Synalæphe his modis:

Interdum enim breuis in breuem cadit, ut: Obsedere ali'i telis angusta viarum.

148.8.

Interdum breuis in longam, ut: Ternarias etiam faucēs, alta hostiã Ditis.

102.21.

Interdum longa in breuem, ut: Nunci' o: et in tutum versis Aquilonibus actam.

124.7.

Interdum longa in longam, ut: Progeniem, sed enim Troiãno à sanguine duci.

111.19.

Interdum Diphthongus in simplicem longam, ut: Dardani de e muris.

164.16.

Aliquando breuis in Diphthongum, ut: aruã nẽ que Aũsõni e semper.

181.4.

Interdum Diphthongus in Diphthongum, ut:

Ecthlipsis verò fit, cum dictio in *M*, literam desinit quacunque præcedente vocali, & item sequens incipit à vocali. ibi enim bona pars syllabæ, id est, vocalis cum consonante *M*, difficili, ac dura quadam (quod ait Donatus) Collisione extruditur, vel exciditur potius, ut:

Mūltum ille ēt tērris iactatus, & alto. vel sic:
Mult' ill' ēt tērris. Quam scripturam in Tragicis, Co-
micis ve a plerisque seruari videmus. aut etiam integra
syllaba, cūm vocalem abijciendam nulla praece-
dit consonans: vt,

131.5. Omnibus exhaustos iam casibus, omniūm egenos.

Cadit autem haec Ethlipsis (quod primi animad-
uertimus) semper ferè in longam positione. vt,

128.16. Pōstquam introgressi, & coram data copia fandi. &
et 395.1 illum expirantem transfixo pectore flammis. &

112.20. illum ēt labentem.

219.23. Sed & illa Lucretiana, & antiquorū Synalæphe, aut
Ethlipsis obseruanda est, cūm etiam scribendo, non
prior, sed sequens vocalis abijcitur, aut etiam M' cū
sequente vocali, vt apud Lucretium lib. 1.

Si nō materies, quia rebus reddita certa' st. & lib. 2.

Finit' st: retroq; paviratione remensu' st. pro finitum
est, & remensum est. Quos in plerisq; idē Poēta facit.

Quin & apud Virg. aliquot antiquis codicibus legitur.
Tum contra funo: Terrorum, & fraudis abund' est.
pro abundè est.

Porrò apud veteres M' terminalis, etiam sequente
consonante, sola pro sibilo excludebatur è versu, vt hic
Lucretianus ex lib. 2. docet.

Langerē pecudes: & equorūm duellica bella. quem-
admodum & S' soleret, vt apud eundem Lucr. in 1.

Usque adeo largos haustus è fontibū magnis.

& apud Ennium:

Pandite sūltis gēnas: & corde relinquire somnum.

Fuit & cūm priscis illis temporibus non semper
syllaba

Syllaba ex vocali & M' compacta, deturbaretur e ver-
su, ut apud Ennium, citante Prisciano,
Insignita forent tam millia milium octo. vnde
& Lucretius lib. 1.

Corporum officium: si quoniam ponere omnia deorsum.
& in eodem.

Corporum augebit numerum, summamque sequetur.
quod utiq; fiebat, cum vocalis precedens corripere.

Sunt preterea ex eruditis, qui per Ethlipsim S
cum sua vocali excludi autumant, his versibus ita scri-
ptis.

Limina tectorum, et meâis in penetralibus hostem. vbi 154.4
abijcitur s: nisi legas, Medium pro medys. Sed opi-
nor Virgilium in hoc secutum Lucretium: ait enim
ille lib. 2.

Est e leuibus, atque rotundis.

Adnixa volare.

Inter se coisse viros: et decernere ferro.

vbi ait Seruius. Synalæpha opus esse, excluso Os. Ap-
pellat autem Synalæphen, quam nos & alij Ethlipsim.
Seneca tamen legit, Cernere, nulla Ethlipsi.

Et illo, ubi extruditur U S:

Aut omnium fetus, aut iuenteis culta capellas. quanquã, 55.21.
quibus hæc Ethlipsis non satisfacit, Fetus ouium, agno-
scunt, transpositis dictionibus.

Sed illa quidem durior Ethlipsis, quam vel docti
homines admittunt eo versu:

Eueniunt: nec te comitem hinc asportare Creusam. 163.4.
vbi, as, subtrahenda per Scansionem: nisi immutave-
ris, hinc comitem.

Scien-

Sciendum autem est, Dactylicum versum Synalœphen, & Ecclipsisim ubiq; posse recipere, id est, non modo singulis in pedibus, eorumque præcipue concisionibus, hoc est, ipsi pedum inter se complicationibus: sed etiam syllabis, excepta prima: vbi permanet omnino uocalis prior, neque truditur loco, vt apud Tibullum (neque enim Virgilij extat huiusmodi)

ō ēgō ne possem tales sentire dolores. & Ouidium: ōiūti nam tunc, cūm Lacedæmona classe petebat. quæ è re solidescit numerus ipse, quadam etiam cum dignitate, vt infra docebimus.

Hiant igitur vocales reliquis syllabis omnibus, præter hanc, atque ita hiant, ut Collisio admittatur: semper ferè. Hoc autem ideo dicimus: quod non vbique Collisiones ipsæ fiunt necessitate carminis, vt inferius videbimus, sed ad ipsum sustentandum, complodant vocales, necesse est.

Ex hiatu autem quoque isto, vbi fit Collisio, numerus quidem ipse solidior fit, cum quadam audientium iucunditate, præsertim si eadem concurrunt vocales, vt Ecce in secunda syllaba primi Pedis.

- 80.8. Ocia agunt terra: congestaq; robora, totas. &
 88.7. Ipsa autem, seu corticibus tibi suta cauatis. &
 358.11. Arua aliena iugo premere? atq; auertere prædas? &
 1.7. Namq; erit ille mihi semper Deus. &
 5.27. Ipse ego cana legam tenera lanugine mala, &
 88.16. Sæpe etiam effossis (si vera est fama) latêbris. &
 110.1. Ille ego: qui quondam ———
 13.6. Quid, si idem certè Phæbum superare canendo? &
 80.7. Ipsi in defossis specubus, secura sub alta. &

Ergo

<i>Ergo omnis longo soluit se Teucra luctu.</i>	Et,	
<i>Mecum vnà in syluis imitabere Pana canendo.</i>		138.2.
<i>In quibus sentiunt iudiciosa aures vocaliorem numerum fieri ex ipso earundem vocalium hiatu: quem hiatum etiam adiuuat idem elementum de proximo profertim in principio dictionis, vel dictionum adsonans, ut:</i>		5.7.
<i>Phyllida amo ante alias.</i>	Et similiter.	9.13.
<i>At cum diuersa hiant vocales, solidescit ipse quidem numerus, non tamen tanta cum voluptate audientium: ut,</i>		
<i>Ipse, ubi tempus erit,</i>		10.2.
<i>Credo equidem. —</i>		189.12.
<i>Cuncta equidem. —</i>		139.23.
<i>Ergo alacreis syluas.</i>		14.25.
<i>Tantum inter densas. —</i>		4.6.
<i>Idem amor exitium est pecori.</i>		10.6.
<i>Sed iam afferamus reliquorum exempla pedum, atque locorum: in quibus Hiatus ipse deinceps fit maiore semper cum vocalitate, ea autem sunt:</i>		
<i>Hiatus in tertia syllaba I pedis.</i>		
<i>Pascite, ut ante boues pueri: submittite tauros.</i>		22.5.
<i>Ducite ab vrbe domū mea carmina, ducite Daphnim.</i>		23.26.
<i>Hiatus in I I. Pede, Et syllabis tertijs, quartis, Et quintis versus.</i>		
<i>Quam nostro illius labatur pectore vultus.</i>		3.13.
<i>Inflatum hesternō venas. ut semper, Iacobo.</i>		16.17.
<i>Non equidem inuideo, miror magis.</i>		1.11.
<i>Tum castia, atque alijs intexens Iuanibus herbis.</i>		3.25.
<i>His certe neq; amor causa est, vix ossibus hærent.</i>		10.7.

Hiatus

Hiatus in III, Pede, & V, VI,
& VIII, syllaba versus.

- 7.5. Tum credo, cum me arbustum videre Myconis,
8.9. Et nobis idem Alcimedon duo pocula fecit.
9.1. At mihi sese offert ultro meus ignis Amyntas.
111.4. Ille Deum vitam accipiet: Diuisq; videbit.
13.28. Florentem cythisum, & salices carpetis amaras.
1.13. Protinus eger ago. hanc etiam vix Tytire duco.
4.11. Nunc virides etiam occultant spineta lacertos.
4.14. Allia, serpyllumq; herbas contundit olentes.

Hiatus in IIII, Pede, & syllaba VII,
VIII, IX, & XI, versus.

- 5.30. Et vos o Lauri carpam, & te proxima myrte.
7.30. Verum, id quod multo tute ipse fatebere maius.
3.3. Hinc tibi, quæ semper vicino ab limite sepes.
8.2. Fagina, calatum diuini opus Alcimedontis.
5.24. Narcissum, & florem iungit bene olentis anethi.
323.12. Fatiferumq; ense, lorica ex ære rigentem.
2.20. Quid facerem? neque seruitio me exire licebat.

Hiatus in V, Pede, & syllaba XI, XII,
XIII, XIII, versus.

- 6.17. Quintu aliquid saltem potius, quorum indiget vsus.
26.18. Id quidem ago: & tacitus Lycida mecum ipse voluto.
29.17. Aut acris venabor apros: non me vlla vetabunt.
33.17. Unde homines nati durum genus. ergo age terra.
5.6. Hædorumq; gregem viridi compellere hibisco.
10.27. Teq; adeo decus hoc aui, te Consule, inibit.
27.2. Omnia fert etas, animum quoque. saepe ego longos,

Hiatus in VI, Pede, ac syllaba versus.

XIIII, XV, XVI,

Frigida

- Frigida Daphni boues ad flumina: nulla neq; amnē.* 13.22.
Vimineasq; trahit crates, iuuat arua: neq; illum. 34.19.
Semiputata tibi frondosa uitis in ulmo est. 6.16.
Restituant. Adeò à teneris consuescere mūltum est. 58.7.
Hiatus in finali Hypermetri cum insequenti uersu,
id est, syllaba X I I I I, X V, V I, X V I I.
Et spumas miscent argenti, uinaq; sūlpħūrā,
ſdeasq; pices, 82.20.
Aut dulcis musti Vulcano decōquit hūmōrem:
Aut folijs undam. 41.9.
ſamq; iter emensi turres, ac tecta Latīnorum
Ardua cernebant iuuenes. 162.1.
Quem non incusauī amēs hominumq; Deorumque?
Aut quid in euerſa. -- 403.2.
Subſtiterant: subito erumpunt clamore: fremētesque
Exhortantur equos: 349.13.
Omnia longēuo ſimilis, uocemque, colōremque,
Et crines albos: 207.24.
Omnia Mercurio ſimilis, uocemque coloremque,
Et crines flauos. & reliqua Hypercatalectica mtra,
quæ supra cōēgimus. in quibus ſemper hiatus hic fit cū
Exploſione: cum contra iuſtis in uerſibus ipſa ſine de-
tractione uocalis, Comploſio ubique exaudiatur.
Atque, ut concurſus earundem uocalium magis
delectat, quam diuerſarum. nam & ſi fiat ubique alte-
rius exploſio, accedit tamen inde aliqua numero uoca-
litas auribus non ingrata: ſic mirum eſt, quā frequen-
ter per concurſum primæ uocalis omnibus in pedibus
maximus aurium ſubblanditor Virgilius dignitatem
quandam, ac magnitudinem ſuis numeris accerſue-
rit:

- rit; presertim, cum idem elementum *A* de proximo
 262.2. loco biatum ipsum utrinque adsonando adiunct, ut,
 358.11. Porta aduersa, ingens solidoq; adamante columna.
 9.13. Arua aliena iugo premere? atque auertere preda?
 80.24. Phyllida amo ante alias.
 123.21. In nemora alta vocans, nec tu aspernata vocantem.
 327.3. Nos Troia antiqua, si vestras forte per aures.
 187.9. Atque ea diuersa penitus.

Constiterant, sylua alta Ionis, lucusve Dianæ.

At in IIII. & V. pede quoties fit (fit autem frequentius, ut obseruauimus) tunc maximè versus ipse suo cum numero assurgit, quadam etiam cum magni

- tudine, ac dignitate, ut,
 217.15. Tondetur cythisi: tedas sylua alta ministrat.
 117.15. Ductoresque ipsos primum capita alta ferentis.
 152.4. Auratasq; trabes, veterum decora alta parentum.
 154.24. Porticibus longis fugit: & vacua atria lustrat.
 200.19. Reliquias colerem, & Priami tecta alta manerent,
 186.23. Iam medium: necdum fluctus latera ardua tinxit.
 187.6. Aetneos fratres, cælo capita alta ferentes.
 447.28. Sine animis, siue arte vales opta ardua pennis.
 149.17. Androgæos offert se nobis, socia agmina credens,
 269.27. Omnes cœlicolas, omnes supera alta tenentes.
 125.15. Rupibus excidunt, scenis decora alta futuris.

Eundem sonum, quantum maxime potuit, auxit, cum in 7777. Pede Monosyllabum adhibuit, cum quo fit hiatus: & a fine sequentis dictionis Assultum eiusdem vocalis *A* reddit, ut,

- 84.6. Et dulcis animas plena ad præsèpia reddunt.
 89.19. Et circa regem, atque ipsa ad prætoria densæ.

Imparibus

<i>Imparibus ductos alta ad donaria currus.</i>	85.14.
<i>At gemini lapsu de lubra ad summa dracones .</i>	144.21.
<i>Vltro Asiam magno Pelopeia ad mœnia bello.</i>	143.19.
<i>Ilicet ignis edax summa ad fastigia vento .</i>	166.14.
<i>Sape in honore Deum medio stans hostia ad aram.</i>	83.27.
<i>Ille triumphata Capitolia ad alta Corintho.</i>	271.16.
<i>Non equidem omnino capta, aut deserta viderer.</i>	200.6.
<i>Sed & Maro eiusdem vocalis maximè sonore assul</i>	
<i>tu vocalitatem, atque decorem suis numeris compara-</i>	
<i>uit, nec minus fortasse, quamuis fiat diuersarum voca-</i>	
<i>lium concursus. Nam quantum ea re ex vocalitate de-</i>	
<i>peritiosa, tantundem sanè ex eo reponitur: quod hic vo-</i>	
<i>calis A, quæ Synalæphen excipit, vna plus adsonat (è</i>	
<i>versu enim non truditur) quam superioribus uersicu-</i>	
<i>lis, ubi cadit in Synalæphen.</i>	
<i>Seu uos Hesperiam magnam, Saturniaque arua .</i>	130.5.
<i>Deserta Cereris. iuxtaq; antiqua cupressus.</i>	160.30.
<i>Incubuit: Scythiaq; hyemes, atque arida desert.</i>	74.8.
<i>Suscepitq; ignem folijs: atque arida circum.</i>	117.1.
<i>Ipse vero primus manicas, atque arcta leuari.</i>	142.2.
<i>Lucentemq; globum Lunæ, Titaniaq; astra .</i>	267.2.
<i>Incumbens aræ, atque umbra complexa penates.</i>	267.25.
<i>Accipiunt socios: atq; agmina conscia iungunt.</i>	154.10.
<i>Ardentes clypeos atq; gra micantia cerno.</i>	146.3.
<i>Errabant acti satis maria omnia circum.</i>	160.20.
<i>Trões te miseri ventis maria omnia vecti.</i>	112.8.
<i>Iliaci cineres, & flamma extrema meorum.</i>	151.17.
<i>Nox operit terras. quoties astra ignea surgunt.</i>	200.28.
<i>Egregia interea coniux arma omnia tectis,</i>	261.3.
<i>Verùm Sonoritati quoq; si quis inficias iret, satis</i>	
<i>non</i>	

non esse factum hac parte.

- 211.11. *Et clamor ad alta.* *Atria.*— Obtusiores quidem aures ferit. Satisfecit enim profecto multis rationibus toto eo loco, in quo clamor & ululatus femineus describitur: sed huius potissimum vocalis *A* sonoritate sepius accersita, quippe quæ non quinquies tantum hic continuis fere syllabis sibi inuicem adsonat: sed integris etiam duobus versibus bis septies repetita, maxima cum sonoritate exauditur: ut,
- Spumantem sparsasq; manus. *Et clamor ad alta*
Atria. concussam bacchatur fama per urbem. *Vocalium autem frequens concursus a diligentissimo Vate tunc adhiberi solet, cum eiusmodi res fuerit, ut hiatu quodam orationis ad eam exprimendam opus sit.*
- 185.16. *Quod Spondaicis ipsis numeris pondus adijcit. ut,*
262.2. *Mōstrū horrēdū, informe, ingēs, cui lumē adēptum. et,*
336.16. *Porta aduersa, ingēs, solidoq; adamante columna. &*
363.20. *Bina dabo argento perfecta, atq; aspera signis. &*
390.24. *Tela inter media, atq; horrentes Marte Latinos. &*
Conuersiq; oculos inter se, atq; ora tenebant.
- 305.11. *Quod idem prestat Dactylicis numeris. ut,*
358.11. *Ecce aut subitū, atq; oculis video mirabile monstrum.*
Arua aliena iugo premere atque auertere preda.
qui versus singuli terna vocalium concursione mirifice
19.7. *assurgunt. ac hic multo magis quaterna.*
Promissum eripui genero; atque arma impia sumpsi.
Suo quoq; hiatui bonā partem sonoritatis debent
- 195.7. *Spondiaci isti numeri. (plumæ &*
165.12. *Monstrum horrēdum ingēs: cui quot sunt corpore*
Horrēdum, ei dictū vī ac o mirabile monstrum. &

in faciē em anē a visu mirabile monstrum. 376.30.

ōlli sōmnum ingēns rūpit pauor: ossaq; & artus. &, 289.28.

Tūm dēmū hōrri's ōnō stricēnēs cardine sacra. &, 262.23.

āspēctāns sylvā mēnsā, ēt sic ore profatur. &, 249.26.

ēt māgnōs mēbrōrūm āriūs, māgnā ōsū lacerto sque. 227.2.

ūlmūs ōpāca īgēs, quā sēdēm somnia vulgō. &, 253.3.

Tēctum aūgūstūm, ingēns, cētum sūblime columnis. 280.10.

Et Dactylicus iste.

ō pātri a, ō Dīuūm domūs ilī um, ēt inclyta bello. 145.7.

Item isti, Spondeo, & Dactylo temperati
īnsōntem, īfāndo ināi cīō, quā bella vetabat. &, 139.

Lāpsā cādūt fōli a: aūt ād terrām gurgite ab alto. 253.30.

De Complosione Vocalium.

AT qui non semper, vbi concurrunt, hiantq; vocales, extruditur ē versu altera: sed permanet, nec loco cedit. Idque cūm fit, quod ē resultu ipso geminetur sonus, rectius Complosionem vocamus. nam Boatū sunt ē literatoribus qui vocauerint.

Hac complosio etiam si Pontano non videatur, cur a Latinis magnopere sit probanda, nisi quod Græcam habeat imitationem, solaque varietate delectet, ac raritate: crebrò tamen Poëta, suos numeros, suorumque concētuum suauitatem secutus, hoc veluti condimento Complosionis auribus satisfecit. Quam vt suo, ac commodatoq; loco, ac verbis idoneis, & venustam reddamus, & suauem, Virgiliana, quotquot memoria suggeret, exempla colligemus. atque in primis ea, in quibus vocales finales natura longæ, aut Diphthongi, sequente vocali, non modo non colliduntur, sed suā etiam obtinent Longitudinem: quia in locis Cæsura

d primam

Primam Spondei, aut Dactyli tenent. vt,

A'

17.16. Clamassent : ut littus, Hylä Hylä, omne sonaret.

E'

177. 1. Quid struit? aut qua spe i' n' mica in gente moratur?

7.5.

I'

8.28. Et succūs pecorū, ēt lac subducitur agnis.

72.26. Munera sunt Lauri, ēt suaue rubens hyacinthus.

167.2. Arcbis auido pecorū: ārmenta q; pasces.

40.27. Nērci|dū m mā|trēt Nēptū|nō āgā|ō.

337.14. Ter sunt conatū imponere Pēli' ō Ossam.

28.4. Hanc sine me spem ferre tuū, aū dentior ibo.

360.29. Illum etiam laurū, etiam fleuere myrica.

22.29. Externo commissa ducī āneia puppis.

20.27. Vt vidi, vt perij, ūt me malus abstulit error.

Stant & iuniperi, ēt castaneā hirsuta.

4.27.

O'

46.1. Amphion Dirceus in Actāō ārācynibo.

65.11. Flumina amem, syluas q; inglorius. ō ūb' campi

360.14. Glañcō, ēt Pānō pēg, ēi|nōō Mēli|cērtā.

111.16. Mæonia generose domō: ūb' pinguia culta.

131.23. Posthabita coluisse Samō. Hic i'lius arma.

349.10. Tūne ille Aeneas, quem Dardaniō ānchisē.

167.2. Antiquum in Buten hic Dardaniō anchisē.

168.26. Nereidum matrī, & Neptunō āgeo.

184.24. Nauticus exoritur variō hōrtamine clamor.

143.20. Si pereō hōminum manibus, perijisse iuuabit.

160.3. Euolat infelix: & fæmineō ūlūlatu:

Inclusum buxō aūt Oricia Terebintho.

AE' Diphtongus.

Ante

<i>Ante tibi Eo Æ atlantides abscondamur.</i>	38.25.
<i>Stant & Juniperi, et Castaneæ hirsuta.</i>	20.27.
<i>Vlla morem fecere: neq; Aoniæ aganippes.</i>	28.3.
<i>Ardea, Crustumeriq; & turrigeræ antemna.</i>	295.21.
<i>E' quamuis correpta, producitur, ratione Cæsura.</i>	
<i>Ne finitè: auferte metus: ego fœdera faxo.</i>	428.22.
<i>Age verò, ut meminerimus, Maroniana item</i> <i>hæc loca congeramus, ubi vocales finales itidem per</i> <i>naturam longæ, aut etiam Diphthongi, sequente vo-</i> <i>cali, non solum non colliduntur, sed etiam corripuntur,</i> <i>quòd secundam, aut extremam Dactyli occupant.</i> <i>sunt autem hæc.</i>	

A'

Clamassent: ut littus, Hylæ Hælæ, omne sonaret. 17.16.

E'

Et longum formose valè valè, inquit, Iola. 9.14.
Nomen, & arma locum seruanti: tē amice nequini. 269.17.

I'

Credimus? an, qui amant, ipsi sibi somnia fingunt? 25.26.

O'

Te Corydôn ò alexi. TRAHIT sua quæque voluptas. 6.11.
Ter sunt conati imponere Peliõ Oßam. 59.25.
Victor, apud rapidum Simoenta sub i liõ alto. 41.16.

AE' diphthongus.

Glañ. ò et Panç|pēæ, ei in ò Mēli|cēta. 46.1.
Implerunt montes: flerunt Rhodopēta arces. 102.15.
insula Jonio in magno: quas Diræ Celeno. 171.19.

Idem fit etiam in medijs dictionibus.

Nec tota tamen ille priõr præunte carina. 219.18.
Stipitibus duris agitur, sudibusve præustis. 292.4.

d 2 A' verò

A verò correpta Breuis remanet.

Et vera incessu patuit Deū. ille ubi matrem.

Verum Hiatus ille creber, atque Complosio, quæ fit cum in sequenti versu, qui Hypermeter non sit, quoniam in eam minus aures intentæ sunt, propter id temporis intervallum, ac pausam, quæ intercedere videtur, dum ad alium nos versum, aliumque contextum conuertimus: ex quo etiam ad hunc hiatus nihil pertineat Synalæphe: non utique ea ita exauditur, ideoque non tanta fit ex tali complosione numerorum vocalitas, quanta ex superiore, ubi eodem contextu concurrentes vocales magis quid sonorum complodunt. Affert tamen hiatus hic præcipuam auribus voluptatem, suamque numeris dignitatē, cum Assultus ille hinc versum inchoantis, illinc terminantis eiusdem vocalis suæ quoque vocalitatem accumulatur. Cuius rei instar habent insequentes versus.

164.5. *Classemque sub ipsa*

Antandro, & Phrygiæ molimur montibus Ida. &

211.11. *It clamor ad alta Atria. &*

244.5. *At procul in sola secreta Troades Acha,*
Amissum Anchisen flebant: &

217.6. *Expectata dies aderat: nonamque serena*
Auroram Phaëthontis equi iam luce vehebant. &

217.6. *Famaque finitimos, & clari nomen Aestæ*
Excierat. --

217.22. *In medio: sacri tripodes, viridesque corona,*
Et palmæ pretium victoribus. --

155.17. *Traxit, & in multo lapsantem sanguine nati:*
Implicuitque comam laeva: &

Undique

Undiq; conuenere, animis, opibusq; parati,
 In quascunq; velint pelago deducere terras. & 163.25.
 Ipse Deū manifesto in lumine vidi Intranter muros. & 201.4.
 Ferre manum: duroq; intendere brachia tergo. 227.5.
 Obstupuere animi. &
 Epytides longè dedit: insonuitq; flagello. 233.1.
 Olli discurre pates. &
 Quà gressum extuleram, repeto: & vestigia retro 162.9.
 Obseruata sequor per noctem: & lumine lustrò
 Horror ubiq; animos, --
 Talem diues arat Capua, & vicina veseuo 56.19.
 Ora iugo. -- & similia.

De Complezione earundem Syllabarum, secus quàm
 Seruius, Fabius, Quintilianus, & alij.

Honoratus Grammaticus super versu I I. Georg.
 Glauca canentia fronde salicta. Sanè Cacepha- 49.13.
 ton (inquit) est, Glauca canentia. Idem Commenta-
 rio Aeneidos I I. ibi. 138.3.

Panduntur portæ: inuat ire, & Dorica castra, Mala
 est, inquit, Compositio, ab ea syllaba incipere, qua su-
 perior finitus est Sermo: Nam plerunq; & Cacepha-
 ton facit: vt hoc loco. Sed & Quintilianus, cuius vi-
 ri auctoritas me magis mouet, videndum precipit, ne
 syllaba verbi prioris vltima sit prima sequentis. Sed
 enim non possum ego non vehementer mirari Fabi,
 teque in primis, Serui, vsque adeo in interpretanda
 Virgiliana virtute, ac diligentia versate, concursum ea-
 rundem syllabarum genus quoddam Complectionis Ma-
 roniane Musæ auribus incundissimum, vestras aures

ita ingratis ferire, ut hanc malam compositionem esse dixeritis. qua toties non insuauiter Poeta lectoris blanditur auribus. atque ipso earundem syllabarum concursu, qui tuas precipue, bone Serui, ledebat aures. ait. n. ipse alibi.

246. 18. Nec Simois tibi, nec Xanthus, nec Dorica castra.

152. 18. Et Danaum solita naues, & Achaica castra.

Ut igitur concursu ipse vocalium delectat propter Complosionem earundem literarum: sic etiam, ac fortassis non multo minus, earundem syllabarum, cum ex ipsa Complosione magna fiat vocalitati accessio: per quam metrum Heroicum, hoc est, generosum maxima cum venustate assurgit atque decoro. cuius rei fidem faciunt etiam insequentibus versus.

419. 30. Fama malum. —

325. 25. Stupea flamma manu. —

328. 30. Date telam. —

145. 16. Ruit Oceano nox. —

63. 9. Ipsa satis tellus. —

37. 5. Huic a stirpe pedes. —

63. 12. Ad sidera raptim. —

212. 17. Aduerso sole colores. —

201. 6. Teque querelis. —

201. 26. Neque te teneo. —

33. 28. Siliqua quassante legumen. —

226. 22. Quas ego te terras. —

214. 19. Cerno te tendere contra.

Quin et versus plerique alij quam familiarem esse hanc complosionem Maroni, produnt, qui quota pagella scripti sint, numerales suos quaeque notae, breuitatis causa indicabunt.

Am am

Am am Complodunt, pag. 212. ver. 2. & item,
At at. 114.5. & 429.8.
Ca ca. 49.49.13. & 138.3. & 152.18. & 246.18.
Cæ cæ. 314.1. *Ctæ te.* 39.22.
Cum con. 276.21. & 190.20.
De de. 229.9. *Di di.* 259.27.
Et et. 154.29. *Ge ge.* 283.26.
Gne ne. 356.4. *Gne nec.* 439.6.
Id id. 137.18.
Il il. 251. & 240.10. *It it.* 274.7.
La la. 144.7. & 247.8. & 376.19.
Li li. 280.27.
Ma ma. 278.28. & 310.11. & 372.23. & 374.10.
& 401.26. & 403.18. & 428.23.
Mo mo. 97.14. *Nana.* 272.10.
Ne ne. 218.22. & 294.16. & 312.16.
No no. 313.29. *Or or.* 168.26. & 414.2.
Que qui. 22.12. *Ra ra.* 279.5. & 408.14.
Re re. 504. & 58.17. & 85.8. & 115.27. & 155.
11. & 157.13. & 160.20. & 172.27. & 176.22.
& 200.26. & 221.4. & 225.18. & 229.12. &
252.17. & 261.10. & 267.18. & 289.6. & 309.
27. & 325.20. & 336.20. & 337.13. & 365.11.
& 397.6. & 401.10. & 418.12. & 423.4. & 439.
6. & 444.28.
Sa sa. 230.30. & 415.11. & 428.25. & 429.27.
& 446.22. *Sce se.* 70.27.
Se se. 172.21. & 242.22. & 288.6. & 285.16. &
428.7.1. & 431.5.
Si si. 256. & 356.24. & 414.17.

Su su. 147.9. *Sus sur.* 414.2.
Ste te. 192.6. & 344.1.
Tata 139.22. & 173.26. & 184.30. & 215.15.
 & 216.3. & 219.28.
Tete. 154.29. & 177.16. & 184.19. & 214.19. &
 143.3. & 266.22. & 305.6. & 271.26.

Tum ton. 91.21. *Tunt tum.* 93.11.

Tra tra. 367.2. *Ve ue.* 312.22. *Ul ul.* 224.9.

Verum & ultima desinentis versus syllaba concurrit, consonatq; cum prima insequentis: ut,

- 181.18. *Sortiti remos: passimque in litore sicco
Corpora curamus:*
- 251.23. *Quatuor hic primùm nigrantes terga iuuenos
Constituit:*
- 198.26. *Arma parent: & quæ sit rebus causa nouandis,
Dissimulent:*
- 137.18. *Huc delecta virtum sortiti corpora furtim
Includunt cæco lateri.*
- 184.13. *Et quondam patrijs ad Troiam missus in armis.
Isque ubi.--*
- 313.11. *Arma Jouis fugiens, & regnis exul adeptis
Is genus indocile, ac dispersum motibus altis Cõposuit.*
- 223.15. *Vndiq; conueniunt Teucris, mistiq; Sicani-
Nisus, & Eurialus primi*
- 168.26. *Nauticus exoritur variõ hortamine clamor.
Hortantur socij:*
- 172.21. *Accipiunt: celeri q; fuga sub sydera lapsa,
Semesam prædam.*
- 250.12. *Tollunt se celeres: liquidumque per aëra lapsæ.
Sedibus optatis.--*

Turne.

DE CAESVRIS HEROICI VERSVS.

Mansiones, quas alij Casuras, alij Incisa, alij Incisiones, alij Concisiones, nonnulli Sectiones, quidam Articulos Latine vocant, Græcè κόμματα aut τόμματα, in versu Heroico ritè seruare debemus, quod ij versus maxime probari soleant, qui inter dimetiendum inueniuntur ita complicatis inter se pedibus, inuicemque confertis, vt pes pedi sit tanquam catena vinculus.

Complicationes autem istæ Heroici, quæ per vnus syllabæ residuum obseruantur, sunt quatuor, quæ Græcè nomen habent a numero syllabarum. Tribemimeres, Penthemimeres, Ephthemimeres, Enneamimeres. quod earum loci sint syllabis imparilibus, Tertijs, Quintis, Septimis, & Nonis. quarum omnium vnus hic probabilis versus exemplum præbebit.

ἄλλε λάϊνυς νῆνεῦν molli fultus hÿacintho.

Τριθημιμερῆς, Tribemimeres igitur fit, cum post primum pedem syllaba relinquitur, dictionem terminans, & metrum incipiens: vt:

ἄλλε λάϊ-υυ τῦς. nam τῦς syllaba abscisa remanet a dictione latus, quæ dictionem finit, & simul principium est pedis. Et quoniam tenet de tribus dimidium: nam vnum & semis bis, quinque constituunt: Tribemimeres nominatur. Latine nomen non habet, nisi Semiternariam placeat appellare. Ergo in tertia syllaba fit, vt docuimus, et si quarta esse videatur. Nam in
metris

metris dimetiendis duas correptas pro una longa accipimus. Spondaicus enim versus licet diuersi sit generis, tamen qui proprie Heroicus dicitur, constat Spondeis sex, qui sex conficiunt metra, unde ἐξάμετρος dicitur. Constatq; syllabis XXII. quas cogunt singuli Spondei binatim longas, qui versus ut supra diximus, vix inuenitur apud Latinos: posteaquam Spondei in sede sua Dactylos propter temporum parilitatem, resoluta posteriore syllaba longa in duas breues, recipere instituerunt.

Πεντημιμέρης Penthemimeres fit, cum post duos primos pedes syllaba remanet dictionem finiens. ut, ἄλλε λάυτιός μὴ νῆ-σσῦμ. ecce ῦμ syllaba remanet abscisa a dictione niueum, & simul finit dictionem, & est principium pedis. quæ quia tenet de quinque dimidium, nam duo & semis bis, quinque constituunt, Penthemimeres appellatur. quo nomine & ipsi duo pedes cum syllaba significantur. Latine Sequimineria dicitur.

Ἐφθήμερης Ephthemimeres fit, cum post tres primos pedes syllaba similiter relinquitur, dictionem terminans: ut,

ἄλλε λῦ σσ τῦς μὴ νῆ-σσῦμ μόλ-λι. Ecce λῖ remanet abscisa a dictione molli, & simul finit dictionem, et est principium pedis. Et quoniam habet de septem dimidium, nam bis tria & dimidium Septem constituunt: Ephthemimeres a Græcis nominatur, nostris Semiseptenaria. pedesque ipsi cum syllaba eodem nomine appellantur.

Ἐννεαμιμέρης Enneamimeres fit, cum post primos quatuor pedes syllaba similiter remanet, dictionem

clau-

claudens, ut;

ille lū uū iūs nī uē-ū um mōl līfūl -- tus. **Ecce**
tūs remanet abscisa a dictione fultus, & simul finit di-
ctionem, & est principium pedis. Et quia habet de
nouem dimidium. bis enim quatuor & dimidium No-
nem constituunt, Enneamimeres nominatur.

Harum autem virtus est (ut hic videmus) syllabā
breuē semper producere. Tūs enim natura brevis, lon-
ga fit, quia Enneamimeres est. veluti etiam in hoc:

Muneribus: tibi pampineo grauidūs Autumnō. 42.5.

Similiter fit in Tritthemimeri.

Inualidūs, ēi amq; tremens, et iam inscius aui. 73.3.

In Pentthemimeri.

Versibus ille facit aūt, si non possumus omnes, & 19.23.

Omnia vincit amor: et nos cedamus amori. 29.30.

In Epthemimere.

Et furij agitatatus amor: et conscia virtus: & 384.25.

(Nam duo sunt genera) hic meliōr insignis & ore: 90.6.

Et item alia singularum Casurarum exempla nō pau-
ca, quae omnia in eum locum coniecimus, ubi de admis-
sione Tribrachi, & Iambi cum figura locuti sumus.

Μορομυεσπνν igitur si quis superioribus primā adiece-
rit, forte non errauerit, quae tūc fiat, cū versus incipit ab
O, aliā ve vocali, qua partem orationis includat, & se-
quens dictio incipiat a vocali; neq; ob id tarsen Synale-
phę locus sit. Nā eadē longa manet, quia veluti Casu-
ra quēdā finit dictionē, pedēq; incipit. ut apud Tibul-
lū: o ē gō ne possent tales sentire dolores. Et apud Ovi-
ō ūi nara tunc cūm Lacedemona classe petebat.

Id quod & in medio versus apud Maronem fit
Flumina

Flumina amem, sylvasq; inglorius ò ùbì campi.
Cum tamen alioqui vocalis ante alteram vocalem,
quæ sit secunda, aut tertia Daçtyli, apud Poëtam per-
petuò brevis sit, vt:

6.11. Te Coryaõn, ò àlexi. C,

9.14. Et longum formose, valè valè, inquit, fõla. C,

171.19. insũ læ tonio in magno.

Quod si dictio monosyllaba desinat in vocalem,
aut in M, Collisionem non vitabimus. vt,

Si ad vitulam spectes, nihil est, quòd pocula laudes.

Et apud Catullum.

Qui ipse sui nati minxerit in gremium.

Et apud eundem.

Qui illius culpa cecidit veluti patri.

Et item apud eundem.

Nam vnguentum dabo meæ puellæ.

Et apud Horatium.

Nam vt ferula cades, meritum maiora subire.

Et *ἑκαμυμερῆς*, Hendecamimeres verò quinta pro-
culdubio addi posse videtur, cum sex pedes quinque
omnino habere possint interruptiones. Ea igitur erit,
cum post quinque pedes syllaba remanet, dictionem
claudēs: quæ sextum pedē incipiat. Quod veniet, quo-
ties versus in vnum desinit Monosyllabon a consonan-
te incipiens. quales sunt apud Virgiliū non pauci, vt:
Stērnūtūr, - v̄ exānī - v̄ mīs: quē trē - v̄ mēns prō-
cūmbī t hū v̄ mī hōs. Nam mīs quis non videat absci-
sam restare a dictione Humi, simulq; finire dictionem,
C pedem incipere finalem? quæ similiter, quia vn-
decim diuidit, Hendecamimeres appellabitur. Atque

ita

ita Cæsurae istæ per residuum unius syllabæ pedes con-
nectunt, complicantque inter se maximo cum decore,
versus, numerorumq; gratia.

Cæterum Terentianus, Diomedes, alijque illustres
grammatici, Cæsuras tantum quatuor duobus in locis
agnouerunt, videlicet, primam Penthemimeren, at-
que eodem loco, Secundam κατὰ τρίτον τροχαίον.
Tertiam Epithemimeren. & ibidem Quartam Te-
trapodiam Bucolicam. Primam, & Tertiam superius
exposuimus. reliquas duas hoc loco explicabimus.

Trochaica igitur Cæsura fit, cum post duos primos
pedes Tertius in fine dictionis Trocheus restare vide-
tur, qui pedem incipiat, Dactylum scilicet, nam alium
non potest: ut in hoc.

Εὐρῶ - σὰμ ῥέ σὸ - υυ νᾶρῆ - υ. Ecce nārē Trocheus
est, abscisus à dictione Resonare. vnde Trochaica Cæ-
sura appellatur. & similiter, quia post duos pedes fit,
Catatrion Trocheon.

Τετραποδία, Tetrapodia verò Cæsura erit, cum
Epithemimeres, quæ syllaba, ut diximus, post pri-
mos tres pedes inuenitur, dictionem secans, duabus ad-
ditis breuibus, dictionem terminantibus, Dactylum
constituit. Qui pes quia quartus est & peculiaris Bu-
colici carminis, fecit: ut hæc Cæsura Tetrapodia, &
Bucolica appelletur. ut:

Dic mihi Damæta: cuium pēcūs? an Melibæi? 6. 20.
Non, verum Aegonis: nupēr mī hī tradidit Aegon.

Ecce enim, iūm, & pēr, syllabæ remanēt præcisæ a
Cuium. & nuper: quæ syllabæ longæ initium fa-
ciunt Dactyli: quem absoluunt duæ sequentes breues,
integram

integram dictionem finientes, Pecus, & Mibi, Apparet itaq; hanc esse Cæsura, quam Tetrapodiam Bucolicā Diomedes nominat. nam dictionē secat ut immerito eum reprehendat Aldus, hanc non agnosce's.

Quod si ipse cā qualitatem Bucolici carminis, in qua dicitio non secatur, nomine etiam Tetrapodiæ censei velit, non repugno: quòd omnino in ea servatur, ut pes itidem quartus sit Dactylus similiter dictionē terminans, vel ex integra dictione abscisus, ut ad consequendū nomen Cæsura id fortasse satis esset. ut,

1.33.

Sine antro potius succēdimus - uu

1.3.

Vel ex integra dictione conflatus. ut:

Nos patriæ fines, & dūlcī ā - uu Vel ex integris dictionibus, quarum altera sit Monosyllaba necesse est. ut:

25.8.

Quo te, Mari, pedes? an, quò vī ā uu. Id quod diligenter a Theocrito est observatum: ut nullus ferè apud illum sit versus, in quo non sit Dactylus in quarta sede, dictionem finiens. a Virgilio non aequè. De quo genere carminis ita Servius. Carmen autem Bucolicum de quarto pede terminare partem orationis, qui pes si sit Dactylus, meliorem efficit versum. ut:

Nes patriæ fines, & dūlcī ā - uu linquimus arua.

Primus etiam pes secundum Donatum & Dactylus esse debet, & terminare partem orationis, quam legem Theocritus vehementer observat: Virgilius non adeo. ille enim paucis versibus ab ista ratione deviauit. hic etiam in paucis secutus est. hæc Servius. Terentianus verò de hoc ipso metro sic inquit.

Pastorale volet cū quis componere carmen,

Tetramentum absoluat, cui portio demitur ima,

Quæ

Quæ solido a verbo poterit conneclere versum.

Bucolicon siquidem talem voluere vocari.

Plurimus hoc pollet Sicula telluris alumnus.

Ne Grecum immittam versum, mutabo Latinum.

Dulce tibi Pinus submurmurat en tibi Pastor,

Proxima fonticulis, & tu quocumque dulcia pangis.

Fugiter hanc legem toto prope carmine seruat.

Noster rarus eo Pastor Maro, sed tamen inquit.

Dic mihi Da meta, cuium pecus? an Melibœi?

Non, verum Aegonis. nuper mihi tradidit Aegon.

In Tragicis iungere choris hunc saepe disertii

Angeus Seneca, & Pomponius ante Secundus.

Tale dedit nobis Pomponius.

Pendeat ex humeris dulcis Chelys.

Et numeros edat varios, quibus

Adsonet omne vivens nenum,

Et tortis errans qui flexibus.

Quibus in versibus vides, quarto loco Daclylum

omnibus modis, quos attigi, partem orationis finire.

Hanc peculiarem Bucolici carminis qualitate Pri

scianus de XII. carminibus, Passionem quandam ap

pellat.

Sunt preterea inquit Diomedes, Terentianum in

nuens, qui Quartum Trocheum in hac Casura collo

cant: & Catateterton Trochaon appellant. ut est,

Quæ pax longa remisera armam, novare parabant.

Qui versus ab eodem Terentiano confectus est, quia

talem non poterat inuenire alienum.

Subicit idem Diomedes. Alij vero Spondeum. ut est,

Inde toro pater Aeneas Sic orsus ab alto.

Sed

13.20. Sed magis quadrasset, opinor, exemplum ex Bucolico Ludicro in Casura, quam vult esse Bucolicam. Atque Deos, atque astra vocat crudelia mater. & si ea nihilominus in quocunque Hexametro Heroico rectè fiat.

Necesse autem est, vel vnâ, vel duas Casuras in versu inueniri, vt notat Priscianus, hoc est, Penthemimerem & Ephthemimerem: quoniam leuiorem solent hæc versuum Rhythmum perficere. & è contrario omissa durior. Vt versus, qui ex prædictis nullum habeat, Heroicus non dicatur. non quod nusquam, sed rarissime inueniatur. nam illi Virgilij tales sunt.

329.20. Arma viros: sed castra fouere, hinc turbidus, atque
422.20. hinc, & magnanimi Iouis ingratum ascendere cubile. in quos nulla species ex proximè prædictis incidit. sola enim Tribemimerem habent. At verò in istis nulla omnino quarumcunque dictarum.

28.24. Arca des o mibi tum quàm molliter ossa quiescant. et,
51.6. Scilicet omnibus est labor impendendus, et omnes. &
56.13. Et bibit humorem: & cum vult, ex se ipsa remittit.

Tres verò Casuras (de Penthemimeri autem, & Ephthemimere, ac Trochaica intelligunt) rarissime inueniri in eodem versu, idem Priscianus, & alij tradiderunt. Nam si Semiquinariam habet, Trochaicam varò habere potest, nisi quando monosyllaba interuenit dictio. vt:

Munera clara dedit, dat eadem debita patri.
dit, datè v Trochaus. & è contrario si Tertiam Trochaicam habet, Semiquinariam varò habere potest.

Formantur autem hæc Casuræ figuris tribus, Simplicibus

plici, Compasita, Coniuncta. Simplex est, cum una tantum Incisio inuenitur in metro. ut,

Pānditur -- uintēre -- uā dō rūs -- uōmni pō. utēn 455.1.

tis ō -- uolympī -- ā dōmūs -- u enim Pentemimeres

Comma.

Composita cum duae. ut:

219.25.

Tālībus -- uūzī ō -- u neūs cūn -- Et si mūl -- u ōrē

frē -- u mēbānt -- ubineūs cūn -- Et si mūl -- u duo

commata Penthemimeres, & Ephthemimeres.

Coniuncta, cum tres. ut:

173.3.

īnfān -- dūm Rē -- gīnā iō -- u bēs, ē nō -- u uā ē

dō -- u lō ē m -- u dūm rē -- gīnā ū -- u bēs rē nō -- u.

Tres Cæsura, Tribemimeres, Trochaica, et Ephthemimeres.

Cauendum autem est precipue ne Penthemimeres, aut Ephthemimeres inchoet a Synalapha, quia sic interit Cæsura. Nam ait Seruius, versum:

422.28.

Magnanimi Iouis ingratum ascendere cubile. esse sine Cæsura, quoniam in Synalaphen cadit. & item illi.

422.28.

Nympha decus fluiuō ū ānī mo gratissima nostro ubi ōrum -- u Trochaicam Cæsura perimit Synalaphen.

feritur enim, ōrānī. Et aduertendum est, Seruium hos versus Cæsura vacare dicere: qui Tribemimere tamen non careant, quod huius nulla, aut parua omnino ratio habeatur, etiam si adsit, nec immeritō: nam & primus pes sepiissime solutus incedit.

Sunt præterea, qui tradant, has Encliticis impediri, Priscianus verò non iudicat, super eo versu.

Sic fatur lachrymans: classique immittit habenas. 243.1.

Nos quidem eas interdum etiam Cæsuras facere exi-

e stimamus,

stimamus, tanquam syllabas præcisas a dictione, cui
semel inclinata quasi coaluerint, qua ratione Quæ lon-
ga fit in hoc:

12.10. et Terrasquæ, tractusq; maris, cælumq; profundum.

94. 16. Et item alijs in locis. de quibus superius, ubi de
Nothis Heroici pedibus disseruimus.

Heroicus igitur, ut inquit Diomedes, qui omnibus
complicatis ita per Cæsuras pedibus constat, ut nul-
lus sit, nisi extremus, qui partem orationis integram,
claudat, insigniori quadam specie grauitatis incedit.
De quo hæc verba sunt.

Versus Heroicus is dignitate primus est, & ple-
næ totius perfectione formatus, ac totius grauita-
tis honore sublimis, multaque pulchritudinis venusta-
te præclarus: qui sine ulla coniunctione, quascunque
alias orationis partes ita mutuis inter se connexioni-
bus colligat, ut in scansione propria pes nullus, nisi
nouissimus tantum, integram partem orationis in-
cludat: atque ita sex rationibus suis Spondæum pe-
dem, Daçtylumq; custodiat: ut Daçtylus perrarò: &
hoc quidem ornandi Poëmatis gratia, quintam regio-
nem suam Spondæo concedat. Spondæus verò po-
stremus finibus suis nunquam Daçtylum patiatur
insidere. In tertia quoque regione melius Spondæus
Penthemimeres, quàm Daçtylus diuidit. Cateri au-
tem pedes sine ulla inter se discretionem variantur. Et
exempli gratia ponamus aliquem versum, qui sit his
omnibus, quæ supra memorauimus, clarus: & qui
adeo ipsi Virgilio placuit: ut, nullo mutato elemen-
to, duobus eum voluminibus ponere delectatus sit.

ō cēā nūm

ocēānūm int̄rēā surgens Aurōrā rēlīquīt.

Animaduerte, pedes singulos ita scāſionis lege diui- 193.15.
ſos, vt eorum nullus partē orationis clauſerit, niſi nouiſſi et 386.2
mus: quē finalis neceſſitas cogit. Haſtenus Diomedes.

Semiquinariam Ceſuram ſimilem eſſe interdum
extremę ſyllabę verſus. Itemque Trübe-
mimerem, & Ephibemimerem.

Semiquinarię autem Ceſurę potiſſimūm tanta viſ
ſineſt uerſibus leuigandis, vt cūm hac vacent (va-
cant autem perraro) quām primūm id moleſtē ſentiāt
aures. Ea verō multis modis adhibetur.

Unus modus eſt, vt quoquomodo Penthemimeres
inueniatur: vt, nobiliſſimo hoc Daſtylico.

Panditur interea domus Omnipotentis Olympi. 355.2.

Alius eſt, cūm non modo ea non caret verſus, ſed
& clauſulam finit. vt eſt.

Arma virūq; cano. quę ſi *ὑπόμνημα* fuerit, gratior erit, vt, 111. 1.

Omnia vincit amor. 29. 30.

Stat ſua cuiq; dies.

Alius item eſt, cūm terminalis ſit ſyllaba, vt plu-
rimum, aut Adiectiui, aut Pronominis, aut Partici-
pij, quibus reddatur ſuum Subſtantiuum in fine ver-
ſus. quod cum ſepiſſime fiat, conſonante etiam inter-
dum extrema Penthemimeris litera cum finali verſus.
erunt tamen hi pauci exemplo.

Tityre tu patula recubans ſub tegmine ſagi, 1. 1.

Sylueſtrem tenui muſam meditaris auena. 1. 2.

Præterea duo, nec tuta mihi valle reperti. 5. 16.

De cælo tactas memini prædicere quercus. 1. 17.

Cui pēdere ſua patereris in arbore poma. 2. 17.

Nec tam presentes alibi cognoscere Diuos.

- 2.21. *Non insueta grauis tentabunt pabula foetas.*
2.29. *En vnquam patrios longo post tempore fines.*
3.17. *Mantua vè misera nimium vicina Cremona.*
26.9. *Hellepontiaci seruet tutela Priapi.*
90.25. *Julius à magno demissum nomen Filo.*
120.24. *Fraxinus, Herculeaq; arbor frondosa Corona.*
51.11. *Includunt: cæcoq; docent inolescere libro.*
2.2. *Victima, sepe tuo perfusi flumine sacro.*
54.2. *Pabula: nec tota claudes fœnilia bruma.*
78.12. *Et cantu querulæ rumpunt arbuta Cicadæ.*
19. *Semina: nec miseros fallunt Aconita legentes.*
54.7. *Proximus huic, longo sed proximus intervallo.*
224.12. *Malo me Galatea petit lasciuia puella.*
7.29. *Impulerit tantæ ne animis cœlestibus ira?*
111.15. *Vlla tenent: unco non alligat anchora morsu.*
116.15. *Adsonat interdum vocalibus Penthemimeres cum
o finali vocali versus, & sequente consonante, vel con-
sonantibus. vt,*
- 8.13. *Si ad vitulam spectes, nihil est, quòd pocula laudes.*
50.20. *Hoc faciunt: vacuos si sit digesta per agros.*
28. *Nec non & sterilis quæ stirpibus exit ab imis.*
52.30. *Boasq; domos Arabum, pictosque Gelenos.*
9.19. *Pollio amat nostram, quamuis sit rustica, Musam.*
379.20. *Graius homo insectos linquens profugus Hymeneos.*
169.20. *Plena per insertas spargebat Luna fenestras.*
2.2. *Sic canibus catulos similes, sic matribus hædos.*
13. *Quamuis multa meis exiret victima septis.*
257.4. *Ad genitorem imas Erebi descendit ad umbras.*
407.15. *Clamorem tollunt: & mollia colla reflectunt.*

Mania

<i>Mania, magnanimū quondam regnator equorum .</i>	
<i>Cum genere extinxem, memet super ipsa dedissem.</i>	188.3
<i>Acrifioneis Danaë fundasse colonis.</i>	209.12.
<i>Primus Idumeas referam tibi Mantua palmas.</i>	288.1.
<i>Ascanium : superant montes : & flumina tranant .</i>	68.3.
<i>Sed & maiore cum vocalitate adsonat integrę syl-</i>	76.21.
<i>labę . ut,</i>	
<i>Cuius Olorina surgunt de vertice penne.</i>	
<i>Venerat extinctam, ferroque extrema secutam .</i>	361.30.
<i>Talia perstabat lachrymans, fixusque manebat .</i>	258.27.
<i>Atque horum similes aliquot alij. Quorum qui sunt ni-</i>	158.26.
<i>mio plus studiosi, præsertim Heroici carminis scripto-</i>	
<i>res, eius Magnitudinis ac Generositatis obliti, ridiculi</i>	
<i>fiunt . Affert nihilominus, & hæc Varietas suis nu-</i>	
<i>meris ornatum ac decorem, aliquando interspersa .</i>	
<i>Quod si Leonini isti, ut quidam appellant, versus non</i>	
<i>nisi raro admittendi sunt, quod huiusmodi Assultus pue-</i>	
<i>rilis esse videatur : quid illi ? in quibus Assultus ipse</i>	
<i>redditur vocalior, cum sciicet non modo Penthemime-</i>	
<i>res Comma, sed & præcedens statim consonans, quæ</i>	
<i>ad proximam perinet vocalem, extremitati carminis</i>	
<i>adsonat . Quare fortasse Poëta huiusmodi plures non</i>	
<i>protulit.</i>	
<i>Atque hic undantem bello, magnumq; fluentem.</i>	
<i>Ora exertantem, & naues in saxa trahentem.</i>	68.19.
<i>Talibus orantem dictis, aras que tenentem.</i>	178.23.
<i>Vinclarecusantem, & sera sub nocte rudentem.</i>	196.15.
<i>Non tulit instantem Phœgeus, animisq; frementem.</i>	275.6.
<i>Nec quisquam instantis Teucros: letumq; ferentes.</i>	403.71.
<i>Parique ratione hos paucos, in quibus media syl-la</i>	415.25.

- 324.10. *bæ ultimis etiam vocalibus adsonarent . vt ,*
 430.19. *Illum indignanti similem , similemque minanti . & ,*
 182.27. *Ora citatorum dextra contorsit equorum . & ,*
 374.7. *Cornua velatarum obuertimus antemmarum . & ,*
 156.2. *Tum caput orantis nequicquã , et multa precantis . & ,*
 351.6. *Ad terram misere : aut ignibus ægra dedere . & ,*
 197.26. *Tum Bitiam ardentem oculis , animisq; frementē , & ,*
Aenëam fundantem arces , ac ticta nouantem .

Variatur etiam tunc a Poëta numerus , cum Penthe
 mimeres adsonat extremę præcedentis versus . vt ,

- 16 4 *Vellet , & admonuit . Pastorem Tityre pingues*
Pascere oportet oues .

Sed & numerus hic maiore studio a Poëta cõquisitus .

- 10, 14. *Et quisquis amores ,*

Aut metuet dulces , aut experietur amarus .

Vbi delectabiliter admodum tenent aures Mediæ Pen-
themimeri vtrinq; adsonantes versuum extremitates .

Ad hæc non dissimulanda obseruatio illa , quam
Poëtam solertissimum diligenter sequi animaduerti-
mus . vt , cum duę res potissimum in carmine comme-
morandę sint : alterum earum vocabulum finiat Cę-
sura hæc Semiquinaria : alterum verò extrema dictio
versus sit . Id quod manifestum facient hæc de multis
exempla paucula .

- 1.3. *Nos patrię fines , & dulcia linquimus arua . & ,*

- 25.23. *Nec tuus hic Meris , nec viueret ipse Menalcas . et ,*

- 56.23. *Altera frumentis quoniam fauet , altera Baccho :*

Densa magis Cerei , rarissima queque Lyæo : et ,

- 72.9. *Rursus , cura patrum cadere , et succedere matrum . et ,*

- 78.6. *Horrentesq; rubos , et amantes ardua dumos , et ,*

Ex

Ex longa rabies, & sicca sanguine fauces. &, 329.17.
Fluminibus salices, crassisque paludibus alni: &, 52.25.
Bis grauidę pecudes: bis pomis utilis arbor. &, 54.5.
At rabidę Tigres absunt, & seua Leonum.

*Ephthemimerem, & ultimis versus syllabis
 sibi inuicem adsonare.*

Ephthemimeres quoque, aut etiam binę post tres
 primos pedes syllabę, quę Trochaicam Cęsuram
 facerent, si per Synalephen liceret, ultimis syllabis ad-
 sonantes, hilarem maximę, ac gratum numerum prę-
 stant, quod declarant hi, qui subsequuntur versus.

Certatim socij feriunt mare, & equora verrunt. 239.20.

Ferro ausi tentare, ferunt: sic męnia condunt. 430.7.

Hęc ubi dicta dedit lachrymantem, & multa volentę. 163.16.

Vix adeo agnouit pauitantem, & dira tegentem. 260.8.

Linquens multa metu cunctantem, et multa parantem. 202.6.

Atque illi longę gradientem, & dira frementem. 374.25.

Talibus Aeneas ardentem, & torua tuentem. 259.7.

Hic labor extremus, longarum hęc meta viarum. 188.1.

Ad quem numerum non minus pertinent illi.

Nec prius amissam respexi, animumque reflexi. 151.27.

Altior insurgens, oranti, & multa precanti, 409.30.

Hortatur pater ire mari, veniamque precari. 169.12.

*De Tritemimeris & extremę syllabę versus Ad-
 sultatione: Itemq; primarum & ultimarum
 ultimis in syllabis dictionum.*

Virgilianam quoque diligentiam pręferunt ver-
 sus hi, quorum primę dictiones, quas Tritemi-
 meres secant, itemque vltima vltima in syllaba inuicem
 consonant. *vi,*

- Præcipites metus acer agit quocunque rudentes. &
 187. 10. Præcipitem, ac socios nequicquam sepe vocantem. &
 242. 12. Ambesas subigat malis absumere mensas.
 137. 5. Et quidem Poëta numerum reddit hilariorē,
 magisque gratum, cū n exitus illos similes participio-
 rum fecit totidem syllabis constantium. vt,
 103. 25. Prensantem nequicquam umbras, et multa volentem.
 304. 24. Stringentem ripas, & pingua culta secantem.
 156. 4. Servantem, & tacita secreta in seæe latentem.
 431. 26. Bellantum iuuenum, et duro sub Marte cadentum.
 202. 17. Migrantes cernas, totaque ex vrbe ruentes.
 156. 6. Erranti: passimque oculos per cuncta ferenti.

Quem numerum etiam maximè exhilarauit, auri-
 busque gratiorem exhibuit, aduocata ad Assultationē
 hanc augendam, etiam vocali, altera Tritemimerem
 81. 2. præcedente.

95. 30. Tollentemque minas, & cærule colla tumentem.
 213. 1. Hortantem, & fessas ad pabula nota vocantem.
 324. 30. Nexantemque nodis, seque in sua membra plicantem.
 265. 17. Pendentem scopulo. Furiarumque ora trementem.
 348. 21. Vescentes, letumque choro Pæana canentes.
 262. 27. Candentem, pariterque caput cum matre ferentem.

21. 201. Quærenti, & tectis vrhis sine sine furenti.

Verū in illud summo Poëtam studio consecratum ani-
 maduertimus, vt versus, quos a verbo exordiretur, eos-
 dem eiusdem temporis altero item uerbo claudere, vt
 illos:

92. 11. Experiuntur: & in medium quesita reponunt.
 179. 4. Prædicans: & repetens iterumque monebo.
 159. 30. Lambere flamma cornas, et circum tempora pasci.

igne-

<i>Ignescunt iræ: et duris dolor ossibus ardet.</i>	
<i>Sollicitant alij remis freta cæca: ruuntque.</i>	329.9.
<i>Quarè euenit, vt amborum extremitates in litera,</i>	65.28.
<i>aut syllaba, siue syllabis consonent: atque ideo in Tri-</i>	
<i>themimere sepe Cæsura. Exempla de infinitis aliquot,</i>	
<i>ad hanc rem demonstrandam, selegimus infra scripta.</i>	
<i>Respexit tamen: & longo post tempore uenit:</i>	
<i>Prædarique lupos iussit, pontumque moueri.</i>	2.9.
<i>Inuitat genialis hyems, curasque resoluit.</i>	35.24.
<i>Torpent mole noua, et summis vix cornibus extant.</i>	41.16.
<i>Cædunt: et magno læti clamore reportant.</i>	80.1.
<i>Cogit hyems, eademque calor calefacta remittit.</i>	6
<i>Excudunt ceras: et mella tenacia figunt.</i>	88.10.
<i>Induerat: totidem Autumno maturat: nebat.</i>	89.1.
<i>Prætereo: atque alijs post commemoranda relinquo.</i>	91.27.
<i>Accipiunt, redduntque: alij stridentia tingunt.</i>	94.2.
<i>Tollunt his sese & per inania nubila librant.</i>	26
<i>Lustrat equo muros: aditumque per ania querit.</i>	93.20.
<i>Denset, erant quæ rara modo, et quæ densa, relaxat.</i>	
<i>Restitit Aeneas: claraque in luce resulsit.</i>	
<i>Aduoluere fociis vltimos, ignique dedere.</i>	130.24.
<i>Dimittam: et Lybia lustrare extrema iubebo.</i>	80.6.
<i>Nec minus ad hanc attinet obseruationem horum,</i>	230.13.
<i>consimiles versus, quos paulo post subiiciam, licet par-</i>	39.23.
<i>tim a verbo non incipiant, partim etiam ab adiectiuo</i>	56.13.
<i>incipiant. Nam omnino et in his extremitas primi pe-</i>	171.25.
<i>dis, vel primæ vocis, vel etiam Penthemimeres cum</i>	256.10.
<i>extremitate carminis consonat.</i>	80.3.
<i>Aut redit a nobis Aurora, diemque reducit.</i>	5.3.
<i>Et bibit humorem: et, cum vult, ex se ipsa emittit.</i>	407.4.

Illæ

*Illā canat : vocemq; volens, atque ora resoluat.
 Et statuent tumulum : & tumulo solennia mittent.
 Puniceæue agitant pauidos formidine pennæ.
 Salsa autem tellus, & quæ perhibetur amara.
 Crebra, niuis ritu : cælumq; obtexitur umbra.
 Participio finiri versus, cùm frequens, tum decorè
 contra Seruij, & aliorum traditionem.*

374. 18. *S* Eruius Cōment. 1111. *Aeneidos, ad eū versum.*
Progredior portu, classes, & littora linquens.

*Finitus est (inquit) versus Participio : quod rarò fit
 apud Latinos, apud Græcos verò vitiosissimum est. Sed
 quæso Grammaticorum grammaticissime, antequam
 hanc veluti legem promulgares (ut de Græcis interim
 taceam, suo loco dicturus) nonne id prius communi-
 catum saltim cum tuo Virgilio oportuit, an id verè, et
 ex eius obseruatione traderes ? An verò tibi ἀσύμφο-
 ρον quippiam, aut ἀνώφετον videri potuit : quod sum-
 mus Vates frequentissimè usurpauerit ? Nam sicu-
 ti per ceteros casus vtriusque numeri magna vis utiq;
 terminatorum apud eum participio versus est, ita
 non infrequens in Ans, vel in Ens participialis Re-
 flus, de quo ipse (puto) sentiebas, versus claudit.*

*Legimus enim ad minus his locis hos. pag. 5. versic. 2.
 & 28. 16. & 40. 18. & 48. 17. & 59. 1. & 74. 17.
 & 82. 4. 9. 27. & 90. 5. & 91. 16. & 112. 26. &
 114. 22. & 119. 5. & 121. 11. & 146. 24. &
 148. 4. & 149. 17. & 174. 18. & 184. 25. 201.
 12. & 202. 6. & 206. 27. & 216. 28. & 224. 27.
 & 241. 22. & 242. 4. & 243. 5. & 257. 21. &
 263. 7. & 277. 30. & 289. 18. & 293. 12. &*

310. 24. & 311. 11. & 318. 1. & 339. 2. & 340. &
 24. & 348. 16. & 365. 30. & 373. 23. & 379. 26.
 & 383. 20. & 391. 4. & 400. 2. 29. & 404. 30.
 & 407. 20. & 411. 22. & 413. 35. & 414. 13. &
 427. 7. & 438. 17.

Monosyllabo finiti versus ab infamia
 Grammaticorum vindicati.



VDET referre, quàm pueriliter,
 vel antiquis Grāmaticis vitia pro
 Virtutibus blandiantur. rursusque
 istis Virtutes Vitij instar, summū-
 que Artificium summæ Negli-
 gentiæ habere videatur. Nam &

Honoratus Grammaticus super eo versu libri VIII.

Procubuit, viridiq; in littore conspicitur sus. censura 305. 14.
 quadam superciliosa, usum Monosyllabi verbi nobis
 in fine carminis interdicit, aut præscribit potius his
 verbis. Sciendum tamen est, hoc esse vitiosum, Mo-
 nosyllabo finiri versum, nisi forte ipso Monosyllabo
 animalia minora explicentur, ut:

Parturient montes: nascetur ridiculus mus.

Gratiores enim versus sunt isti secundum Lucilium,
 hæc Servius. Sed enim lex ista Serviana a Virgilio
 neglecta est, quippe qui trecentos, & eo plures versus
 quasi stabilimento hoc soni Monosyllabi firmaverit.
 Nam non modo cum animal vnissyllabum ponendum
 fuit, id in fine carminis semper collocavit, sed alias etiã
 plerumque orationis partes. ut, ecce, cum Bos tar-
 da, & in clypeo depicta dicenda esset, versus non modo

ipsos

ipſos Spondeis ferè omnibus ſtabiliuit, ſed & alterum duorum monosyllaborum clauſula ſiſtit. quorum finalis Bos etiam cum artificio ex hoc vltimo loco reſpondet l'o finali precedentis verſus.

At leuem clypeum ſublatis cornibus Iò.

Auro inſignibat, iam ſeries obſita, iam bos.

229.23. Et de boue, quem maſtinauit Entellus.

Sternitur, exanimisq; tremens procumbit humi bos. cuius lapſum cum Daſtylica celeritate ad terram prouentis miro artificio Vates expreſſerit, eque artiſcioſè eam celeritatem & verſus & lapſus ſiſtit Spondeo, hoc monosyllabo finito. quo procumbentis more bouis mora, immobilitas q; ſub oculos poneretur, magna etiã cum aurium voluptate.

An non hic quoque non modo Daſtylica celeritate præſtructa, ſummus carminis artiſex properantem, occaſum Diei, & noctis accelerantis aduentum eleganter aſſecutus eſt, ſed etiam Nox Monosyllabo finito carmine, quod poſt illam properationem Daſtylicam ſiſtendum fuit?

145.16. Vértitur intèr cælum, èt vñ i Oceano nox.

Ab eodem artificio eſt, coactis totidem ſanè Daſtylis, illud de fluctu maris aſſiliente.

114.21. Dãt latũs, inſequitur cùmulo præruptũs aquã mōs.

Et item illud de ſcropha.

305.14. Procũbũt, vi rĩ dũq; in lĩorẽ conſpicitur ſus.

ſã verò de eadẽ quã commodè interiectis Spõleis:

117.18. Littõrẽis inuentã ſub ilĩ cĩbus ſus.

et 304.4 Et de apro opportunè pedibus Daſtylicis prouẽre.

6.6. i pſè, ruit, gẽntes quẽ Sabèllĩ cĩs exacuit ſus.

Et

Et de nocte ignava, quam Spondeis pluribus depinxit.
illi (ut perhibet) aut in tempesta s. lei nox.

Et de Autumnii primo frigore.

Prima vel Autumnii sub frigora, cum rap. dus sol.
Cuius mordacitas quoniam ex calore precedente, et frigore insequente temperata est, illud Spondei et Dactyli temperatura expressit.

An verò quisquam delicatuli ingenij, exactive iudicij negabit, istos summa ex arte, summaque solertia Virgiliana profectos, cum facit ipse virumque in Anosyllabum desinere, & alterum etiam numeris Spondaicis morantem: quod omnino exposcebat cunctatio hæc Fabij memoranda?

Quò fessum rapitis Fabij? tu maximus ille es,
Vnus, qui nobis cunctando restituis rem.

271.25.

At Virgilij miramur illud (ut inquit Fabius.)

Sæpe exiguus mus. Nam Epitheton Exiguus aptum proprium efficit, ne plus expectaremus: & casus singularis magis decuit, & clausula ipsa vnius syllabæ non vsitata addit gratiam. imitatus est itaque virumque Horatius.

Nascetur ridiculus mus. Hæc Fabius.

Sed & postea cum ad hunc locum Poëta non ignobilis Claudianus respiceret, & tertio de Raptu Proserpine, ait.

Nostraq; mox lambit vestigia perspicuus fons.

Et quoniam animaduerto etiam Fabium tam acris iudicij virum, vnius syllabæ clausulam non vsitam asserere, consutanda pluribus contra tam receptæ authoritatis Rhetorem sententia est. quam tamen a

Seruiο

*Seruo ereptam his paucis haecenus putabamus.
Prodeant itaque contra Fabium, Poëtarum Romano-
rum Principis, non modo monosyllabo vno cuncti fini-
ti versus, sed etiam continuis duobus. Et primum in
Monosyllabum desinentes, quos, seruata serie litera-
rum, suae notae arithmetice, breuitatis causa, indica-
bunt. ut in Ceu. pagina 149. versus 1.*

Es. 271. 25.

*Est. 6. 16. & 9. 7. & 12. & 22. & 16. 11. et 17. 21.
& 18. 16. & 20. 17. & 22. 3. & 28. 14. & 58. 7.
& 61. 16. & 70. 29. & 80. 22. & 82. 23. & 83.
19. & 94. 6. & 100. 16. & 113. 10. 116. 4. &
124. 2. & 131. 7. 20. & 160. 19. & 169. 22. &
178. 8. & 180. 1. 16. & 192. 11. & 198. 23. 30.
& 201. 16. & 207. 23. & 209. 19. & 219. 20.
221. 6. & 237. 12. 16. 18. 29. & 248. 3. & 249.
13. 29. & 254. 15. & 255. 6. & 258. 25. 29. &
259. 16. & 260. 19. 24. & 261. 18. & 264. 1.
267. 19. & 268. 7. & 272. 15. & 276. 11. &
277. 25. & 283. 13. & 285. 1. & 286. 17. &
293. 2 9. & 300. 24. & 305. 2. & 322. 4. &
328. 22. & 333. 18. 335. 30. & 337. 10. &
358. 17. & 370. 23. & 372. 6. & 379. 13. &
384. 14. & 387. 16. & 391. 24. & 399. 2. &
409. 16. & 428. 25. & 432. 18. & 447. 15.
Gens. 298. 8. & 363. 11. Hinc 342. 15.*

Huc. 329. 20.

Me. 8. 27.

Mens. 142. 26. & 383. 26. Mus. 37. 15.

Ne. 121. 14. Quam. 83 9. & 126. 28. Quē. 116. 7.

Que enclitica. 60. 15. 19. & 62. 3. & 63. 29.

28. &

28. 64.11. 65.29. 66.4. 70.18. 75.23.
 78.7. 79.5. 86.3. 97.22. 98.10.12.
 99.11. 111.18. 112.22. 113.24.
 114.4. 118.25. 121.12.2. 122.8.
 126.4. 131.4. 140.5. 144. 145.17.
 28. 148.16. 149.14.20. 151.14.
 158.18. 162.1. 163.23. 191.29.
 192.4. et 199.17. 105.1. 206.6.
 207.25. 208.17. 209.3.11. 211.28.
 223.22. 227.24. 235.22. 236.10.
 238.25. 240.14. 244.1. 245.11.17.
 247.16. 251.13. 252.27. 254.26.
 256.23. 258.15. 262.23. 262.6. 263.
 21.22. 266.13. 269.15.275.22. 284.
 21. 290.10. 304.21. 307.14. et 310.9.
 316.17. 317.2. 322.22. 334.5. 338.
 2.28. 339.3.7. 341.15. 344.1.8.29.
 346.27. 349.13.29. 353.10.30. 354.9.
 360.21. 361.5. 368.9. 369.16. 370.1.
 372.17.18. 373.8. 377.1. 378.28.
 381.20.24.27. 385.6.18. 291.23.
 392.21. 402.16. 407.2. 409.8. 429.17.
 430.9. 443.12. *Rem.* 271.26.
Res. 234.30. 338.13. 351.26.
Rex. 113.18. 158.25. 177.3. 355.3.380.
 16. 446.17. *Se.* 364.12. 382.15.
Sit. 25.4. *Spem.* 359.10.
Stat. 201.14. *Sol.* 59.26.
Te. 199.20.
Ve. 162.10. 334.4. 428.27.

Ver.

Ver. 41. 27. *Vi.* 345. 15. & 436. 18.
Vir. 367. 24. & 380. 6. & 407. 25.
Dis. 193. 18. et 290. & 394. 17. & 399. 6.
At *Binis Monosyllabis finiti versus inueniuntur. vt,*
At tu pag. 20. *ver.* *Aut* *hos.* 89. 28. & 356. 2.
Cumq; 17. 13. *De te,* 344. *Et quo* 26. 29.
Et cum. 41. 28. & 43. 24. et 72. 4.
Et vox. 89. 15. *Et dum.* 81. 29.
Etiam. 242. 13. *Et quos.* 237. 17. et 401. 2.
Et quam. 392. 13. *Ex quo,* 142. 29.
Fas est. 113. 23. *o Gens.* 234. 16.
Hic stat. 437. 1. *Hic est.* 387. 9.
Hic sunt. 425. 27. *Hoc est.* 259. 6.
In se. 83. 5. *Mens est.* 316. 1. & 386. 4.
Nec cum. 79. 19. *Nec dum.* 67. 4. & 207. 7.
Nec qua. 15. 20. *Nec te.* 247. 17.
Nec quas. 391. 7. *Néue.* 34. 4.
Non sunt. 284. 30. *Nunc nunc.* 435. 22.
Prome. 419. 14. *Qui se.* 169. 29. *Qua sint.* 52. 18.
Quamq; 38. 27. *fides Qua est.* 336. 13.
Que me. 430. 6. *Qui se.* 226. 4.
Qui nunc. 187. 22. & 196. 10. *Sese.* 46. 9.
Si quem 87. 6. & 117. 7.
Si qua. 344. 15. *Si quid.* 131. 9.
Si quis. 16. 9. et 50. 24. & 83. 15.
Teque. 54. 14. *Vt nos* 363. 14.
Iam vt. ò ue eo, quod Patheticon Græci nominant.
quia plura sese offerebant, quàm quæ essent loci huius,
promissa non stamus, destinato libro dicturi.

P. VIRGILII MARONIS
BUCOLICA

Ecloga I. cui nomen Tityrus,
MELIBŒVS, TITYRVS.



Tityre, tu patulę recubans sub tegmi-
ne fagi,

* Syluestrem tenui musam incanta-
vis auena:

Nos patrię fines & dulcia linqui-
mus arua,

Nos patriam fugimus: tu Tityre lentus in vmbra
Formosam resonare doces Amaryllidę syluas.

15 TIT. O Melibęe, deus nobis hæc oicia fecit.

Nanq; erit ille mihi semper deus, illius aram

Sepe tener nostris ab ouilibus imbuet agnus.

Ille meas errare boues (vt cernis) & ipsum

Ludere quę vellem calamo permisit agresti.

20 ME. Non equidem inuideo, miror magis: vndiq; totis

Usque aded * turbatur agris. en ipse capellas

* Protinus eger ago. hanc etiam vix Tityre duco:

Hic inter densas corylos modò nanq; gemellos,

Spem gregis, ab, silice in nuda connixa reliquit.

25 Sepe malum hoc nobis (si mens non læua fuisset)

De cælo tactas memini prædicere quercus.

Sepe sinistra caua prædixit ab ilice cornix.

Sed tamen, iste deus qui sit, da Tityre nobis.

TIT. Urbem, quam dicunt Romam, Melibęe, putavi

Stultus ego huic nostrę similem, quò sepe solemus

Pastores

I
A vocatio
proprij nomi
nis exordit,
sicut Theocr.
Αδύτη το δα
στυγμα κηι,
ἀστυρ. ἀστυρ
ἀστυρ. ἀστυρ
105, 20. Pro-
positio: a. 12.
10. 10. 11. 21
13. 16. 27. 18
22. 8. 27. 21.
Agreste, in e
pte quida, vt
in Indice di-
sputauimus.
Anaphora.
Pathos à lo-
co, 18. 28.
27. 28.
Amaryllis no
mē celebrare
apud Theocri-
tum præcipuē
in Comasse.
Vide Polit. e-
pist. l. i. ep. 2.
Iplum, in est
me, ἀστυρ.
* Sic Quint.
in 1. alij tur-
bamur.
* Protenus
Ser. Gemelli
spes gregis.
Connixa pro
enixa,
138. 30. Am-
plificatio ab
omine. 25. 26
cōfodiunt, vt
adulterinū,
critici obelo.
Hyperbaton
longum, Hæc
illum vadit.

Periphrasis, i.
agnos.
Collatio bu-
colica.

Pastores ouium teneros depellere fœtus.
Sic canibus catulos similes, sic matribus hœdos
Noram: sic paruis componere magna solebam.
Verum hæc tantum alias inter caput extulit vrbes,
Quantum lenta solent inter viburna cupressi.

* Ecquæ.

ME. * Et qua tanta fuit Romam tibi causa videndi?

TIT. Libertas: quæ sera, tamen respexit inertem,
Candidior postquam tondenti barba cadebat:

3. 17.
Amaryllis,
Roma: Gala-
tea, Mantua.

Respexit tamen, & longo post tempore venit,
Postquam nos Amaryllis habet, Galatea reliquit.

Namq; (fatebor enim) dum me Galatea tenebat,
Nec spes libertatis erat, nec cura peculi.

* Premerere.
Fl. Sospiter
Inst. i. in Mo-
reto, Grauis
ære redibat.

Quamuis multa meis exiret victima septs,
Pinguis & ingrata * premeretur casus vrbi:
Non vnquam grauis ære domum mihi dextra redibat.

* Mala.
Pathos à ru-
ris amenita-
te.

ME. Mirabar quid mæsta deos Amarylli vocares,
Cui pendere sua patereris in arbore * poma:

The. Idyll. i
in princip.

Tityrus hic aberat, ipsa te Tityre pinus, *florētis*
Ipsi te fontes, ipsa hæc arbuſta vocabant.

TIT. Quid facerem? neq; seruitio me exire licebat,
Nec tam præſentes alibi cognoscere diuos.

* Primum
Alludit ad
Bucolica, in-
quiens Pasci-
te boues.

Hic illum vidi iuuenem, Melibæe, quotannis
Bis senos cui noſtra dies altaria fumant.

Gratulatur tã
latos succes-
sus.

Hic mihi responſum * primus dedit ille petenti:
Pascite, vt antè, boues pueri, submittite tauros.

Deſcriptio ru-
ris Virgiliani.
& commen-
dationes.

ME. Fortunate senex, ergo tua rura manebunt:

Et tibi magna satis, quamuis lapis omnia nudus,
Limosoque palus obducatur pascua iunco: *Lypato*
Non insueta grauis tentabunt pabula fœtas,
Nec mala vicini Pecoris contagia ledent.

Fortu-

Fortunate senex, hic inter flumina nota,
 Et fontes sacros, frigus captabis opacum.
 Hinc tibi, quæ semper vicino ab limite sepes
 Hyblæis apibus flore depasta salicti,
 5 Sæpe leui somnum suadebit inire susurro.
 Hinc alta sub rupe canet frondator ad auras.
 Nec tamen interea rauca, tua cura, palumbes,
 Nec gemere æria cessabit turtur ab ulmo.
 TIT. Antè leues ergo pascentur in æthere cerui,

10 Et freta destituent nudos in litore pisces:
 Antè, peverratis amborum finibus, exul mudador
 Aut Ararim Paribus bibet, aut Germania Tigrim:
 Quàm nostro illius labatur pectore vultus.
 ME. At nos hinc alij sitientes ibimus Afros,

15 Pars Scythiam, & rapidum Cretæ veniemus Oaxem,
 Et penitus toto diuisos orbe Brit annos,
 En unquam patrios longo post tempore fines,
 Pauperis & tuguri congestum cespitem culmen,
 Post aliquot (mea regna) videns, mirabor, aristas?

20 Impius hæc tam culta noualia miles habebit? simente
 Barbarus has segetes? en quò discordia ciues
 Perduxit miseros: en * quis conseruimus agros. senbra
 Insere nunc Melibææ pyros, pone ordine vites:
 Ite meæ, quondam felix pecus, ite capellæ. incertar

25 Non ego vos post hæc viridi proiectus in antro
 Dumosa pendere procul de rupe videbo.
 Carmina nulla canam: non, me pascente, capellæ
 Florentem cytisum, & salices carpetis amaras.

TIT. Hic tamen hac mecum * poteris requiescere nocte eantuo/fo
 Fronde super viridi: sunt nobis mitia poma,

A 2 Castaneæ

Padū & Min
 cium.

Hypallage.

Mania
 9.4.
 Mania

15. 13. Gratia
 quam repen-
 dit pro resti-
 tutis agris, &
 libertate.
 Metrum Pria
 peium.

Synecdoche.
 Adi Pol. Mis.
 c. 37. & Ind.
 in 5. Rapidū.

Exclamatio
 aduersus bel-
 lum ciuile.
 Metalepsis.
 hoc est sege-
 tes.

* quis ad
 Indicem no-
 strum.
 20, 18, 30, 1.

Hæc noctem
 agnoscit Cha-
 rificus.
 * poteris.

25. 14. Sylle-
pſis, qua ſin-
gularis dictio
plurali verbo
concluditur.
Argumento
eodem, quo
Idyllien 3.

The. quã Co-
maſtes inſcri-
bitur, in quo
Æpolus ſpre-
tũ ſe ab Ama-
ryllide amica
conqueritur.
Propoſitio

Theocrit in
Comaſt. ὁ χα-
ρίεις Ἀμα-
ρύλλιδι, &c. &
paulo poſt, ἄ-
ντα ἔπαρται
μὲν ποιεῖται,
idelt itangu-
lati me facie-
es: quod hic,
Μοῖνι με-
δὲν cog.

Nũc et i Tha-
lyſijs Theoc.
ἄντι, &c. 9.
16. Increpa-
tio ad prio-
res amores.

Lig. adi Cor-
nucopiz, &
Colum. in
hortis.

Ab opibus.
Theo. in Cy-
clope, ἄντι,
ἄντι βόσκω,
&c.

Attico, i. Atti-
co. Lucatius
in 4. Theb.

Caſtaneę molles, & preſſi copia lactis:

*Et iam ſummaꝝ procul villarum culmina fumant,
Maioreſq; cadunt altis de montibus umbrę.*

Ecloga II. cui nomen Alexis.

P O E T A.

Formoſam paſtor Corydon ardebat Alexim,
Delicias domini: nec quid ſperaret habebat.
Tantum inter denſas, umbroſa cacumina, fagos
Affiduẽ veniebat: ibi hæc incondita ſolus
Montibus & ſylvis ſtudio iactabat inani.

C O R Y D O N.

*O crudelis Alexi, nihil mea carmina curas,
Nil noſtvi miſerere, mori me deniq; cogis.*

Nunc etiam pecudes umbras & frigora captant,

Nunc virides etiam occultant ſpineta locertos,

Theſtylis & rapido feſſis meſſoribus eſtu

Allia, ſerpyllumq;: herbas contundit olentis:

At mecum raucis, tua dum veſtigia luſtro

Sole ſub ardenti reſonant arbuſta cicadis.

Nonne fuit ſatius triſteis' Amarlyllidis iras,

Atq; ſuperba pati ſaſtidia? nõnne Menalcam?

Quamvis ille niger, quamvis tu candidus eſſes.

O formoſe puer, nimum ne crede colori:

ALBA liguſtra cadunt, vaccinia nigra leguntur.

Deſpectus tibi ſum, nec quis ſim quæris, Alexi;

Quàm dives pecoris, niuei quàm lactis abundans.

Mile meę Siculis errant in montibus agnæ:

Lac mihi non eſt ate novum, non frigore deſit.

Canto quę ſolitus, ſiquando armenta vocabat,

Amphion Dirceus in Actęõ Aracyntho.

Nec

Nec sum adeò informis : nuper me in littore vidi,
 Cùm placidum ventis staret mare. non ego Daphnim
 Iudice te metuam, si nunquam fallit imago.

O tantùm libeat mecum tibi sordida rura

5 Atq; humilis habitare casas, & figere ceruos,
 Hædorumq; gregem viridi compellere hibisco.
 Mecum vnà in syluis imitabere Pana canendo.

Pan primus calamos cera coniungere plures
 Instituit : Pan curat oues, ouiumq; magistros.

10 Nec te pæniteat calamo trivisse labellum :
 Hæc eadem ut sciret, quid non faciebat Amyntas?
 Est mihi disparibus septem compacta cicutis
 Fistula, Damætus dono mihi quam dedit olim :
 Et dixit moriens, Te nunc habet ista secundum.

15 Dixit Damætas, invidit stultus Amyntas.
 Præterea duo, nec tuta mihi valle reperti,
 Capreoli, sparsis etiam nunc pellibus albo,
 Bina die siccant ouis vbera : quos tibi seruo.
 Iam pridem à me illos abducere Thestylis orat,

20 Et faciet: quoniam sordent tibi munera nostrâ.
 Huc ades ô formose puer : tibi lilia plenis
 Ecce ferunt Nymphæ calathis: tibi candida Nais
 Pallentes violas, & summa papauera carpens,
 Narcissum, & florem iungit bene olentis anethi.

25 25 Tum casia atque alijs intexens suauibus herbis,
 Mollia luteola pingit vaccinia caltha :
 Ipse ego cana legam tenera lanugine mala,
 Castaneasq; nuces, mea quas Amaryllis amabat.
 Addam cerea pruna, et honos erit huic quoque pomo.
 Et vos ô lauri carpam, & te proxima myrte :

Vide difficha
 Speculo de.
 Theocr. in Ba
 coliaft. καὶ
 γάρδον ἕδω
 ὄρος, &c.

Hib. Adi Ind.

22, 12. Ampli
 ficat studium
 Musicæ, & pa
 storum cōdi
 tionem, ex-
 plo Panos.
 Cic. i. canna-
 rum interno-
 dijs.

Præter. locus &
 Comaste Th.
 ἡμῶντος, &c.
 nec ab similibus
 in Cycl. τῆς
 ὄρος, &c.

Pathos.
 Coacervatio.

Cassia à Gre
 cis scribitur
 si geminato,

Euocatio.

Alexis, Angu-
stus; Iolas, bo-
nus ciuis.

Sic posita quoniam suauis miscetis odores.

Rusticus es Corydon, nec munera curat Alexis:

Nec si muneribus certes, concedat Iolas.

Eheu quid volui misero mihi? floribus Austrum

Perditus, & liquidis immisi fontibus apros.

28,9

Allusio syl-
lab. κλίμαξ.
à Cicer. Gra-
datio.

Hortatur ad
amorem ab
exemplo.

Epiphone-
ma.

Quem fugis ab demens: habitarunt Dii quoq; syluas,

Dardaniusq; Paris. Pallas quas condidit arces,

Ipsa colat: nobis placeant ante omnia syluae.

Torna legna lupum sequitur, lupus ipse capellam:

Florentem cyrisum sequitur lasciuia capella;

Te Corydon ó Alexi. TRAHIT sua quenq; voluptas.

Aspice, aratra iugo referunt suspensa iuueni,

Et sol crescenteis decedens duplicat umbras:

Me tamē vrit amor. Qv is enim modus adsit amori?

Ab Corydon, Corydon, quē te dementia cepit?

Semiputat a sibi frondosa vitis in vltimo est:

Quin tu aliquid saltem potiùs quorum indiget vsus,

Viminibus, molliq; paras detexere iunco?

Inuenies alium, si te hic fastidit Alexis.

Castigatio.

17. 19. Locus

ex Cyclope

The. ò Kú-

κλσ†, Kú-

κλσψ, &c.

27. 17. Argu-

mentum ab

vtili.

Theocr. eod.

ἐπίσσει Γαλά

τειαν ἰσως

καὶ καθίσι

ἄμαν.

Ecloga III. cui nomen Palæmon

Personæ.

MENALCAS, DAMOETAS

PALÆMON.

MENALCAS.

Dic mihi Damœta, Cuium pecus? an Melibœi?

D. Non, verū Aegonis: nup mihi tradidit Aegō.

ME. Infelix ó semper * ouis pecus: ipse Negram

Dum fouet, ac, ne me sibi præferat illa, veretur;

Hic alienus oueis custos bis mulget in hora:

Ad verbū ex

Th. Nomeo.

ἰπέρος ò Κο

ρῶδ'ων. &c.

16, 24.

Exprobatio.

* oues.

Obiectio fur-

ti.

Et suc-

Et succus pecorū, & lac subducitur agnis.

DA. Parcius ista viris tamen obijcienda memento.

Nonimus & qui te, transuersa tuentibus hircis,

Et quo (sed faciles Nymphę risere) sacello.

5 ME. Tum credo, cum me arbuſtam videre Myconis,

Atq; mala vitæ incidere falce nouellas.

DA. Aut hinc ad veteres fagos, cum Daphnidis arcum

Fregisti, & calamos: quę tu peruerſe Menalca,

Et cum vidisti puero donata, dolebas:

10 Et si non aliquā nocuiſſes, mortuus eſſes.

ME. Quid domini facient, audent cum talia fures?

Non ego te vidi Damonis peſſime caprum

Excipere inſidijs, multum latrante Lycisca?

Et cum clamarem, Quod nunc se proripit ille?

15 Tityre coge pecus: tu poſt carecta latebas.

DA. An mihi cantando victus non redderet ille,

Quem mea carminibus meruiſſet fiſtula caprum?

Si neſcis, meus ille caper fuit, & mihi Damon

Ipe ſatebatur, ſed reddere poſſe negabat.

20 ME. Cantando tu illum? aut vnquam tibi fiſtula cera

Iuncta fuit? non tu in trinijs indocte ſolebas

Stridenti miſerum ſtipula diſperdere carmen?

DA. Vis ergo, inter nos, quid poſſit vterq; , viciffim

Experiamur? ego hanc vitulam (nè fortè recuſes,

25 Bis venit ad mulctram, binos alit vberē fætuſ)

Depono: tu dic, mecum quo pignore certes.

ME. De grege non auſim quicquam deponere tecum.

Eſt mihi nanq; domi pater, eſt iniuſta nouerca:

Bisq; die numerant ambo pecus, alter & hædos,

Verum id, quod multo tute ipſe fatebere maius.

ī nō eliditur.

Quin. lib. 11.

cap. 1. Detra-

ctio, & eſt ſar-

caſinos.

Apoliopeſis.

Synecdoche.

Nou. locus ex

Theocr. Ho-

dæporis, ſed

hic qdē mul-

to illo Græco

verecundior,

vbi res obſcę

na manifeſtę

obijcitur.

Dux figurę

prouerbiales.

Theo. in Ho-

dæporis, &

270, &c.

Quint. lib. 9.

c. 2. Defenſio

eſt, & apopha-

ſis.

Indignatio,

cum elipſi in

intempeſti-

uius agentes.

Th. Hodæp.

σὺν μοιᾶν σὺ

πῖρᾶ, &c.

Occalio cer-

taminis.

A fertilitate

& arate.

Allocoſis.

Metrum Pri-

peium, vel

Pythium.

Allocothetia

(Insanire libet quoniam tibi) pocula ponam
Fagina, cælatum diuini opus Alcimedontis.

* fragilis.

Primo Idyl.

Th. τὸ πρῶτον,

&c.

Archimedes.

Pont lib. 1 de

asp. de Cono

ne intelligit.

Hypallage.

Eodem Idyl.

ἄκρῳ, &c.

Acanthus spi

na semper

frondens.

Hypallage.

Lenta quibus torno * facili superaddita vitis,
Diffusos edera vestit pallente corymbos.

In medio duo signa, Conon: & quis fuit alter?

Descripsit radio totum qui gentibus orbem:

Tempora quæ messor, quæ curuus arator haberet.

Nec dum illis labra admoni, sed condita seruo.

DA. Et nobis idem Alcimedon duo pocula fecit,

Et molli circum est ansas amplexus acantho:

Orpheaq; in medio posuit, syluasq; sequentes.

Nec dum illis labra admoni, sed condita seruo.

Si ad vitulam spectes, nihil est quod pocula laudes.

ME. Nunquã hodie effugies: veniã quocunq; vocaris.

Audiat hæc tantum vel qui venit, ecce, Palemon.

Efficiam, post hæc ne quenquam voce laceffas.

Liptote est,

& attentio.

DA. Quin age, si quid habes: in me mora non erit vlla.

Nec quenquam fugio. tantum vicine Palemon,

Sensibus hæc imis (res est non parua) reponas.

PA. Dicite: quando quidẽ in molli consedimus herba: 20

Et nunc omnis ager, nunc omnis parturit arbos:

Nunc frudent syluæ, nunc formosissimus annus.

Incipe Damæta, tu deinde sequere Menalcæ.

Alternis dicetis: amant alterna Camæna.

Theoc. in En-

com. Prof. Id.

17. ἐκ Διὸς,

&c. Tradu-

ctio in non

colliditur.

Amores.

Th. in Ho-

dœp. Βάκχῃ

μαί, &c.

DA. Ab foue principium Musæ: IOVIS omnia plena: 25

Ille colit terras, illi mea carmina cura.

ME. Et me Phæbus amat: Phæbo sua semper apud me

Munera sunt, laurĩ, et suauè rubens hyacinthus.

DA. Malo me Galatea petit lasciua puella,

Et fugit ad salices, & se cupit antè videri.

ME. At mihi sese offert ultro meus ignis Amyntas :
Notior ut iam sit canibus non Delia nostris.

DA. Parta mea Veneri sunt manera : nanque notavi
Ipse locum, aëria quò congeste palumbes.

5 ME. Quod potui, puero sylvestri, ex arbore lecta
Anrea mala decem misi, cras altera mittam.

DA. O quoties, & quæ nobis Galatea locuta est
Partem aliquam venti diuinum referatis ad aures.

ME. Quid prodest, quòd me ipse animo non spernis

10 SI, dum tu sectaris apros, ego veria seruo? (Amynta,
DA. Phyllida mitte mihi, meus est natalis, sola:
Cum faciam vitula pro frugibus, ipse venio.

ME. Phyllida amo ante alias : nã me discedere fleuit,
Et longum formose valẽ, valẽ, inquit, sola.

15 DA. Triste lupus stabulis, maturis frugibus imbres :
Arboribus venti, nobis Amaryllidis iræ.

ME. Dulce satis humor, depulsis arbutus hædis,
Lenta salix fæto pecori, mihi solus Amyntas.

DA. Pollio amat nostram, quamuis sit rustica, musam:

20 Pierides vitulam lectori pascite vestro,
ME. Pollio & ipse facit noua carmina. pascite taurum,
Jam cornu petat, & pedibus qui spargat arenam.

DA. Qui te Pollio amat, veniat quò te quoque gaudet:
Mella fluant illi: ferat & rubus asper amomum.

25 ME. Qui Bauium non odit, amet tua carmina Mæui:
Atque idem iungat vulpes, & mulgeat hircos.

DA. Qui legitis flores, & humi nascentia fraga,
Frigidus, ô pueri fugite hinc, latet anguis in herba.

ME. Parcite oues nimium procedere: non bene ripa
Creditur: ipse aries etiam nunc velleri siccatur.

Contentio.
Galatæa, Venerem vocat.
The Hódæp.
κὴν δὲ μὲν,
&c.
The in Com.
ἡνὶ δὲ τος,
&c.
The in Thal.
καὶ Ζαρὸς,
&c.
Liptote.

Petitio.
Macr. Sat. 3.
cap. 2.

Duplicatio.
Paradiastole.
Simile Theo.
Idyl. 8. δὲ τὸ πα
σι μὲν, &c.
Tr &c.

Syntheta, al-
læotheta ad
Dulce enim,
quod est neu-
trũ, tam mæ-
sculina, quã
fœminina
reddidit.

Pollionis en-
comium.

348. 22
Αἴσιονικ.
M. Bauium,
qui obiit in
Cappadocia,
Allegoria,

Allegoricus,

Proceusma
ticus. Ad i in
dic in ver.

Rei i ce, et
Genua.

Apostrophe
ad tempus.
* eruo.

Pathos.
Hyperbole
minuendi.

Aenigma.
Vide Crinit.
lib. 4. cap. 8.

Allegoria.
Claufula ru.
tica. 17, 27.
28.

DA. Tityre pascentes à flumine rē i cē capellas:
Ipse, vbi tempus erit, omnes in fonte lauabo.

ME. Cogite oues pueri: si lac praeceperit estus,
Ut nuper, frustra pressabimus vbera palmis.

DA. Eben quā pingui macer est mihi taurus in * aruo: 5
Idem amor exitium est pecori, pecorisq; magistro.

ME. His certē neq; amor caussa est, vix ossibus hærēt:
Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos.

DA. Dic quibus in terris (et eris mihi magnus Apollo) 10
Tres pateat cæli spatium non amplius vlnas.

ME. Dic quibus in terris inscripti nomina regum
Nascantur flores, & Phyllida solus habeto.

PA. Non, nostrum inter vos tantas componere lites,
Et vitula tu dignus, & hic, & quisquis amores

Aut metuet dulcis, aut experietur amarus. 15
Claudite iam riuos pueri, sat prata biberunt.

Ecloga IIII. cui nomen Pollio.

P O E T A solus.

27, 27. Inuo-
catio cū pro-
positione.

16, 12. 23, 12.

28, 4
Crinit. lib. 3,
cap 5.

Orditur à de-
scriptione tē-
poris.

Apostrophe.

S Felices Musæ, paulò maiora canamus: 20
Non omnes arbuta iuuant, humilesq; myrica.

Si canimus syluas, syluæ sint consule dignæ.

Ultima Cumæi venit iam carminis ætas:

Magnus ab intēgro seclorum nascitur ordo.

Iam redit & Virgo, redeunt Saturnia regna: 25

Iam noua progenies cælo demittitur alto.

Tu modo nascenti puero, quo ferrea primùm

Desinet, ac toto surget gens aurea mundo,

Castæ faue Lucina: tuus iam regnat Apollo.

Teq; ædèd decus hoc æui, te consule inibit,

Conduplica-
tio.

Pollio,

- Pollio, & incipient magni procedere menses.
 Te duce, si qua manent sceleris vestigia nostri,
 Irrita perpetua soluent formidine terras.
 Ille delum vitam accipiet, diuisq; videbit
 5 Permissos heroas, & ipse videbitur illis:
 Pacatumq; reget patrijs virtutibus orbem.
 At tibi prima puer nullo munuscula cultu,
 Errantem ederas passim cum baccare tellus,
 Mistaq; videnti colocasia fundet acantho.
 10 Ipsa lacte domum referent distenta capella
 Ubera, nec magnos metuent armenta leones.
 Ipsa tibi blandos fundent cunabula flores.
 Occidet & serpens, & fallax herba veneni
 Occidet, assyrium vulgò nascetur amomum,
 15 At simul heroum laudes, & facta * parentis
 iam legere, & quæ sit poteris cognoscere virtus:
 Molli paulatim flauescet campus arista,
 Incultisq; rubens pendebit sentibus vna,
 Et duræ quercus sudabunt roscida mella.
 20 Pauca tamen suberunt prisca vestigia fraudis,
 Quæ tentare Thetin ratibus, quæ cingere muris
 Oppida, quæ iubeant telluri insindere sulcos.
 Alter erit tum Tiphys, & altera quæ vebat Argo
 Delectos heroas: erunt etiam altera bella,
 25 Atq; iterum ad Troiam magnus mittetur Achilles.
 Hinc vbi iam firmata virum te fecerit etas,
 Cedet & ipse mari vector, nec nautica pinus
 Mutabit merces: omnis feret omnia tellus.
 Non rastroso patietur humus, non vinea falcem:
 Robustus quoque iam tauris iuga soluet arator.

Allusio ad au-
reum seculum.
Pueritia.

12, 13, 16, 8.

Anaphora.

Adolescentia.
*parentum.

Occupatio.

Propositio
per conge-
riem.

Iuuentus
Hinc vsq; ad
Ipsa tibi, &c.
ex Cumæo
carmine Et-
mianus lib. 7
cap. 17.
Copia.

Nec

8, 28.

Hypallage.
San. per erro-
rem Plin. pro
coloris.
Peroratio.
Apostrophe
ad Augustū.
* Clara.

Iteratur 94,
16.

A toto ad par-
tes.

68, 1. Excla-
matio.

* longæ.

Non nec ne-
gant.

Amplificat,
& exaggerat.

105, 9, 17. Adi-
iudicem.

Alij, Pâdeus.
Implicatio.

Vide Indic.
vbi contra

Quint. & Po-
litiam.

Nec varios discet mentiri lana colores:

Ipsè sed in pratis aries iam suaue rubenti

Murice, iam croceo mutabit vellera luto:

Sponte sua sandyx pascentes vestiet agnos.

Talia seculo suis dixerunt currite fusis

Concordes stabili fatorum numine Parca.

Aggredere ô magnos (aderit iam tempus) honores,

** Cara detum soboles, magnum Iouis incrementum.*

Aspice conuexo nutantem pondere mundum,

Terras quæ, tractusq; maris, cælumq; profundum: 10

Aspice, venturo latentur, vt omnia seculo.

*O mihi tam * longè maneat pars vltima vitæ,*

Spiritus & quantum sat erit tua dicere facta.

Non me carminibus vincet, nec Thracius Orpheus,

Nec Linus: huic mater quamuis, atq; huic pater adsit: 15

Orpheus Calliopea, Lino formosus Apollo.

Pan etiam Arcadia mecum si iudice certet,

Pan etiam Arcadia dicat se iudice victum.

Incipe parue puer risu cognoscere matrem:

Matri longa decem tulerint fastidia menses. 20

Incipe parue puer: cui non risere parentes,

Nec deus hunc mensa, dea nec dignata cubili est.

Ecloga V. cui nomen Daphnis.

Personæ,

MENALCAS, MOPSVS.

MENALCAS.

CUr non Mopse (boni quoniã conuenimus ambo,

Tu calamos inflare leueis, ego dicere versus)

Hic corylis mixtas inter confedimus vltimos?

Deflet Poeta
mortem Iulij
Cæsaris sub
nomine Da-
phnidis, vel
Quintilij co-
gnati, vt ait
Sext. vel Flacci
fratris, vt alij.

MO.

MO. Tu maior: tibi me est equum pavere Menalca:
Sive sub incertas, Zephyris motantibus, umbras,
Sive antro potius succedimus. aspice ut antrum
Sylvestris raris sparsit labrusca racemis.

16. 30.

Labr. adi Ind.
* certet.
In arrogantes, 26. 13.
Argumentum
cantilenarū.

5 ME. Montibus in nostris solus tibi * certat Amyntas.

MO. Quid si idem certet Phœbum superare canendo?

ME. Incipe Mopse prior, si quos aut Phyllidis ignes,
Aut Alconis habes laudes, aut iurgia Codri.

Incipe: pascentes servabit Tityrus hædos.

Aemulatur
Theocr. in
Thalysijs, 26. 13.
fixos, &c.

10 MO. Immo hæc, in viridi nuper que cortice fagi
Carmina descripsi, & modulans alterna notavi,
Experiar: tu deinde iubeto certet Amyntas.

ME. Lenta salix quantum pallenti cedit oliue,
Puniceis humilis quantum salivunca rosetis:

Comparatio
bucolica.

15 Iudicio nostro tantum tibi cedit Amyntas.

MO. Sed tu desine plura puer: successimus antro.

Extinctum Nymphæ crudeli funere Daphnim

Flebant: vos coryli testes, & flumina Nymphis:

Cum complexa sui corpus miserabile nati,

Præpositio.
Hypotyposis.
Amplificatio
ab euentu.

20 Atque deos, atque astra vocat crudelia mater.

Non ulli pastos illis egere diebus

Frigida Daphni boues ad flumina: nulla neque amnem

Libavit quadrupes, nec graminis attingit herbam.

Daphni, tuum Pænos etiam ingemuisse leones

25 Interitum, montesque feri, sylvaque loquuntur.

Daphnis & Armenias curru subiungere tigres

Instituit: Daphnis thyasos inducere Baccho,

Et folijs lentas intexere mollibus hastas.

Vitis ut arboribus decori est, ut vitibus vine,

Ut gregibus tauri, segetes ut pinguibus arvis,

Nulla neque.
sic 12. 14.

Non nec magis negant.

Incrementum

Iulij Bacchanalia instituit.

Curru: Vide

Venatu in Iu dice.

Comparationes bucolicæ.

Theocr. Idy.

8. τὰ δ' οὐκ, &c.

Tu decus omne tuis, postquam te fata tulerunt,

Repetitur.
36, 38.

Ipsa Pales agros, atque ipse reliquit Apollo.

Grauidas sepe quibus mandauimus ordea sulcis,

Infelix lolium, & steriles dominantur auena.

Pro molli viola, pro purpureo narcisso,

* frondibus
Exclamatio.

Carduus, & spinis surgit paliurus acutis.

Spargite humum folijs: inducite * fontibus umbras

Pastores: mandat fieri sibi talia Daphnis,

174, 6.

Epiraphium.
Hyperbole.

Et tumulum facite, & tumulo superaddite carmen:

Daphnis ego in syluis hinc vsq; ad sydera notus,

10

Formosi pecoris custos, formosior ipse.

28, 8. Compa
ratio rustica:
Th. iThyrside
ἀφ' ἑνὸς ἀπὸς
μὲν, &c.

ME. Tale tuum carmen nobis diuine poeta,

Quale sopor fessis in gramine, quale per æstum

Dulcis aquæ saliente sitim restinguere riuo.

22, 27. alter,
i. secundus.

Nec ealarnis solium æquiparas, sed voce magistrum.

15

Fortunate puer, tu nunc eris alter ab illo.

Nos tamen hæc quocunq; modo tibi nostra vicissim

Dicemus, Daphnimq; tuum tollemus ad astra:

Daphnim ad astra seremus, amauit nos quoq; Daphnis.

Epanalexis, i.
conduplica-
tio.

MO. An quicquam nobis tali sit munere maius?

20

Et puer ipse fuit cantari dignus, & ista

lampridem Stimichon laudauit carmina nobis.

Cant. cātatu,
vel vt cantet
sic infra, Di-
gnus amari.
* lumen
Apotheosis.
Clausula.

ME. Candidus insuetum miratus * limen Olympi,

Sub pedibusq; videt nubes, & sydera Daphnis.

Ergo alacris syluas, & cætera rura voluptas,

25

Panaq; pastoresq; tenet, Dryadasq; puellas.

Nec lupus insidias pecoris, nec retia ceruis

Vlla dolum meditantur: amat bonus ocia Daphnis.

Ipsi lætitiæ voces ad sydera iactant

Repetitio.

Intonsi montes: ipse iam carmina rupes,

7psa

Ipsa sonant arbuta; Deus Duus ille, Menalca.
Sis bonus ô, felixque tuis. en quatuor aras,

Ecce duas tibi Daphni, duoq; altaria Phæbo.

Pocula bina nouo spumantia lacte quotannis,

5 *Craterasq; duos statuam tibi pinguis oliui:*

*Et multo in primis hilarans * conuiuia Baccho,*

Ante focum, si frigus erit: si messis, in umbra.

*Vina nouum fundam calathis * Aruisia nectar.*

Cantabunt mihi Damætas, & Lyctius Aegon:

10 *Saltantes Satyros imitabitur Alpheusibæus.*

Hæc tibi semper erunt, & cum solemnia vota

Reddemus Nymphis, & cum lustrabimus agros.

Dum iuga montis aper, fluuios dum piscis amabit,

Dumq; thymo pascentur apes, dum rore cicada:

15 *Semper honos, nomenq; tuum: laudesq; manebunt.*

Vt Baccho, Cereriq; tibi sic vota quotannis

Agricolæ facient: damnabis tu quoq; votis.

M. O. *Quæ tibi, quæ talireddam pro carmine dona?*

Nam neq; me tantum venientis sibilus Austris,

20 *Nec percussa inuuant fluctu tam littora, nec quæ*
Saxosas inter decurrunt flumina valles.

M. E. *Hæc te nos fragili donabimus ante cicuta.*

Hæc nos, Formosum Corydon ardebat Alexim:

Hæc eadem docuit, cuium pecus? an Melibæi?

25 M. O. *At tu sume pedum, quod, me cum saepe rogaret.*

Non tulit Antigenes, & erat tum dignus amari,

Formosum paribus nodis, atq; ære, Menalca.

Epiphonema
 Precatio.
 Cultus rusticus.

* altaria.

* Arsyfia, vel
 Ariusia.
 29, 2

42, 29. Am-
 barualem ho-
 stiam intelli-
 git ad Macr.
 Sat. 3. cap. 5.
 131. 15.

120, 16. Impli-
 catio.

ἀνασποδᾶ.

Antigenes.
 Choraules.

Ecloga VI. cui nomen Silenus.

P O E T A.

* Syracosio,
10.19.29.12.
Præfatio.
Prouerbiū.
Attentionis
pars.
Apostrophe.
11.15.12.13.

* Varre.

Extenuatio.

50,24

* Varre.28,4

* Varri.

Amplificatio

Mutatio.

* Mnasyllus

agnoscit

Probus.

Hypotyposis.

Ambo pro

ambos 2.49.00

Charisius

lib.1.

Palilogia.

Aegle, splen-

dor.

Pot. f. me vin-

ciri.

Amplificatio

ab. exemplis.

13.2.18.13

Prima * Syracosio dignata est ludere versu,
 Nostra nec erubuit syluas habitare Thalia.
 Cū canerem reges & prælia, Cynthius aurem,
 Vellit, & admonuit: Pastorem, Thyre, pingues
 Pascere oportet oues, deductum dicere carmen.
 Nunc ego (namq; super tibi erunt, qui dicere laudes
 * Vare tuas cupiant, & tristia condere bella)
 Agrestem tenui meditabor arundine musam.
 Non iniussa cano: si quis tamen hæc quoq; si quis
 Captus amore leget, te nostræ * Vare myricæ,
 Te nemus omne canet: nec Phæbo gratior ulla est,
 Quam sibi quæ * Vari præscripsit pagina nomen.
 Pergite Pierides. Chromis & * Mansyllus in antro
 Silenum pueri somno videre iacentem,
 Inflatum besterno venas, ut semper, laccho.
 Serta procul tantum capiti delapsa iacebant,
 Et grauis attrita pendebat cantharus ansa.
 Aggressi (nam sepe senex spe carminis ambos
 Luserat) iniiciunt ipsis ex vincula sertis.
 Addit se fociam, timidisq; superuenit Aegle,
 Aegle Nā? adum pulcherrima: iamq; videnti
 Sanguineis frontem moris, & tempora pingit.
 Ille dolum ridens, Quod vincula neclitis? inquit.
 Soluite me pueri: satis est potuisse videri.
 Carmina, quæ vultis, cognoscite: carmina vobis,
 Huic aliud mercedis erit. simul incipit ipse.
 Tuum verò in numerum, Faunosq; ferasq; videres
 Ludere, tum rigidas motare cacumina quercus.

Nec

Nectantum Phæbo gaudet Parnasia rupes
Nec tantum Rhodope miratur, & * Ismarus Orphea.

Nanq; canebat, vti magnum per inane coacta
Semina terrarumq; , animæq; , marisq; , fuissent ,

5 Et liquidi simul ignis: vt his exordia primis
Omnia, & ipse tener mundi concreuerit orbis.

Tum durare solum, & discludere Nerea ponto
Cæperit, & rerum paulatim sumere formas.

7amq; nouum terræ stupeant lucefcere solem ,

10 Altius atq; cadant summotis * nubibus imbres ;
Incipiant syluæ cum primùm surgere, cumq;
Rara per ignotos errent animalia montes.

Hinc lapides Pyrrhæ iactos, Saturnia regna,
Caucasæsq; refert volucres, furtumq; Promethei.

15 His adiungit, Hylam nautæ quo fonte relictum
Clamassent: vt littus, Hylā Hylā, omne sonaret.
Et fortunatam, si nunquam armenta fuissent,
Pasiphaën niuei solatur amore iuenci.

Ab virgo infelix, quæ te dementia cepit ?

20 Prætidæ implerunt falsis mugitibus agros:
At non tam turpes pecudum tamen vlla secuta est
Concubitus: quamuis collo timuisset aratrum,
Et sepe in leui quæsisset cornua fronte.

Ab virgo infelix, tu nunc in montibus erras ;

25 Ille latus niuem molli fultus hÿacinto
Flice sub nigra pallentes ruminat herbas :

Aut aliquam in magno sequitur grege. claudite Nym
Diææ, Nymphæ nemorum iam claudite saltus (phæ
Si quæ fortè ferant oculis sese obuia nostris
Errabunda bonis vestigia: forsitan illum

Similitudo.

* Ismaros Pro
bus. 23. 2.
Allusio ad
chaos.

Quære Tene-
rum in Indi-
ce.

Mac. lib. 6.
cap. 4.

Alij ignibus.

10, 14.

Alludit ad lu-
dos in hono-
rem Herculis.
9, 14.

Sic valē
valē.

Amplificatio
ab exemplo.
6, 15.

Pol. Misc. cap.
50.
Pathos à mi-
nore.

Exclamatio.
Hypotyposis.
habet vim
literæ.

Auerfio.

- Aut herba captum viridi, aut armenta secutum,*
 Perducant aliquæ stabula ad Gortynia vacca.
Tum canit Hesperidum miratam mala puellam.
Tum Phaëthontiadæ musco circumdat amaræ
Corticis, atque solo proceras erigit alnos. 5
Tum canit, errantem Permessi ad flumina Gallum
Aonas in montes ut duxerit vna sororum,
Vique viro Phœbi chorus assurrexerit omnis:
Vt Linus hæc illi diuino carmine pastor,
Floribus atq; apio crines ornatus amaro, 10
Dixerit; Hos tibi dant calamos (en accipe) Musa,
Aseræo quos antè sem; quibus ille solebat
Cantando rigidas deducere montibus ornos.
His tibi Grynci nemoris dicatur origo:
Ne quis sit lucus, quò se plus iactet Apollo. 15
Quid loquar? aut Scyllâ Nisi, quam fama secuta est,
Candida succinctam latrantibus inguina monstris,
Dulichias vexasse rates, & gurgite in alto
Ah timidos nautas canibus lacerasse marinis?
Aut ut mutatos Teræ narrauerit artus? 20
Quas illi Philomela dapes, quæ dona pararit:
Quo cursu deserta petiuerit, & quibus antè
Infelix sua tecta superuolauerit alis?
Omnia quæ Phœbo quondam meditante beatus
Audijt Euvotas, iussitq; ediscere lauros, 25
Ille canit: pulsæ referunt ad sydera valles
Cogere donec oues stabulis, numerumq; referre
Iussit, & inuito processit vesper Olympo,

Ecloga VII. cui nomen Melibœus.
Personæ.

CORYDON, THYRSIS.

Poeta sub persona Melibœi.

- § **F**ortè sub arguta confederat ilice Daphnis,
Cōpulerantq; greges Corydon & Thyrsis in vñu:
Thyrsis oves, Corydon distentas lacte capellas:
Ambo florentes etatibus, Arcades ambo,
Et cantare pares, & respondere parati.
- 10 Huc mihi, dum teneras defendo à frigore myrtos,
Vir gregis ipse caper decerrauerat; atq; ego Daphnim
Aspicio: ille vbi me contrà videt, Ocyus, inquit,
Huc ades ó Melibœe (caper tibi saluus & bædi)
Et, si quid cessare potes, requiesce sub umbra.
- 15 Huc ipsi potum venient per prata iuuenti;
Hic virides tenera prætexit arundine ripas
Mincius, eq; sacra resonant examina quercu.
Quid facerè? neq; ego Alcippen, nec Phyllida habebã
Depulsos à lacte domi quæ clauderet agnos:
- 20 Et certamen erat, Corydon cum Thyrside, magnum.
Posthabui tamen illorum mea serua ludo.
Alternis igitur contendere versibus ambo
Cœpere: alternos Musæ meminisse volebant.
Hos Corydon, illos referabat in ordine Thyrsis.
- 25 Nymphæ, noster amor, Libethrides, aut mihi carmẽ,
Quale meo Codro, concedite: (proxima Phœbi
Versibus ille facit) aut, si non possumus omnes,
Hic arguta sacra pendebit fistula pinu.
- TH. Pastores edera crescentem ornate poëtam
Arcades, inuidia rumpantur vt ilia Codro.

The. in Bucol.
liast. Δαμοί-
τας και Δάφ-
νις, &c.

Exordium,
quo præludit
certamin i.
Distributio.

Amplificatio à circun-
stantijs.

Ambo si &c.
Theo Idyl. 8.
ἀμφοτέρω.
De Arcadum
in Muscis
peritia Rho-
dig. lib 5. ca.
28.

A loco.

68. 6. Th. Idy.
8. ἀδ' και λυ,
&c.

Consultatio,
Hypallage.

§ 24.

Distributio.

Inuocatio.

Similitudo.

23. 21. Locuſ
arrogantiz.

21. 1. Ampli-
ficatio à ma-
iori,

*Aut si ultra placitum laudarit, baccare frontem
Cingite, ne vati noceat mala lingua futuro.
co. Setosi caput hoc apri tibi Delia paruus,
Et ramosa Mycon viuacis cornua cervi.
Si proprium hoc fuerit, leui de marmore tota
Puniceo stabis suras euincta cothurno.*

122, 13.
A simili.

Tibelegia r.
Nunc pauperis
agri Culto
des fertis,
&c.
Amores.

TH. *Sinum lactis, & hæc te liba Priape quotannis
Expectare sat est: custos es pauperis horti.
Nunc te marmoreum pro tempore fecimus: at tu,
Si factura gregem suppleuerit, aureus esto.*

Inuersio.

Pathos ama-
torium p hy-
perboleum.
3, 24. 30, 8.
Precatio a tē-
pestate.
Theo. Idyl. 8.
spāras, &c.
66, 14
* turgent
Antithesis.

co. *Nerine Galatea, thymo mihi dulcior Hyblæ,
Candidior cygnis, edera formosior alba:
Cum primum pasti repetent præsepia tauri,
Si qua tui Corydonis habet te cura, venito.*

TH. *Immo ego Sardois videar tibi amarior herbis,
Horridior rusco, proiecta vilior alga,
Si mihi non hæc lux toto iam longior anno est.*

Ite domum pasti, si quis pudor, ite iuueni.

co. *Muscosi fontes, & somno mollior herba,
Et quæ vos rara viridis tegit arbutus umbra,*

*Solstitium pecori defendite: iam venit æstas
Torrida; iam leto * turgent in palmitæ gemmæ.*

TH. *Hic focus, & tedæ pingues: hinc plurimus ignis
Semper & assidua postes fuligine nigri.*

*Hic tantum Boreæ curamus frigora, quantum
Aut numerum lupus. aut torrentia flumina ripas.*

co. *Stant & iuniperi et castaneæ hirsutæ:
Strata iacent passim sua queq; sub arbore poma.*

*Omnia nunc vident: at si formosus Alexis
Montibus his abeat, videas & flumina sicca.*

Similitudo.

Vtrobique; nõ
fit synalephe,
& h habere
posset nim
litteræ.
De absentia
pueri oris.
Borinõs.

ECL. VIII. PHARMACEVT. 21

- TH. *Aret ager, vitio moriens sitit aëris herba,*
Liber pampineas inuidit collibus umbras :
Phyllidis aduentu nostrę nemus omne virebit :
Juppiter & leto descendet plurimus imbri.
- 5 CO. *Populus Alcide gratissima, vitis Iaccho,*
Formosę myrtus Veneri, sua laurea Phębo.
Phyllis amat corylos: illas dum Phyllis amabit,
Nec myrtus vincet corylos, nec laurea Phębi.
- TH. *Fraxinus in syluis pulcherrima, pinus in hortis.*
- 10 *Populus in fluijs, abies in montibus altis:*
Sępius at si me Lycida formosę reuisas,
Fraxinus in syluis cedit tibi, pinus in hortis.
- ME. *Hec memini, & victũ frustra contendere Thy-*
Ex illo Corydon, Corydon est tempore nobis. (sim. 6, 15.)
- 15

Ecloga IIII. cui nomen Pharmaceutria.
 Poeta, Damon, Alphefibęus.

P O E T A.

- 20 **P** Astorum musam, Damonis & Alphefibęi,
Immemor herbarum quos est mirata iuuenca
Certantis, quorum stupefactę carmine lynces,
Et mutata suos requierunt flumina cursus:
Damonis musam dicemus, & Alphefibęi.
- 25 *Tu mihi, seu magni superas iam saxa Timau,*
Siue oram Illyrici legis æquoris, en erit vnquam
Ille dies, mihi cũ liceat tua dicere facta?
En erit, vt liceat totum mihi ferre per orbem
Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno?
- A te principium, tibi desinet. accipe iussis*
Carmina cepta tuis, atq; hanc sine tempora circum

Extat & The.
 φαρμακεία
 τρία, i. Saga,
 vel Venetica.
 Propositio.

Hiperbole.

Extenuatio
 sui.

Allegoria,

- 19, 19. *Quin.* Inter victrices ederam tibi serpere lauros.
 l. 10. c. 1. v. sur
 pat de Germa
 nico Aug. *Frigida vix cælo noctis decesserat umbra,*
 78, 17 *Cum ros in tenera pecori gratissimus herba est.*
 Narratio à tē *Incumbens tereti Damon sic cœpit oliuæ.*
 poris descri- *DA. Nascere, præq; diem veniens age Lucifer almū: §*
 ptione. *Coniugis indigno Nisæ deceptus amore*
 Repetiti am- *Dum queror; & diuos, quanquam nil testibus illis*
 bo ex Ciri. *Profeci, extrema moriens tamen alloquor hora.*
 Propositio. *Incipe Manalios mecum mea tibia versus.*
 Amœbēū car *Menalus argutumq; nemus, pinosq; loquentes* 10
 mē, quale Th. *Semper habet: semper pastorum ille audit amores,*
 Idylli ἀρχετῆ *Panaq; qui primus calamos non passus inertes.*
 &c & Id. 19. *Incipe Manalios mecum mea tibia versus.*
 (al; Moschi) *Mopso Nisa datur, quid non speremus amantes?* 15
 ἀρχετῆ Σικε *Iungentur iam gryphes equis, æuoq; sequenti*
 λιταί. &c. *Cum canibus timidi venient ad pocula damæ.*
 Emphasis. *Mopse nonas incide facies: tibi ducitur vxor.*
 23; 10 *Sparge marite nuces: tibi deserit Hesperus O Etam.*
 Parœmia. *Incipe Manalios mecum mea tibia versus.* 20
 Pro timida: *O digno coniuncta viro, dum despicias omnes:*
 Charifius l 4. *Dumq; tibi est odio mea fistula, dumq; capella;*
 vbi de Solac. *Hirsutumq; supercilium, * promissaq; barba:*
 Ironia. *Nec curare deūm credis mortalia quenquam.*
 Epimone. *Incipe Manalios mecum mea tibia versus.*
 Insultatio. *Sepibus in nostris parnam te roscida mala* 25
 The. in Cycl. *(Dux ego vester eram) vidi cum matre legentem.*
 ὑπενάμος, *Alter ab undecimo tum me iam ceperat annus:*
 &c. *Iam fragiles poteram à terra contingere ramos.*
 * proluxa *Ut vidi, ut perij, ut me malus abstulit error.*
 A veteri con- *Incipe Manalios mecum mea tibia versus.*
 suetudine.

The. in Cycl.
 ἄθες ἔμα,
 &c.

Epiphonema
 Cōsule Indi.
 in ver. Vt.

Epimone.

Nunc sciō quid sit amor : duris in coribus illum

* *Ismarus, aut Rhodope, aut extremi Garamantes,*
Nec nostri generis puerum, nec sanguinis edunt.

Incipe *Mænialios* mecum mea tibia versus.

5 *Sauus amor docuit natorum sanguine matrem*
Commaculare manus: crudelis tu quoq; mater:
Crudelis mater magis, an puer improbus ille?

Improbus ille puer: crudelis tu quoq; mater.

Incipe *Mænialios* mecum mea tibi versus.

10 *Nunc & oues vltro fugiat lupus: aurea dura*

Mala ferant quercus: narcisso floreat alnus:

Pinguia corticibus sudent electra myricæ.

Certent & cyenis vlula: sit *Tityrus* *Orpheus*:

Orpheus in syluis, inter delphinas *Arion*.

15 Incipe *Mænialios* mecum mea tibia versus.

Omnia vel medium fiant mare: viuite syluæ.

Præcep̄ aërij specula de montis in vndas

Deferat: extremum hoc munus morientis habeto.

Desine *Mænialios*, iam desine tibia versus.

20 *PO.* Hæc *Damon*: vos, quæ responderit *Alphesibæus*,

Dicite *Pierides*. NON omnia possumus omnes.

AL. Effert aquam, & molli cinge hæc altaria vitta:

Verbenasq; adole pingues, & mascula thura,

Coniugis, vt magicis sanos auertere sacris

25 *Experiar* sensus: nihil hîc nisi carmina desunt.

Ducite ab vrbe domū mea carmina, ducite *Daphnim*.

Carmina vel cælo possunt deducere Lunam:

Carminibus *Circe* socios mutauit *Ulyssi*:

Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.

Ducite ab vrbe domū mea carmina, ducite *Daphnim*.

Theo. in Co-
mast. rûv êr-
rôv rûv êp-
ræ, &c.

* *Aurimarus*
Bembus, qd
non proba-
mûs, vel ex
eiusdem *Poe*
tæ versu, qui
est secutus
pog. 17

A crudelitate
Dubitatio.

Conclusio.

23, 15. Optat
rerum natu-
ras mutari.

Th. in *Thyrs*.
ÿvia µὲν,
&c.

Pallogia, i.
duplicatio.
Summa de-
speratio.

Theo. in Co-
mast. τὰν βε-
ræ, &c.

Transitio.

19, 27
Altare ad vi-
ctimam trās-
fertur.

ÿp̄p̄uōv.
Non absimi-
le principiū
Pharmaceut.
Theo. τῶν µε-
τῶν δάφνας,
&c.

Incantatio-
nis vis 18, 19-
27, 15. 180,

29.

- Th. ἡς τρις ἄ-
ποστέρω,
καὶ τρις τὰ δὲ
πότην, αὐθιγῶ.
vide Rhodig.
l. 12, c. 9.
Anaphora.
Anapestuseft
trimeter hy-
percatalecti-
cus, Veneri
dicatus.
* modo:
Similitudo.
o eliditur, &
eo vna syllaba
per synec-
phonefio.
The. Δέλφις
ἔμ' ἀνίασεν,
&c.
Similitudo
bucolica, cū
Precatione.
* viua,
In Ciri: Riuū
propter aque
viridi sub frō
de latentem.
Th. τῆσ' ἀπὸ
τῆσ' χλαμυδῶσ'
&c.
Carmina, f.
magica, & Cā-
tus, vt ait Ti-
bullus.
Th. τοῖά σ' ἴσ'
κίς ακακὰ,
&c.
In XII. tabu-
lis ita cautū:
Ne pelliciūto
alienas sege-
tes excātādo.
Indignatio.
Adi. Indic, in
ver. Tranſq;
- Terna tibi hæc primūm triplici diuerſa colore
Licia circundo: terq; hæc altaria circum
Effigiem duco, Numero deus impare gaudet.
Ducite ab vrbe domū mea carmina, ducite Daphnim.
Nectē tribus nodis ternos Amarylli colores: (nēictō. 8
Nectē Amarylli * noictōs: ēt, i Venēris, i dic, vñ i cūā
Ducite ab vrbe domū mea carmina, ducite Daphnim.
Limus vt hic dureſcit, & hæc vt cera liqueſcit,
Uno eodemq; igni: ſic noſtro Daphnis amore.
Sparge molam, & fragiles incende bitumine lauros. 10
Daphnis me malus vrit, ego hanc in Daphnide laurū.
Ducite ab vrbe domū mea carmina, ducite Daphnim.
Talis amor Daphnim: qualis, cūm feſſa iuuenicum
Per nemora atq; altos quærendo bucula lucos
Propter aque riuum viridi procumbit in * herba, 15
Perdita, nec ſerq; meminit decedere nocti.
Talis amor teneat, nec ſit mihi cura mederi.
Ducite ab vrbe domū mea carmina, ducite Daphnim.
Haſ olim exuias mihi perfidus ille reliquit,
Pignora chara ſui, quæ nunc ego limine in ipſo 20
Terra tibi mando: debent hæc pignora Daphnim.
Ducite ab vrbe domū mea carmina, ducite Daphnim.
Haſ herbas, atq; hæc Ponto mihi lecta venena
Ipſe dedit Mæris: naſcuntur plurima Ponto. 25
Hiſ ego ſepe lupum fieri & ſe condere ſyluis
Mærim, ſepe animas imis excire ſepulchris,
Atq; ſatas aliò vidi traducere meſſes.
Ducite ab vrbe domū mea carmina, ducite Daphnim.
Fer cineres Amarylli foras, riuoq; fluenti
Tranſq; caput iace: ne reſpexeris, bis ego Daphnim

Aggrediar : nihil ille deos, nil carmina curat.

Ducite ab vrbe domū mea carmina, ducite Daphnim.

Aspice corripuit tremulis altaria flammis

Sponte sua, dum ferre moror, cinis ipse : bonum sit.

5 Nescio quid certè est : & Hylax in limine latrat.

Credimus ? AN qui amant, ipsi sibi somnia fingunt ?

Parcite, ab vrbe venit, iā parcite carmina, Daphnis.

Ecloga IX. cui nomen Mæris.

Personæ.

10 LYCIDAS, MOERIS.

LYCIDAS.

Q UOTE Mæri pedes ? an, quò uia ducit, in urbem ?

MOE. O Lycida uiui peruenimus, aduena no-

(Quod nunquam veriti sumus) vt possessor agelli (stri-

15 Diceret, Hæc mea sunt, veteres migrate coloni.

Nunc victi tristes (QVONIAM fors omnia versat)

Hos illi (quod nec bene uertat) mittimus hædos.

LY. Certè equidem audieram, quà se subducere colles

Incipiunt, mollique iugum demittere cliuo,

20 Usq; ad aquam, & veteris iam fracta cacumina fagi,

Omnia carminibus uestrum seruasse Menalcam.

MOE. Audieras, & fama fuit : sed carmina tantum

Nostra ualent Lycida tela inter Martis, quantum

Chaonias ducunt àquila ueniente columbas.

25 Quòd nisi me quacunque nouas incidere lites

Antè sinistra caua monuisset ab ilice cornix,

Nec tuus hic Mæris, nec uiueret ipse Menalcas.

LY. Heu cadit in quemquā tantū scelus ! heu tua nobis

Penè simul tecum solatia rapta Menalca[†]

Quis caneret Nymphas ? quis humū florētibus herbis

Spar-

Indignatio,

Ominatio.

Dubitatio.

Th. κύρις ἀμ

μιν ἀνὰ πτό

γι ἀρβύρτας

&c.

Qui in Indic.

Th in Thaly-

Σιμυθία πᾶ

δὴ τυ μεσα-

μέριον πόδας

εὐκεί.

Quo, i. pro-

cul.

Zeugma à su-

periori.

Expositio.

Occasio fin-

gitur, & est

pathos.

Quinti lib. 8.

cap. 6.

Topogra-

phia, & est

admiratio.

per Menalcā

hæc ecloga

Virgilius in-

telligendus.

Non esse lo-

cum honesta-

ti apud Ma-

uortios.

Ex hoc defē-

ditur uertus,

qui est 18. p. 1.

Pathos, & est

magna exag-

geratio scele-

ris.

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

Quam cautè
hunc locū ex
Theo. expref-
ferit, docet
Gell. lib. 9.
cap. 9.
Distributio.
Allegoria.

πρόσθε per ex-
clamationē.
119, 25.
Cycni. i. Poe-
ta, vt infra 17
Notatio.

137.
Anaphora.
The. in Tha-
fyl. καὶ γὰρ
ἔγὼ μισθῶν,
&c.

Attentio. Th.
in Cyclope:
πάν γλαυκῶν
δὲ θάλασσιν
ἔα παρὶ χερ-
σῶν ὄρεσθαι.

Nu. Quint. l.
9. cap. 4.
Aliud canti-
cum de Iulio
Cæsare.
Fahlogia.

Spargeret? aut viridī fontes induceret umbra?

Vel quæ sublegit tacitus tibi carmina nuper,

Cūm te ad delicias fervere Amaryllida nostras?

Tityre, dum redeo (brevis est via) pasce capellas:

Et potum pastas age Tityre, & imer agendum

Occursare capro (cornu fuerit ille) caueto.

MOE. Immo hæc quæ Varo necdum perfecta canebat.

Vare tuum nomen (superet modò Mantua nobis,

Mantua vç misera nimum vicina Cremonæ)

Cantantes sublime ferent ad sidera cycni.

LY. Sic tua Cyrnæas fugiant examina taxos:

Sic cyt. so pasta distentent vbera vacca.

Incipe, siquid habes: & me fecere pœtam

Pierides: sunt & mihi carmina: me quoq; dicunt

Vatem pastores: sed non ego credulus illis:

Nam neq; adhuc Varo videor, nec dicere Cinna

Digna, sed argutos inter strepere anser olores.

MOE. Id quæ ago, & tacitus Lycida mecū ipse voluto,

Si valeam meminisse: neq; est ignobile carmen.

Huc ades ô Galatea: quis est nam ludus in vndis?

Hic ver purpureum, varios hęc flumina circum

Fundit humus flores: hęc candida populus antro

Imminet, & lenta texunt umbracula vites.

Huc ades: insani seriant sine littora fluctus.

LY. Quid? quæ te pura solum sub nocte canentem

Audieram? NUMEROS memini si verba tenerem.

MOE. Daphni, quid antiquos signorum suspicis ortus?

Ecce Dionæi processit Cæsaris astrum:

Astrum, quo segetes gauderent frugibus, & quo

Duceret apricis in collibus vna colorem.

Inser

Inſere Daphni pyros: car pent tua poma nepotes.
 OMNIA fert atas, animum quoq; ſape ego longos
 Cantando puerum memini me condere ſoles.

513 3.
 Sententiã.

Nunc oblita mihi tot carmina: vox quoq; Mærin
 ſ Iam fugit ipſa: lupi Mærin videre priorcs.

26, 26
 Locus Theo
 Idyl. 14. quoa
 Κυρίως
 ἔρωε inſcribi
 tur, & φθεγξῆ,
 λυκὸν εἶδε.

ſcd tamen iſta ſatis: referet tibi ſape Menalcas.
 LY. Cauſando noſtros in longum ducis amores:
 Et nunc omne tibi ſtratum ſilet aquor, & omnes
 (Aſpice) ventofi ceciderunt murmuris aura.

10 Hinc acedè media eſt nobis via: nanque ſepulchrum
 Incipit apparere Bianoris: hîc ubi denſas
 Agricola ſtringunt frondes, hîc Mæri canamus.

Ab opportu
 no. Theoc. in
 Thalyf. κ' ὄυ-
 πωτὰν μισά-
 ταν, & c.
 Anaphoram
 obſerua & ho
 mœoteleuta,
 eamus; aga-
 mus; cane-
 mus; veluti
 rhythmos
 quofdam vñ
 de illud, & ſi
 quid ceſſare
 potes 13, 16.
 Diaſtole.
 10. 19.

Hic hædos depone: tamen veniemus in urbem:
 Aut, ſi nox pluuiam ne colligat antè, veremur,
 15 Cantantes licet vſq; (minus via ladet) eamus.
 Cantantes vt eamus, ego hoc te faſce leuabo.
 MOE. Deſine plura puër, & quod nûc inſtat, agamus:
 Carmina tum melius, cum venerit ipſe, canemus.

20 Ecloga X. cui nomen Gallus.
 P O E T A.

Extremum hunc Arethufa mihi concede laborẽ.
 Pauca meo Gallo, ſed quę legat ipſa Lycoris,
 Carmina ſunt dicenda. neget quis carmina Gallo
 25 Sic tibi, cum fluctus ſubterlabere Sicanos,
 Doris amara ſuam non intermiſceat vñdam.
 Incipe: ſollicitos Galli dicamus amores,
 Dum tenera attondunt ſima virgulta capella.
 Non canimus ſurdis: reſpondent omnia ſyluę.
 Quę ne mora, aut qui vos ſaltus habuere puella

Inuocatio.
 Propoſitio.

In Sicilia ex-
 trema fons
 eſt. Arethufa,
 de quo Cic.
 in Verrem.
 Act. 6.
 Occupatio.
 Echo.
 Increpatio cã
 uilis.

Nũc.

- Theo. Idil. 1. *Naiadēs, indigno cūm Gallus amore periret?*
 πᾶ πον' ἀφ' *Nam neq; Parnassi vobis iuga, nam neq; Pindi*
 ἦσαν, &c. *Ulla moram fecere, neq; Aoniæ ἄγᾶnippe.*
 Probus legit *Ulla moram fecere, neq; Aoniæ ἄγᾶnippe.*
 Aoniæ Aga- *Ullum etiam lauri, etiam fleuere myricę.*
 nippes, Chari- *Pinifer illum etiam sola sub rupe iacentem*
 fuis Aoniæ *Menalus, & gelidi fleuerunt saxa Lycaei.*
 Aganippæ *Stant & oues circūm, nostri nec pœnitent illas.*
 Adi Insulæ *Nec te pœniteat pecoris diuine poëta:*
 Ionio in In- *Et formosus oues ad flumina pauit Adonis.*
 dice nostro. *Venit & vpilio: tardi venere * bubulci:*
 14, 12. *Uvidus hyberna venit de glande Menalcas.*
 6, 6. Th. Idyl. *Omnes, vnde amor iste, rogant. tibi venit Apollo.*
 1 ἰοπαῖος χῶ *Galle quid insanis? inquit: tua cura Lycoris*
 δῶντε, &c. *Perq; niues alium, perq; horrida castra secuta est.*
 * subulci, sed *Venit & agresti capitis Sylvanus honore,*
 bubulci de- *Florentes ferulas & grandia lilia quassans.*
 fendimus in *Pan deus Arcadię venit: quem vidimus ipsi*
 Indice, i ver. *Sanguineis ebuli baccis, minioq; rubentem.*
 Tardi. vbi cō ** Et quis erit modus? inquit: amor non talia curat.*
 similem The- *Nec lacrymis crudelis amor, nec gramina riuis,*
 locum cita- *Nec cytiso saturantur apes, nec fronde capellę.*
 mus. *Tristis at ille tamen, Cantabitis Arcades, inquit,*
 Descriptio. *Montibus hæc vestris: soli cantare periti*
 130, 20. *Arcades. ô mihi tum quàm molliter ossa quiescant,*
 * Ecquis! *Vestra meos olim si fistula dicat amores.*
 Amplificatio *Atq; vtinam ex vobis vnus, vestriq; fuisset*
 15, 14. *Aut custos gregis, aut mature vinitor vne.*
 Fingit Gallū *Certè sine mihi Phyllis, siue esset Amyntas,*
 respondentē, *Seu quicunq; furor (quid tum, si fuscus Amyntas?*
 vt magis ob *Et nigre violę sunt, & vaccinia nigra)*
 oculos ponar *Mecum*
 hominis in-
 faniam.
 Obiectio.

Dilutio per
 reiectionem.
 Theo Ergati-
 nis, καὶ τὸ
 ἴον, &c.

*Mecum inter salices lenta sub vite iaceret :
Serta mihi Phyllis legeret, cantaret Amyntas.*

*Hic gelidi fontes, hinc mollia prata Lycori,
Hinc nemus, hinc ipso tecum consumerer æuo.*

5 *Nunc insanus amor duri me Martis in armis
Tela inter media atque aduersos detinet hostes.
Tu procul à patria (ne sit mihi credere tantum)*

*Alpinas ab dura niues & frigora Rheni
Me sine sola vides, ab te ne frigora lædant :*

10 *Ab tibi ne teneras glacies secet aspera plantas .
Ibo, & Chalcidico quæ sunt mihi condita versu
Carmina, pastoris Siculi modulabor auena.*

*Certum est, in syluis, inter spelæa ferarum
Malle pati, tenerisq; meos incidere amores*

15 *Arboribus: crescent illæ, crescetis amores .*

*Interea * mistis lustrabo Mænala Nymphis :
Aut acres venabor apros: non me vlla vetabunt*

*Frigora Parthenios canibus circundare saltus.
Jam mihi per rupes videor lucosq; sonantes*

20 *Ire: libet Partho torquere Cydoniæ cornu*

*Spicula: tanquam hæc sit nostri medicina furoris,
Aut deus ille malis hominum mitescere discat .*

*Iam neque Hamadryades rursus, nec carmina nobis
Ipsa placent: ipsæ rursus concedite siluæ.*

25 *Non illum * nostri possunt mutare labores :*

*Nec si frigoribus medijs Hebrumq; bibamus,
Sithoniasq; niues hyemis subeamus aquosæ:*

*Nec si, cum moriens alta liber aret in ulmo,
Æthiopum persemus oues sub sydere Cancri.*

Omnia vincit amor : & nos cedamus amori.

15, 9
Inuitatio à
loco.

Disceptatio
quorū se con-
ferat amorē
euitaturus.

*mystis

36, 4, 1

24, 17.
Mutat supe-
rius consiliū.
Non, nec si,
nec si.

*vestri
Exaggeratio.
Th. in Thalyf.
ἐπιθ. ὁ Ἡδ. ὁ
ἦεν, &c.
21, 1. Anthi-
thesis.

Epiphonema
Vertius incō-
tus.

Hæc

POETA per-
git.

Epilogus.

6, 18.

ἀναδ' ἰπλ. 9.

σις.

Comp. buco-
lica.

49, 23. Tapi-
nolis.

Nam dixit se
det.

Decet in anti-
quis perio-
dus.

3, 24. 20, 18.

Venit Hesperus: Vide 4, 2,

6. 12. 18, 30,

22, 18,

Hæc sat erit Diva, vestrum cecinisse Poëtam,

Dum sedet, & gracili fuscillam textit hibisco,

Pierides: vos hæc faciatis maxima Gallo:

Gallo, cuius amor tantum mihi crescit in horas,

Quantum vere novo viridis se subijcit alnus.

Surgamus: solet esse gravis cantantibus umbra:

Juniperi gravis umbra, nocent & frugibus umbræ,

Ite domum saturæ, venit Hesperus, ite capella.

B V C O L I C O R V M

F I N I S,



HERENNII MODESTINI L. C.

A R G V M E N T V M

quod prius Nasoni ascribatur.

*Quid faciat letas segetes: quæ sydera seruet*5 *Agricola, ut facilem terram proscindat aratris,**Semina quo iacienda modo: * cultusq; locorum*** Edocuit messeis magno * olim sænore reddi.*

P. V. M. GEORGICON

LIBER PRIMVS.

AD C. MÆCENATEM.

*Vid faciat letas segetes, quo sydere
terram**Vertere Mæcenas: vlmisq; ad-
iungere vites,**Conueniat: quæ cura bouum, * quis * qui
cultus habendo**Sit pecori: atq; apibus quanta experientia parcis,**Hinc canere incipiam. Vos ó clarissimæ mundi*20 *Lumina, labentem cælo quæ ducitis annum:**Liber, & alma Ceres, vestro si munere tellus**Chaoniam pingui glandem mutauit arista,**Poculaq; inuentis Acheloia miscuit vuis:**Et vos agrestium præsentia numina Fauni,*25 *Ferte simul Fauniq; pedem, Dryadesq; puella.**Munera vestra cano. Tuq; ó, cui prima frementem**Fudit equum magno tellus percussa tridenti,**Neptune: & cultor nemorum, cui pinguia Cæ**Tercentum niuei tondent dumeta iuueni.**Ipse nemus linquens patrum, saltusq; Lycæi*

Is libros Responforū vndeiginti cō scripsit, Pandectarū duodecim, Regularum sex, & alia non pauca.

*cultuque
*Et docuit
*cum

Hesiodum & mulatur, quæ iudicio omnium anteit. Propositio, cum enume ratione.

Catechoche,
Inuocatio.Mac. Sat. lib.
1. cap. 18.

36, 12. 23.

Idem Mac. l.
5. cap. 18.

Primatellus, absolute litus accipiendum non est Athenienses enim primam omnium suam terram prædicabant: de qua re alibi plenius.

Pan

Teg. vid. in
Indice.
Triptolemus.
Xl l. deos Cō
fentes Varro-
nis designat.
Mox Gnifo
ait citō signi-
ficare: alij pau-
lo pōst.
Augustū in-
uocat, tanquā
deum.
Vrb. Gell. lib.
13. cap. 19.

*Pan ouium custos, tua si tibi Menala cura,
Adsis ô Tegeae fauens: oleaq; Minerua
Inuentrix: vnciq; puer monstrator aratri:
Et teneram ab radice ferens Syluane cupressum.
Dijq; deaq; omnes, Studium quibus arua tueri.
Quiq; nouas alitis nonnullo semine fruges:
Quiq; satis largum caelo demittitis imbrem.
Tuq; adeo, quem mox quæ sint habitura deorum
Concilia, incertum est: vrbes ne inuisere, Caesar,
Terrarumq; velis curam, & te maximus orbis
Autorem frugum, tempestatumq; potentem
Accipiat, cingens materna tempora myrto:*

5

10

15

25

Ὁὐλ. vt im-
perite quidā
y in u versū
putent.
Macr. 7. Sat. c.

12.
Virgo.
Chelæ-
Scorpius, pb.
Scilicet, quod
scorpius du-
orum syderū
spatium obti-
nebat, quod
librā veteres
ignorabant.
Elyf. c. Chri-
stiani Paradi-
sum.

348. 18.
Narratio.
Consentiunt
Varro lib. 1. c.
28. col. lib. 1.
c. 4. Pallad. l.
1. c. 1. Pli. lib.
18. cap. 19.

*An deus immensi venias maris: ac tua nautæ
Numina sola colant, tibi seruiat vltima Thule:
Teq; sibi generum Tethys emat omnibus vndis:
An ne nouum tardis sydus te mensibus addas:
Quâ locus Erigonen inter, Chelasq; sequentes
Panditur: ipse tibi iam brachia contrahit ardens
* Scorpius, & cæli iusta plus parte relinquit.
Quicquid eris (nam te nec sperent Tartara regem; 20
Nec tibi regnandi veniat tam dira cupido:
Quamuis Elysios miretur Græcia campos,
Nec repetita sequi curet Proserpina matrem)
Da facilem cursum, atque audacibus annue cœptis:
Ignarosq; via mecum miseratus agrestes
Ingredere, & votis iam nunc assuesce vocari.
Vere nouo, gelidus canis cū montibus humor
Liquitur, & Zephyro putris se gleba resoluit,
Depresso incipiat iam tum mihi taurus aratro
Ingemere, & sulco attritus splendescere vomer.*

Illa

*Ille seges demum votis respondet auari
Agricolæ, bis quæ solem, bis frigora sensit:*

Illius immensæ ruperunt horrea messes.

* *Ac prius ignotum ferro quàm scindimus æquor,*

5 *Ventos, & varium cæli prædiscere morem*

Cura sit, ac patrios cultusque habitusq; locorum:

Et quid quæq; ferat regio, & quid quæq; recuset.

Hic segetes, illic veniunt felicius vug:

Arbori fœtus alibi, atq; iniussa virescunt

10 *Gramina. non ne vides, croceos ut Tmolus odores,*

India mittit ebur, molles sua thura Sabæi?

At Chalybes nudi ferrum, virosaq; Pontus

Castorea, Eliadum palmas Epeiros equarum?

Continuò has leges, æternaq; fœdera certis

15 *Imposuit natura locis, quo tempore primum*

Deucalion vacuum lapides iactavit in orbem:

Vnde homines nati, durum genus. Ergo age terræ

Pingue solum primis extemplo a mensibus anni

Fortes inuertant tauri: glebasq; iacentes

20 *Puluerulenta coquat maturis solibus æstas,*

At si non fuerit tellus fœcunda, sub ipsum

Arcturum tenui sat erit suspendere sulco.

Illic, officiant lætis ne frugibus herbæ:

Hic, sterilem exiguus ne deserat humor arenam.

25 *Alternis idem tonsas cessare nouales,*

Et segnem patiére situ durefcere campum.

*Aut ibi flaua seres mutato * sydere sarra,*

*Vnde prius * letum siliqua quassante legumen,*

Aut tennes; fœtus viciæ, tristisq; lupini

Sustuleris fragiles calamos, sylvamq; sonantem.

C

Urit

Semel ab ara
tione verna,
iterum ab au
tumnali.

pli lib. 18.

cap. 20.

* At

Discrimina.

Metabole.
Iniuf. gra. fi-
cum, Imperat
aruis.

Virosa Casto
rea iunge. Ne
mesianus in
Cynegeticis.

Tunc virola
tibi sumes,
multumque
domabis Ca-
storea.

Hypallage.
Amplificat
figmento.
Discrimina
agrorum.

3. 20.

* semine

* lectum.

Ferales lupi-
nos appellat
Calphur. Ec-
log 9.

Urit enim lini campum seges, urit auena:

Urun't lethæo perfusa papauera somno.

Sed tamen alternis facilis labor: arida tantum

Ne saturare fimo pingui pudeat sola, n' eue

Effætos cinerem immundum iactare per agros.

Sic quoque mutatis requiescunt sætibus arua.

Net nulla interea est inarata gratia terre.

Sæpe etiam sterile incendere profuit agros,

Atque leuem stipulam crepitantibus urere flammis.

Sive inde occultas vires & pabula terra

Pingua concipiunt, siue illis omne per ignem

Excoquitur vitium, atq; exudat inutilis humor:

Seu plures calor ille vias, & cæca relaxat

Spiramenta, nouas veniat quæ succus in herbas:

Seu durat magis, & venas astringit hiantes:

Ne tennes pluuiæ, rapidivæ potentia solis

Acrior, aut Boreæ penè trabile frigus' adurat.

Multum adeo, rastro glebas qui frangit inertes,

Vimineasq; trahit crates, iuuat arua, neq; illum

Flaua Ceres alto nequicquam spectat Olympo:

Et, qui profcisso quæ suscitât æquore terga,

*Rursus in obliquum uerso * prorumpit aratro,*

Exercetque frequens tellurem, atque imperat aruis.

Humida solstitia, atq; hyemes orate serenas

Agricola, hyberno lætissima puluere farræ,

*Latus ager nullo tantum se * Mæsia cultu*

lactat: & ipsa suas mirantur Gargara messes.

Quid dicam, iactato qui semine cominus arua

Insequitur, cumulosque ruit malè pinguis arenæ?

*Deinde satis fluium inducit, rinosque * sequente*

Et

138, 13. Adi
Indi. v. Crepi
tantib. Profa-
podosis, Sæpe
etiam, &c. v. f.
q; ad Acrior.
Maer. lib. 5. c.
1. Dicendi tē-
peramentum
ex 4. generib.
conflatum, s.
copioso, bre-
ui, sicco, & pi-
gui, siue flori-
do. Penetrare
frigus; & ma-
nale: Lucret.
in 1. 36, 22.

* Perrumpit
Im. ar. 33, 9.
iniussa grami-
na.
Tempestates.
* Myfia.
De Myfia, &
Gargaris.
Maer. Sat. 5.

* fluentes?

5

10

15

20

25

Et cùm exustus ager morientibus estuat herbis,
Ecce supercilio cliuosi tramitis vndam

Elicit: illa cadens raucum per leuia murmur
Saxa ciet, scatebrisque arentia temperat arua.

5 Quid, qui ne grauidis procumbat culmus aristis,
Luxuriam segetum tenera depascit in herba,
Cùm primùm sulcos equant sata? quique paludis
Collectum humorem bibula * deducit arena?
Præserim incertis si mensibus aranis abundans

10 Exit, & obducto latè tenet omnia limo.
Vnde caue tepido sudant humore lacune.

Nec tamē (hec cùm sint hominumq; boumq; labores
Versando terram experti) nihil improbus anser,
Strymoniaq; grues, & amaris * intyba fibris

15 Officiunt, aut vmbra nocet. Pater ipse colendi
Haud facilem esse viam voluit: primusq; per artem
Mouit agros, curis acuens mortalia corda:

Nec torpere graui passus sua regna veterno.
Ante Iouem, nulli subigebant arua coloni:

20 Nec signare quidem, aut partiri limite campum
Fas erat: in medium querebant, ipsaque tellus
Omnia liberius, nullo poscente, ferebat.

Ille malum virus serpentibus addidit atris,
Prædareque lupos iussit, pontumque moueri:

25 Mellaque de cussit folijs, ignemque remouit:
Et passim riuis currentia vina repressit:

Vt varias vsus meditando * extunderet artes
Paulatim, & sulcis frumenti quæreret herbam,
Et silicis venis abstrusum excuderet ignem.

Tunc alnos primùm fluij sensere cauatas:

Hypotyposis.

Vnum de cū-
ctis. Virg.

* deducat.

42, 9.
Lucilius &
Aemilius
Macer inty-
masculinè
Protulerunt.
* intyba.
Excursus. 109
24 11, 7. 270.
2. 313, 12.

Omnium re-
rum commu-
nio.
Posc. i. cultur.
imperante. iu-
bente Lac li.
5 cap. item 5.
allegori. òs
accipit de in-
uidis, & odio
fis hominib.

* excuderet
Vfus.
Variæ artes.
243 42.
Oncri vulgo.

Nautę primū
obseruauerūt
stellas, ante
magnetis, &
vertoria vsū,
28, 18.

Nauita tum stellis numeros & nomina fecit,
Pleiades, Hyadas, claramq; Lycaonis Arcton:

Tum laqueis captare feras, & fallere visco,
Inuentum, & magnos canibus circundare saltus,
Atq; alius latum funda iam verberat amnem.

5

Epiphonema

Alta petens, pelagoq; alius trahit humida lina.

Tum ferri rigor, atq; argute lamina ferrę:
(Nam primi cuneis scindebant fissile lignum)

31, 18. Catex-
oche.
Emphasis.

Tum varię venere artes. LA BOR omnia vincit
Improbis, & duris vrgens in rebus egestas.

10

Prima Ceres ferro mortales vertere terram

Vulgò Gar-
zo.

Instituit, cum iam glandes atq; arbuta sacre
Deficerent sylua, & victum Dodona negaret.

30, 16.
Repetitur &
14, 4.
heroin

Mox & frumentis labor additus, vt mala culmos
Esset rubigo, segnisq; horreret in aruis

15

Literarum &
syllabarū al-
lusio.

Carduus. intereunt segetes, subit aspera sylua,
Lappequē, tribuliq; interq; nitentia culta

* expectabis
37, 20, 31, 18.

Infelix lolium, & steriles dominantur auenę.

Agricultarum
grmā.

Quod nisi & assiduis * terram insectabere rastris,
Et sonitu terrebis aues, & ruris opaci

20

Falce premes umbras, votisq; vocaueris imbrem:

Heu magnum alterius frustra * spectabis acernum,

Concussa; famem in syluis solabere quercu.

Dicendum & quę sint duris agrestibus arma,

Quis sine nec potuere seri, nec surgere messes.

25

Vomis, & inflexi primū in graue robur aratri,

Tarda; Eleusine matris voluentia plaustra,

Tribulaquē, trabegq; , & iniquo pondere rastri:

Virgea preterea Celei, vilisq; supellex,

Arbutę crates, & mystica * vanus lacchi.

* vallis ex
Varrone.

Omnia

Omnia quæ multo antè memor prouisa repones,
Si te digna manet diuini gloria ruris.

Continuò in syluis magna vi flexa domatur
In burim, & curui formam accipit vlmus aratri.

5 Huic à stirpe pedes temo protentus in octo:
Binæ aures, duplici aptantur dentalia dorso.
Ceditur & tilia antè iugo leuis, altaq; fagus,
Stiuatq; quæ currus à tergo torqueat imos:
Et suspensa focis exploret robora fumus.

10 Possum multa tibi veterum præcepta referre,
Ni refugis, tenuesq; piget cognoscere * curas.
Area cum primis ingenti æquanda cylindro,
Et vertenda manu, & creta solidanda tenaci:
Ne subeant herbæ, neu puluere victa fatiscat:

15 Tum variæ illudunt pestes: sepe exiguus mus
Sub terris posuitq; domos, atq; horrea fecit:
Aut oculis capti fodere cubilia talpæ.
Inuentusq; canis buso, & quæ plurima terræ
Monstra ferunt: populatq; ingentem farris acervum

20 Curgulio, atq; inopi metuens formica senectæ.
Contemplator item, cum se nux plurima syluis
Induet in florem, & ramos curuabit olentes:
Si superant fætus, pariter frumenta sequentur,
Magnaq; cum magno veniet tritura calore.

25 At si * luxuria foliorum exuberat umbra,
Nequicquam pingueis paleæ teret area culmos.
Semina vidi equidem multos medicare serentes,
Et nitro prius & nigra perfundere amurca,
Grandior vt fætus siliquis fallacibus esset,
Et quamuis igni exiguo properata maderent.

Gloria ruris.

Buris.

* causas. Vnde Gell. lib. 17. cap. 2.

Cum primis, solœcismus præpositione. pro in primis, Charif. Agrorum pestes.

Quint. lib. 8. cap. quo de Ornatu.

Tal. parœmia est figura in genere. capti. ocul. solœcismus participio pro captos habentes oculos.

Prognostica * luxuriz.

- Vidi lecta diu, & multo spectata labore,
 Degenerare tamen: ni vis humana quotannis
 Maxima quæq; manu legeret. Sic omnia fatis
 In peius ruere, ac retro sublapsa referri.*
- Epiphoue-
ma.
242, 25
Comp. à lem
bo.
* amne.
254, 25.
- Non aliter quàm qui aduerso via flumine lembum
 Remigijs subigit, si brachia forte remisit,
 Atque illum in præceps pronorapit alueus * amni.
 Præterea tam sunt arcturi sydera nobis,
 Hædorumq; dies seruandi, & lucidus Anguis:
 Quàm quibus in patriam ventosa per æquora vectis
 Pontus, & ostriferi fauces tentantur Abydi.*
- Require Die
in Indice.
Discrimina
dierum.
- Libra die somniq; pares vbi fecerit horas,
 Et medium luci atq; vmbri iam dinidet orbem:
 Exercete vini tauros, serite ordea campis,
 Usq; sub extremum brumæ intrãctabilis imbrem. 15
 Nec non & lini segetem, & cereale papauer
 Tempus humo tegere, & iandudũ incubere * aratris,
 Dum sicca tellure licet, dum nubila pendent.
 Vere fabis satio: tunc te quoq; medica putres
 Accipiunt sulci, & milio venit annua cura: 20
 Candidus auratis aperit cùm cornibus annum
 Taurus, & * aduerso cedens Canis occidit aëstro.
 At si triuicem in messem, robustaq; sarva,
 Exercebis humum, solisq; instabis aristas:
 Antè tibi Eoæ Atlantides abscondantur, 25
 Gnosiaq; ardentis decedat stella Coronæ,
 Debita quàm sulcis committas semina, quamq;
 Inuitæ properes anni spes, credere terræ.
 Multi ante occasum Maie cepere: sed illos
 Expectata seges vanis elusit * auenis.*
- * auerfo.
Virgilia.
Spondiacus
versus.
37, 29
* aristas.

Si verò

Si verò viciamq; feres, vilemq; faselum,
 Nec Pelusiaca curam aspernabere lentis:
 Haud obscura cadens mittet tibi signa Bootes:
 Incipe, & ad medias sementem extende pruinas.

5 Idcirco certis dimensum partibus orbem
 Per duodena regit mundi sol aureus astra.

Quinq; tenent cælum Zona: quarum vna corusco
 Semper sole rubens, & torrida semper ab igni:

10* Quam circum extremae dextra lauaq; trahuntur
 Carulea glacie concretæ, atq; imbris atris.

Has inter, mediamq; duæ mortalibus ægis
 Munere concessæ diuûm: & via secta per ambas,
 Obliquus quâ se signorum verteret ordo.

Mundus vt ad Scythiam * Riphæasq; arduus arces * Rhipæasq;
 15 Consurgit, premitur Libyæ deuexus in Austros.

Hic vertex nobis semper sublimis: at illum
 Sub pedibus Styx atra videt, manesq; profundi.

Maximus hic flexu sinuoso elabitur anguis
 Circùm, perq; duas in morem fluminis Arctos,

20 Arctos, Oceani metuentes equore tingi.

Illic (vt perbibent) aut intempesta silet nox
 Semper, & obtenta densantur nocte tenebræ:

Aut redit à nobis aurora, diemq; reducit:
 Nosq; vbi primus equis Oriens afflauit anhelis,

25 Illic sera rubens accendit lumina vesper.

Hinc tempestates dubio* prædiscere cælo
 Possumus: hinc * messi q; diem, tempusq; serendi;

Et quando infidum remis impellere marmor
 Conueniat, quando armatas deducere classes,
 Aut tempestiuam syluis euertere pinum*.

Ratio.

Sphæræ & Zo-
 narum ratio.
 Anastrophæ.

* Coerulea
 glacie.

Descriptio
 syderum.
 Anguis.
 Arctos.
 Anadiplosis:
 361, 23

Vesper.

* prædicere
 * mensi que
 dies.

Nec frustra signorum obitus speculamur & ortus,
Temporibusq; parem diuersis quatuor annum.
Frigidus agricolam si quando continet imber,
Multa forent quæ mox cælo properanda sereno,
Maturare datur. durum procudit arator
Vomeris obtusi dentem: cauat arbore lintres:
Aut pecori signum, aut numeros impressit aceruis,
Exacunt alij vallos, furcasq; bicornes:
Atque Amerina parant lentæ retinacula viti.
Nunc facilis rubea texatur fiscina virga:
Nuc torrete igni fruges, nunc frangite saxo.
Quippe etiam festis quædam exercere diebus,
Fas & iura sinunt. riuos deducere nulla
Relligio vetuit: segeti prætere sepe:
Insidias auibus moliri: incendere vepres:
Balantumq; gregem fluuio mersare salubri.
Sæpe oleo tardi costas agitator aselli
Vilibus aut onerat pomis; lapidemq; reuertens
Incusum, aut atræ massam picis vrbe reportat.
Ipsa dies alios alio dedit ordine Luna
*Felices operum. Quintam fugæ pallidus * Orcus*
Eumenidesq; satq; tum partu Terra nefando
Cæumq; Japetumq; creat, seuumq; Typhoea,
Et coniuratos cælum rescindere fratres.
Ter sunt conati imponere Pelio Ossam,
Scilicet atq; Osse frondosum inuoluere Olympum:
Ter pater extractos disiecit fulmine montes.
Septima post decimam felix & ponere vites,
Et prensos domitare boues, & licia telæ
Addere. nona fugæ melior, contraria furtis.

Multa

Quæ agenda
 agricolæ do-
 mi, cum per
 tempestatem
 foris esse nõ
 liceat.

Prop. Gell.
 l. 10. cap. 11.

61, 4.

Anaphora.

117, 5

Quæ festis
 agenda die-
 bus.

Ipsa dies quæ
 doq; pariens,
 quandoq; no-
 uerca est.

* Oichus.

Non fit Syna-
 laphe.

- Multa aded gelida melius se nocte dedere :*
Aut cum sole nouo terras irrorat Eous .
*Nocte leues * stipulę melius, nocte arida prata*
*Tondentur, * noctis lentus non deficit humor .*
 5 *Et quidam seros hyberni ad luminis ignes*
Peruigilat, ferroq; faces inspiciat acuto .
Interea longum cantu solata laborem
Arguto coniux percurrit pectine telas :
Aut dulcis musti Vulcano decõ qui t hũmõrẽm ,
 10 *Et folijs vndam tepidi despumat abeni .*
At rubicunda Ceres medio succiditur aestu ,
Et medio tostas aestu terit area fruges .
Nudus ara, sere nudus: hyems ignaua colono .
Frigoribus parto agricolę plerunq; fruuntur ,
 15 *Mutuaq; inter se lati conuiuia curant .*
Innitat genialis hyems, curasq; resoluit :
Ceu pressę cum iam portum tetigere carinę,
Puppibus & lati nauis imposuere coronas .
Sed tamen & quernas glandes tunc stringere tẽpus ,
 20 *Et lauri baccas, oleamq; , cruentaq; myrta :*
Tunc gruibus pedicas, & retia ponere ceruis :
Auritosq; sequi lepores: tum figere damas ,
Stuppea torquentem Balearis verbera fundę ;
Cum nix alta iacet, glaciem cum flumina trudent .
 25 *Quid tempestates autumnı, & sydera dicam ?*
Atq; ubi iam breuior que dies, & mollior aestas ,
Quę vigilanda viris ? vel cum ruit imbriferum ver ?
Spicea iam campis cum missis inhorruit, & cum
Frumenta in viridi stipula lactentia turgent ?
Sape ego, cum flauis messorẽm induceret aruis

Nox.

* melius stipu
le,
* noctes.

Metonymię,
Versus hyper
catalepticus,
syllaba longior
Macr. lib. 5. c.
14.
Ocium hy-
bernum.

Comp. a nau-
tis.
203, 4.

Venatio hy-
berna.

Tẽpestates,
vel signa tẽ-
pestatum.
Vide Phœno-
mena Arati.

Agri-

De feditio-
ne, aut stulta
multitudine
dici potest.

Per transla-
tionem.

fer fre Ety-
mon.

Tonitrua.
mm, tt, ff, alli
terationes fu-
gere fera, al-
lusio syllaba-
rum.

* Atho,
Nos atho de-
fendimus in
Ind. vulgo
Monte Ianto
Prognostica,
qua tempe-
states indi-
cant.

Pietas.

* casum.

Anaphora fi-
gura Maroni
& Homero
frequenti-
ma.

Macr. Sat. 3.
c. 11.

15. 12. Ambar-
ualia sacra.

*Agricola, & fragili iam stringeret ordea culmo;
Omnia ventorum concurrere praelia vidi,
Quae gravidam latè segetem ab radicibus imis
Sublimè expulsam eruerent: ita turbine nigro
Feret hyems culmumq; leuem, stipulasq; volantes. 5
Sape etiam immensum caelo venit agmen aquarum,
Et scadam glomerat tempestatem imbris acris
Collecta ex alto nubes: ruit arduus aether,
Et pluvia ingenti sata laeta, bouumq; labores
Diluit: implentur fossae, & caua flumina crescunt. 10
Cum sonitu: feruetq; fretis spirantibus aequor.
Ipse Pater, media nimborum in nocte, corusca
Fulmina molitur dextra: quo maxima motu
Terra tremit: fugere fera, & mortalia corda
Per gentes humilis stravit pavor: ille flagranti 15
Aut * Atho, aut Rhodopen, aut alta Ceraunia telo
Deicit. ingeminant Austri, & densissimus imber:
Nunc nemora ingenti vento, nunc litora plangunt.
Hoc metuens, caeli menses & sydera serua:
Frigida Saturni sese quò stella receptet, 20
Quos ignis caeli Cyllenius erret in orbes.
In primis venerare deos, atq; annua magna
Sacra refer Cereri, letis operatus in herbis,
Extremae sub * casu hyemis, iam vere sereno.
Tunc agni pingues, & tunc mollissima vina: 25
Tunc somni dulces, densq; in montibus umbra.
Cuncta tibi Cererem pubes agrestis adoret.
Cū tū lacte sanos, & miti dilue Baccho:
Terq; novas circum felix eat hostia fruges:
Omnis quam chorus & socij comitentur ouantes,*

Et

Et Cerevem clamore vocent in tecta: neq; ante
 Falcem maturis quisquam supponat aristis,
 Quam Cereri torta redimitus tempora quercu
 Det motus incompósitos, & carmina dicat.

quercu, s. quã
 frugibus mu-
 tauit Cares.
 62, 1

5 Atque hæc ut certis possimus discere signis,
 Aestusquẽ, pluuiaq; & agentes frigora ventos:
 Ipse pater statuit quid menstrua Luna moneret:
 Quo signo caderent Austri * quod sepe videntes
 Agricolaẽ, propriis stabulis armenta tenerent.

moneret, 15.
 * quod

10 Continuo ventis surgentibus, aut freta ponti
 Incipiunt agitata tumescere, & aridus altis
 Montibus audiri fragor: aut resonantia longẽ
 Littora misceri, & nemorum increbrescere murmur.
 Jam sibi tum curuis malẽ temperat vnda carinis,

f. p. sicut
 æquora pon-
 ti.

Enphonia.

Quando non
 sit tutum na-
 uigare.

15 Cum medio celes reuolant ex equore mergi,
 Clamoremq; ferunt ad littora: cumq; marinae
 In sicco ludunt fulicẽ: notasq; paludes
 Deserit, atq; altam supra volat ardea nubem.

288, 11. Ardea
 Veneti Ai-
 ron.

* umbram
 Hypotyposis.

20 Præcípites cælo labi: noctisq; per * umbras
 Flammarum longos à tergo albescere tractus:
 Sepe leuem paleam, & frondes volitare caducas:
 Aut summa nantes in aqua colludere plumas.
 At Boreę de parte trucidis cum fulminat, & cum

Varia pluuia
 veturæ argu-
 menta.

25 Euriquẽ, Zephyriq; tonat domus: omnia plenis
 Rura natant fossis, atq; omnis nauita pomò
 Humida vela legit, nunquam imprudentibus imber
 Obsuit: aut illum surgentem vallibus imis
 Aerię fugere grues: aut bucula cælum
 Suspiciens, patulis captauit naribus auras:

183, 10.

Imp. vide
 Ind. in dictio-
 ne infracta.

*Aut arguta lacus circumuolitant birundo,
 Et veterem in limo ranae cecinere querelam.
 Sepius & tectis penetralibus extulit oua,
 Angustum formica terens iter: & bibit ingens
 Arcus: & è pastu decedens agmine magno
 Cornuorum increpuit densis exercitus alis.
 Iam varias pelagi volucres, & quae Asia circum
 Dulcibus in stagnis rimantur prata Caystri,
 Certatim largos humeris infundere rores,
 Nunc caput obiectare fretis, nunc currere in undas, 10
 Et studio in cassum videas gestire lauandi.
 Tum cornix plena pluuiam vocat improba voce,
 Et sola in sicca secum spatiat arena.
 Nec nocturna quidem carpentes pensa puellae
 Nesciuerunt hyemem: testa cum ardente viderent 15
 Scintillare oleum, & putres concrefcere fungos.
 Nec minus ex imbri soles & aperta serena
 Prospicere, & certis poteris cognoscere signis.
 Nam neq; cum stellis acies obtusa * videtur,
 Nec fratris radijs obnoxia surgere Luna: 20
 Tenui à nec lanae per caelum vellera ferri.
 Non tepidum ad solem pennas in littore pandunt
 Dilectae Thetidi Halcyones: non ore solutos
 Immundi meminere sues iactare maniplos.
 At nebulae magis ima petunt, campoq; recumbunt. 25
 Solis & occasum seruans, de culmine jummo
 Ne quicquam seros exercet noctua cantus.
 Apparet liquido sublimis in aëre Nisus,
 Et pro purpureo pœnas dat Scylla capillo.
 Quacunq; illa leuem fugiens secat æthera pennis,
 Ec-*

Rhodig. lib.
 12, cap. 29.
 Veneti Ar-
 combe, quasi
 Arcobello:
 ob colorum
 varietatem.

Pl. pl. Allite-
 ritio.

Voc. voc. syl-
 labarum al-
 Infio.

Sigmatisimos
 sicut 242, 18.
 271, 24

Signa sereni-
 tatis.

43, 5
 * videri,
 Gell. lib. 7.

cap. 19.
 Proceleusma-
 ticus.

291, 22.

45, 3.

- Ecce inimicus atrox magno stridore per auras
 Insequitur Nisus: quæ se fert Nisus ad auras,
 Illa leuem fugiens raptim secat ætherea pennis.* 44, 30.
Tum liquidas corui presso ter gutture voces
 5 *Aut quater ingeminant, & sæpe cubilibus altis
 Nescio qua præter solitum dulcedine læti,
 Inter se folijs strepitant: iuuat imbribus actis
 Progeniem paruum, dulcesq; reuisere nidos.* 88, 30.
Haud equidem credo, quia sit diuinitus illis
 10 *Ingenium, aut RERVM fato prudentia maior.
 Verùm ubi tempestas, & cæli mobilis humor
 Mutauere vias: & Iuppiter humidus austris
 Denset, erant quæ rara modo, & quæ densa, relaxat:
 Vertuntur species animorum, & * pectora motus* * pectore
 15 *Nunc alios, alios dum nubila ventus agebat,
 Concipiunt hinc ille auium concentus in agris,
 Et lætæ pecudes, & ouantes gutture corui.
 Si verò solem ad rapidum, lunasq; sequentes
 Ordine respicies, nunquam te crastina fallat* 40, 20.
 20 *Hora, * nec insidijs noctis capiere serenæ.
 Luna reuertentes cùm primùm colligit ignes,
 Si nigrum obscuro comprehenderit * aëra cornu,
 Maximus agricolis pelagoq; parabitur imber.* * aere.
At si virgineum suffuderit ore ruborem, 167, 26.
 25 *Ventus erit: vento semper rubet aurea Phœbe,
 Sin ortu in quarto (nanq; is certissimus autor)
 Pura, nec obtusis per cælum cornibus ibit:
 Tutus & ille dies, & qui nascentur ab illo,
 Exactum ad mensem, pluuia ventisq; carebunt:
 Votaq; seruati soluent in littore nautæ*

Versus est
 Parthenij,
 quo grāmati-
 co in Græcis
 Virg. vsus est:
 Τλαύτη και
 Νηρηϊ και ει-
 ναλιω Μελι
 κέρτη.
 Vide Gel. lib.
 23, c. 25. Mac.
 lib. 5. cap. 17.
 Charif. lib. 1.
 Prob. Institu.
 arti. Pont. in
 Act.
 Iteratur 108,
 21. & 343, 3.
 75. 30.
 Quam habēt
 codices Ro-
 mani.
 De occasu.

Glāucō, jēt Pānōj pē.ē, ēi tīnōjō Mēlē jērtā.
 Sol quoq; & exoriens, & cum se condet in vndas,

Signa dabit: Solem certissima signa * sequuntur,
 Et quæ manē refert, & quæ surgentibus astris.

Ille ubi nascentem maculis variauerit ortum
 Conditus in nubem, medioque refugerit orbē:

Suspecti tibi sint imbres. nanq; vrget ab alto
 Arboribus, satisq; Notus, pecorique sinister.

Aut vbi lucem densa inter nubila sese
 Diuersi erumpent radij: aut vbi pallida surget

Titboni croceum linquens aurora cubile.

Heu malè tum mites defendet pampinus vuas:

* Tam multa in tectis crepitans salit horrida grando.

Hoc etiam, emenso cum iam decedet Olympo,

Profuerit meminisse magis. nam sepe videmus,

Ipsius in vultu varios errare colores.

Cæruleus pluuiam denuntiat, igneus Euros.

Sin maculae incipient rutilo immiscerier igni,

Omnia tunc pariter vento nimbisq; videbis

Feruere: non illa quisquam me nocte per altum

Fre, neq; a terra moneat conuellere funem.

At si, cum referetq; diem, condetq; relatum,

Lucidus orbis erit: frustra terrebere nimbis,

Et claro sylvas cernes Aquilone moueri.

Deniq; quid vesper serus vehat, vnde serenas

Ventus agat nubes, quid* cogitet humidus Auster:

Sol tibi signa dabit. Solem quis dicere falsum

Audeat? ille etiam cecos instare tumultus

Sæpe monet, fraudemq; & operata tumescere bella.

Ille etiam extincto miseratus Casare Romam,

Nescis, quid
 vesper serus
 vehat: titulus
 lib. Var.
 * cogit & hu.
 Bpitheton.
 Excurret i lo-
 cū cōem: de-
 plozat. n. tem-
 porum cala-
 mitatē, queri-
 turq; & arde-

Cum

Cum caput obscura nitidum ferrugine textit,
Impiaq; eternam timuerunt secula noctem.

re oia bello,
& apperuisse
certa belli si-
gna.

Tempore quanquam illo tellus quoq; & æquora pōi,
Obsceniq; canes, importunaq; volucres

5 Signa dabant, quoties Cyclopum efferuere in agros
Uidimus undantem ruptis fornacibus Aetnam,
Flammarumq; globos, liquefactaq; voluere saxa?
Armorum sonitum toto Germania cælo

183, 12.

Audiit: insolitis tremuerunt motibus Alpes,

Hyperbole.

10 Vox quoque per lucos vulgò exaudita silentes
Ingens: & simulacra modis pallentia miris
Visa sub obscurum noctis: pecudesq; locuta:
(Infandum) sistunt amnes, terraq; debiscunt:
Et mæstum illacrymat templis ebur, graq; sudant.

Syncopa.

15 Proluit insano contorquens vertice sylvas
Fluuiorum Rxe Eridanus, camposq; per omnēs
Cum stabulis armenta tulit, nec tempore eodem
Tristibus aut extris fibra apparere minaces,
Aut puteis manare cruor cessauit: & alta

Versus ἀπίστω
λοι: quia inci-
pit a breui.
est enim Ana-
pæstus.

20 Per noctem resonare lupis ululantibus vrbes.
Non altàs cælo ceciderunt plura sereno
Fulgura, nec diri toties arsere Cometa.
Ergo inter sese paribus concurrere telis
Romanas acies iterum videre Philippi:

363, 15. De co-
mete placido lege Cal-
phurniū Bu-
colicōn Eclo.
1. Poetica am-
plificatio.

25 Nec fuit indignum superis, bis sanguine nostro
Emathiam & latos Aemi pinguescere campos.
Scilicet & tempus ueniet, cum finibus illis
Agricola, incuruo terram malitus aratro,
Exesa inueniet scabra rubigine pila:
Aut grauibus rastris galeas pulsabit inanes.

Gran-

Votum.

2.22.

* Hinc. alij
Nunc.*Grandiaq; effossis mirabitur ossa sepulchris.**Dij patrij indigetes, & Romule, Vestaq; mater,**Qua Tuscum Tiberim, & Romana palatia seruas :*** Hunc saltem euerso iuuenem succurrere seculo**Ne prohibete, satis iam pridem sanguine nostro*

Querimonia

3.2.9.

*Laomedontea luimus periuria Troiae.**Iam pridem nobis caeli te regia Caesar**Inuidet, atq; hominum que vitur curare triumphos :**Quippe ubi fas versu, atq; nefas : tot bella per orbem,**Tam multae scelerum facies : non vllus aratro**Dignus honos : squallent abductis arua colonis :**Et curuae rigidum falces conflantur in ense.*

Prouerbialis

verficulus de

his qui non au

diunt Comp.

a Quadrigis.

Addit in spa

tia nota locu

tionem.

quaquam alij

legunt, Addit

se in spatia,

*Hinc mouet Euphrates, illinc Germania bellum :**Vicina ruptis inter se legibus vrbes.**Arma ferunt : seuit toto Mars impius orbe.**Vt cum carceribus sese effudere quadrigae,**Addunt * in spatia ; & frustra retinacula tendens,**Fertur equis auriga, neq; audit currus habenas.*HERENNII MODESTINI 20
I. C. IN SECVNDVM

GEORGICORVM.

ARGVMENTVM. 25


* Ille

* locis

H Atenus aruorum cultus, & sydera caeli;
*Papineas canit * inde comas, collesq; virētis,*
*Descriptasq; * loci vites, & dona Lyaei,*
Atq; oleae ramos pomorum ex ordine lectos.

P. V.

P. V. M. GEORGIC Ω N Interfatio.
LIBER SECVNDVS.

5  *Actenus aruorum cultus, & sydera cæ-
li:*
*Nunc te Bacche canam, nec non syluestria
tecum.*

Propositio.

Inuocatio.

*Virgulta, & prolem tardè crescentis oliuæ.
Huc pater ó Lenæ (tuis hîc omnia plena
10 Muneribus: tibi * pampineo grauidus autumnno
Floret ager: spumat plenis vindemia labris)
Huc pater ó Lenæ veni: nudataq; musto
* Tinguè nouo mecum direptis crura cothurnis.
Principio arboribus varia est natura creandis.*

* purpureo
Spondiacus
versus.
Anadiplosis
hemistichij.
* Tinge
Narratio.
quàm variè
nascantur ar-
bores.

15 *Namq; aliq nullis hominum cogentibus, ipse
Sponte sua veniunt, camposq; & flumina latè
Curua tenent, vt molle siler, lentæque * genista,
'Populus, & glauca canentia fronde salicta.
Pars autem posito surgunt de semine: vt alta
20 Castaneæ, nemorumq; Ioui quæ maxima frondet
Aesculus, atque habitæ Graijs oracula quercus:
Pullulat ab radice alijs densissima sylua:
Ut cerasis, vlmisque: etiam * Parnasia laurus
Parua sub ingenti marris se subijcit vmbra.*

* genestæ, 63,
19. Col. salicis
genistæ, & a-
rundinis mē-
tionem cōiun-
git.

36. 13.

* Parnassia.

10. 5.

25 *Hos natura modos primùm dedit: his genus omne
Syluarum, fructicumq; viret, nemorumq; sacrorum.
Sunt alijs, quos ipse via sibi reperit vsus.
Hic plantas tenero abscindens de corpore matrum
Deposuit sulcis: hic stirpes obruit aruo,
* Quadrifidasque sudes, & acuto robore vallos.*

Homzopto-
ton.
Vfus.
matr. Col. vir-
gā cūm inter-
dum a matre
deponere vo-
les.
* Quadrifidas

D Sylua-

In propagine
veteres poetæ
p p soliti ge
minare, cum
primam pro-
ducerent.
Complosio li
terarū, & syl-
labarum.
Anadiplosis.

*Sylvarumque aliæ pressos prōpaginis arcus
Expectant, & viua sua plantaria terra,
Nil radicis egent aliæ: summumque putator
Haud dubitat terrę referens mandare cacumen.
Quin & caudicibus sectis (mirabile dictū)
Truditur è sicco radix oleagina ligno.
Et saepe alterius ramos impune videmus*

*Vertere in alterius: mutatamque insita mala
Ferre pyrum, & prunis lapidosa rubescere corna.*

*Quare agite ô proprios generatim discite cultus
Agricolæ, fructusque feros mollite colendo.*

*Neu signes iaceant terrę, iuuat Ismara Baccho
Consiuere, atque olea magnum vestire Taburnum.*

*Tuq; ades, inceptumque vnâ decurre laborem,
O decus, ô famę meritò pars maxima nostrę,*

*Mæcenas, pelagoq; volans da vela patenti.
Non ego cuncta meis amplecti versibus opto:*

*Non, mihi si linguę centum sint, oraque centum,
Ferre a vox ades, & primi lege littoris oram*

*In manibus terræ: non hęc te carmine ficto,
Atque per ambages & longa exorsa tenebo.*

*Sponte sua quę se tollunt in luminis auras,
Infœcunda quidem, sed læta & fortia surgunt.*

*Quippe solo natura subest. tamen hæc quoq; si quis
Inserat, aut scrobibus mandet mutata subactis,*

*Exuerint syluestrem animum: cultuque frequenti
In quascunq; voces artes, haud tarda sequentur.*

*Nec non & sterilis quę stirpibus exit ab imis,
Hoc faciet, vacuos si sit digesta per agros:*

Nunc altę frondes & rami matris opacant:

Crescen-

Adhortatio.
Inuocat post
Bacchum Mę
cenatę, sicut
priori lib. Au
gustum.

Allegoria.

Anaphora.

Iteratur 264,

75. Locus au-

tem Hom. est

Ilia, d. b. versu

489. s. d. s. i. p. o. s.

& c. 222. 15.

Prima pars

distinctionis,

qua naturam

arborum spõ

re nascentiũ

persequitur.

Quod hic se-

cundo loco

exequitur, su

pria tertium

genus fecit.

49, 25, 27.

voles

3

10

15

20

25

Crescentiq; adimunt fœtus, vruntq; ferentem.

* Nam, quę seminibus iactis se sustulit arbos,

Tarda venit, seris factura nepotibus vmbra:

Pomaq; degenerant succos oblita priores:

§ Et turpis auibus prædam fert vna racemos.

SCILICET omnibus est labor impendendus: et omnes

Cogenda in sulcum, ac multa mercede domanda.

Sed truncis olea melius, præpagine vites

Respondent, solido Paphiæ de robore myrtus.

10 Plantis * & dura coryli nascuntur, & ingens

Fraxinus, Herculeæque arbor vmbrosa coronæ,

Chaonijque patris glandes: etiam ardua palma

Nascitur, & casus abies visura marinos.

Inferitur verò ex fortu nucis arbutus horrida:

15 Et steriles platani * malos gessere valentes,

Castaneæ * fagos: ornusq; incanuit albo

Flore pyri: glandemque sues fregere sub vlmis.

Nec modus inferere atq; oculos imponere simplex.

Nam quâ se medio trudent de cortice gemmæ,

20 Et tennes rumpunt tunicas, angustus in ipso

Fit nodo sinus: huc aliena ex arbore germen

Includunt, vdoque docent inolescere libro.

Aut rursus enodes trunci rescantur, & altè

Finditur in solidum cuneis via; deinde feraces

25 Plantę immittuntur: nec longum tempus, & ingens

Exiit ad cælum ramis fœlicibus arbor,

Miraturq; novas frondes, & non sua poma.

Præterea genus haud vnum nec fortibus vlmis,

Nec salici, lotoque, nec fœcis cyparissis.

Nec pingues vnâ in faciem nascuntur oliuæ,

* Iam.

27, 1.

Theophr. de
nat. plât. l. 11.
Vua, i. vitis.

Propago pro
product.

* e dura sicut
egelo d. flu-
mine, 323, r.
ut legit fet-
uius. 31, 21.
Abies Hyper-
meter.

De insitione.

* ramos Seru.
* fagus: vt re-
gatur ab inca-
nuit.

Insitionis, &
inoculationis
modi varij.

Inferere pro
inferendi.

Inoculatio
quomodo.

Insitationem
describit.

Varias esse

spedes in lin-
gulis generi-
bus Oleatum

genera enu-
merat Macr.

S21. 3. c. 20.

* Orchites,
Alcinoi hor-
tos primus
nobilitavit
Hom. Odyss.
lib. 8.
Vitium gene-
rā habes apud
Macrob. loco
proximè cita-
to.

* Orchades, & radū, et āmara pausia bacca:
Pomaq; , & Alcinoi syluē : nec surculus idem
Crustumis, Syriisque pyris, grauibusq; volemis.
Non eadem arboribus pendet vindemia nostris,
Quam Methymnēo carpit de palmitē Lesbos.

5

Sunt Thasię vites, sunt & Marcotides albę :
Pinguibus hęc terris habiles, leuioribus illę.
Et passo Pſythia vtilior, tenuisque Lageos,
Tentatura pedes olim, vindicturaque linguam :

Purpureę, Precięque, & quę te carmine dicam

10

* nec * adeo.

Rhetica : * ne cellis * ideo contende Falernis.

Sunt * & āmineę vites, firmissima vina.

* etiam am-
mineę.

Tmolus & assurgit quibus, & rex ipse Phanaeus,
Argitisque minor : cui non certauerit vlla,
Aut tantum fluere, aut totidem durare per annos.

15

* diis & men-
fis.

Non ego te, * mensis & diis accepta secundis,
Transferim Rhodia, & tumidis Bumaſte racemis.

Sed neque quā multę species, nec nomina quę sint,
Est numerus, neq; enim numero comprehendere refert.

Quem qui scire velit, Libyci velit equoris idem

20

Discere quā multę Zephyro turbentur arenę:
Aut vbi nauigijs violentior incidit Eurus,
Nosse quot Ionij veniant ad littora fluctus.

NEC verò terre ferre omnes omnia possunt.

Terrę omnes
omnia non fe-
runt.

Fluminibus salices, crassisque paludibus alni,

25

Nascuntur ſteriles saxosis montibus orni :

Terrę ferre
oēs omnia
nota, quā
deleſtabiliter
alludunt.

Littora myrtotis lætiſſima : deniq; * apertos

Bacchus amat colles, Aquilonem & frigora taxi.

aspice & extremis domitum cultoribus orbem,

* pricos.

Eoasq; domos Arabum, pictosq; Gelonos :

Diuisę

Diuise arboribus patria: sola India nigrum
 Fert ebum: solis est thurea virga Sabæis.
 Quid tibi odorato referam sudantia ligno,
 Balsamaq; & baccas semper frondentis acanthi?
 5 Quid nemora Aethiopum molli canentia lana?
 Velleraq; ut folijs depectant tēnū a Seres?
 Aut quos Oceano propior gerit India lucos,
 Extremi sinus orbis? ubi aëra vincere summum
 Arboris haud vlla iactu potuere sagittæ:
 10 Et gens illa quidem sumptis non tarda pharetris.
 Media fert tristes succos, tardumq; saporem
 Felicis mali, quo non presentius vllum
 (Pocula si quando saua infecere nouerca,
 Miscueruntq; herbas, & non innoxia verba)
 15 Auxilium venit, ac membris agit atra venena.
 Ipsa ingens arbor, faciemq; simillima lauro:
 Et, si non alium latè iactaret odorem,
 Laurus * erat: folia haud vllis labentia ventis:
 Flos apprimè tenax animas, & olentia Medi
 20 Ora fouent illo, & senibus medicantur anhelis.
 Sed neq; Medorum sylvæ, ditissima terra,
 Nec pulcher Ganges, atq; auro turbidus Hermus,
 Laudibus Italiae certent: non Bactra, neque Indii,
 Totaque thuriferis Panchaia pinguis arenis.
 25 Hæc loca non tauri spirantes naribus ignem
 Inuertere, satis immanis dentibus hydri:
 Nec galeis, densisq; virum seges horruit hastis:
 Sed grauidæ fruges, & Bacchi Massicus humor
 Implenerè tenent oleæque, armenta q; læta.
 Hinc bellator equus campo sese arduus infert:

Balsam in
 India.
 Acanth. vide
 Vitru. lib. 4.
 cap. 1.
 Proceleusma
 ticus.

Mali aurei,
 seu citrei de-
 scriptio, quod
 & Medicum,
 Persicumve,
 aut citroma-
 lum, vulgò
 Cedro, & Ci-
 tron. de quo
 Macr. Sat. lib.
 3. cap. 19. So-
 linus cap. 47.
 Opp. lib. de
 syluest. arb.
 & alij.
 * erit.

ITALIAE en-
 comium. le-
 gito Varr. rei
 rust. lib. 1. c. 2.
 Colum. lib. 4.
 cap. 8. Polyb.
 hist. 2. Hali-
 car. antiquit.
 1. Flor. Epit. 1
 Plin lib. 3. ca.
 10. & lib. 37,
 cap. vlt.
 41, 23. 60, 16.

Apostrophe. *Hinc alibi Clitumne greges, & maxima taurus*
 De Clitumno *Victima, sepe tuo perfusi flumine sacro,*
 amne plura *Romanos ad templa Desum duxere triumphos.*
 Plin. ep. lib. *Hic ver assiduum, atq; alienis mensibus æstas:*
 8. epist. 8. *Bis grande pecudes, bis pomis utilis * arbor.*
 * arbor, sed at *At * rabide tigres absunt, & seuæ leonum*
 bos defendit *Semina: nec miseros fallunt aconita legentes:*
 præcedentes *Nec rapit immensos orbis per humum, neque tanto*
 8. dictiones *Squammeus in spiram tractu se colligit anguis.*
 in s. definen- *Addetot egregias vrbes, operumq; laborem:*
 tes. *Tot congesta manu præruptis oppida saxis:*
 * rapide *Pluminaq; antiquos subter labentia muros.*
 Anguis. *An mare, quod supra, memorem, quodq; alluit infra?*

Mare superũ. *An ne lacus tantos? te Lari maxime, teq;*
 Mare inferũ. *Fluctibus & fremitu assurgens Benace marino?*
 Lacus Italia *An memorem portus? Lucrinoq; addita claustra?*
 in Indic. in- *Atq; indignatum magnis stridoribus æquor?*
 morauimus. *Julia quæ ponto longè sonat vnda refluxo,*
 Antipolis. *Tyrrhenusq; fretis immittitur æstus Auernis?*
 Ser. *Hæc eadem argenti riuos, arisq; metalla*
 Iulius exclu- *Ostendit venis: atq; auro plurima fluxit.*
 sit mare, soli- *Hæc genus acre virum, Marsos, pubemq; Sabellam,*
 tũ irrumperẽ *Assuetumq; malo Ligurem, Volcosq; verutos*
 in Lucrinũ *Extulit: hæc Decios, Marios, magnosq; Camillos,*
 lacum, facto *Scipiadas duos bello, & te maxime Cesar,*
 aggere: de *Qui nunc extremis Asiæ iam victor in oris*
 quo vide Sue *Imbellem auertis Romanis arcibus Indum.*
 ionium. *Salue magna parens frugum, Saturnia tellus,*

Scip. adi Ind. *Magna virum. tibi res antiquæ laudis & artis*
 Apostrophe *Ingredior, sanctos ausus recludere fontis:*
 ad Augustũ. *Ascræ,*

- Ascraeumq; cano Romana per oppida carmen.*
Nunc locus aruorum ingenijs: quæ robora cuiq;
Quis color, & quæ sit rebus natura ferendiss.
Difficiles primum terræ, collesq; maligni,
 § *Tenuis ubi argilla, & dumosis calculus aruis:*
Palladia gaudent sylua viuacis oliuæ.
Indicio est tractu surgens oleaster eodem
Plurimus, & strati baccis syluæ stribus agri.
At quæ pinguis humus, dulciq; vligine lata,
 10 *Quiq; frequens herbis, & fertilis vberè campus:*
(Qualem sepe caua montis conualle solemus
Despicere: huc summis liquuntur rupibus amnes,
Felicemq; trahunt limum) quiq; editus Austro,
Et silicem curuis inuisam pascit aratris:
 15 *Hic tibi præqualidas olim, multoq; fluentes*
Sufficiet Baccho vites: hic fertilis vna,
Hic laticis, qualem pateris libamus & auro;
Inflavit cum pinguis ebur Tyrrhenus ad aras,
Lancibus & pandis fumantia reddimus exta.
 20 *Sin armenta magis studium, vitulosq; tueri,*
*Aut * fœtus ouium, aut vrentis culta capellas:*
Saltus, & saturi petito longinqua Tarenti,
Et qualem infelix amisit Mantua campum,
Pascentem niueos herbofo flumine cycnos.
 25 *Non liquidi gregibus fontes, non gramina desunt:*
Et quantum longis carpent armenta diebus,
Exigua tantum gelidus ros nocte reponet.
Nigra ferè, & presso pinguis sub vomere terra,
Et cui putre solum (nanq; hoc imitamur arando)
Optima frumentis. non vlllo ex æquore cernes

Terrarum &
 foli discrimi-
 na.
 Proceleusma-
 ticus, vel scan-
 des Tenuis u.
 de quo plura
 in Indice.

Pinguis hu-
 mus vitibus
 utilis.
 Similitudo.

Rac. metony-
 mia.
 Hendiadis, i.
 pateris au-
 reis.
 Terra armen-
 tis, & gregi-
 bus utilis
 vbi.
 * ouium fœtus,
 & abiicitur
 us, vt 441, 25.
 Pascula Man-
 tuana probat

Nigra, & pu-
 tris optima
 frumentis.
 Et cui dacty-
 lus. Probus.

*deiecit: sed
deuexit tue-
tur versus 23,
pag. 62.
Nonalia.

Plura domum tardis decedere plaustra iuuenis.

Aut vnde iratus syluam * deuexit arator,

Et nemora euertit multos ignaua per annos,

Antiquasque domos auium cum stirpibus imis

Eruit: illę altum midis petiere relictis:

At rudis enituit impulso vomere campus.

Nam ieiuna quidem cliuosi glareæ ruris

Vix humiles apibus casias, roremq; ministrat:

Et tophus scaber, & nigris exesa chelydris

Creta, negant alios æquę serpentibus agros

Dulcem ferre cibum, & curuas præbere latebras.

Quę tenuem exhalat nebulam fumosq; volucres,

Et bibit humorem; & cum vult, ex se ipsa remittit:

Quęq; suo viridi semper se gramine vestit:

Nec scabie, & salsa lædit rubigine ferrum:

Illæ tibi lætis intextet vitibus vltimos:

Illæ ferax oleę est, illam experiere colendo

Et facilem pecori, & patientem vomeris vinci.

Talem diues arat Capua, & vicina Vesuo

Ora iugo, & vacuis Clanius non æquus Aceris.

Nunc, quo quanq; modo possis cognoscere, dicam.

Rara sit, an supra morem si densa requiras:

Alterq; frumentis quoniam fauet, altera Baccho:

Densa magis Cereri, rarissima quæque Lygo:

Ante locum capies oculis, al teque * iubebis

In solido puteum demitti, omnemq; repones

Rursus humum, & pedibus summas equabis arenas.

Si deerunt, rarum, pecorique & vitibus almis

Aptius vber erit: sin in sua posse negabunt

Fre loca, & scrobibus superabit terra repletis;

Spissus

Rorem mari
num ex Plin.

19.

Ea est opti-
ma, quæ sepe
ex se exhalat
nebulam.

Anaphora.

Ves. iug. adi
Ind.
Similitudo.
Gell. lib. 7. c.
20.

Densa.
* videbis
alm. Epithe-
ton.

Sic deprehen-
das dęsam, si
effosam ter-
ram rursus in
eundem locũ
regeras: & si

5

10

15

20

25

Spissus ager: glebas cunctantes, crassaq; terga
 * Expecta, & validis terram proscinde iuencis.

Salsa autem tellus, & qua perhibetur amara,
 Frugibus infelix, (ea nec mansuescit arando,

5 Nec Baccho genus, aut pomis sua nomina seruat)

Tale dabit specimen: tu spisso vimine qualos,
 Colaq; praelorum fumosis deripe tectis.

Huc ager ille malus, dulcesq; a fontibus vnde
 Ad plenum calcentur: aqua eluctabitur omnis

10 Scilicet, & grandes ibunt per vimina guttae.

At sapor indicium faciet manifestus, & ora
 Tristia tentantum sensu torquebit * amaror.

Pinguis item que sit tellus, hoc deniq; pacto
 Discimus. haud unquam manib. iactata fatiscit,

15 Sed picis in morem ad digitos lentescit habendo.

Humida maiores herbas alit, ipsaq; iusto
 Latior. ha nimum ne sit mihi fertilis illa,

* Neu se preualidam primis ostendat aristis.

Que grauis est, ipso tacitam se pondere prodit:

20 Queq; leuis. promptum est oculis prediscere nigram,

Et * quisquis color: at sceleratum exquirere frigus

Difficile est. piceq; tantum, taxiq; nocentes
 Interdum, aut edere pandunt vestigia nigre.

His animaduersis, terram multo ante memento

25 Excoquere, & magnos scrobibus * concidere montes:

Ante supinatas Aquiloni ostendere glebas,

Quam letum infodias vitis genus. optima putri

Arua solo id venti curant, gelidaq; pruinae,

Et labefacta mouens robustus iugera fossor.

At si quos haud vlla viros vigilantia fugit,

superat, den-
 sa est, sin non
 implet fos-
 sam, est rara.
 * exerce,
 Salla.

* Seru. &
 Gel.li. r. c. 25.
 alij amaro.

* Neo.

* quis cuiq;
 remoto at. sa-
 lij quis cui co-
 lor: at.

Scrobes facie
 da, & verten-
 dum solum.
 * circundare.

Hypallage.
 Alliteratio, &
 syllabarum
 allusio.

An-

36, 25.

Antè locum similem exquirunt, ubi prima parietur
Arboribus seges, & quò mox digesta feratur:

* Mutatam
Pal. 1. 2. c. 13.
Translatè ar-
borea.

* Mutata ignorent subito ne semina matrem,

Quin etiam cœli regionem in cortice signant:

Ut quo quaq; a modo steterit, qua parte colores
Australinos tulerit, qua terga obuerterit axi,
Resituât. ADEO* in teneris consuescere multum est.

γνώμη.

* à teneris.

Collibus an plano melius sit ponere vites,

An in colle
magis con-
ducat, vel in
plano.

Quare prius. si pinguis agros metabere campi,

Densa sere: in denso non segnior vberè Bacchus.

Sin tumultis acclive solum, collesq; supinos,

Arbores in
quib. nuces i
feri solutas do-
cet Varro lib.
1, cap. 7.
Cōp. à legio-
ne.

Indulge ordinibus: nec secius omnis in unguem

Arboribus positis secto via limite quadret.

Ut sæpe ingenti bello cum longa cohorte

Explicuit legio, & campo stetit agmen aperto,

Directaq; acies: ac latè fluctuat omnis

re re complo-
dunt.

Aere* renidenti tellus: necdum horrida miscent

* renidenti.

Pralia, sed dubius medijs Mars errat in armis:

Renidere est
propriū æris
politi.

Omnia sint paribus numeris dimensa viarum.

Non animum modò vti pascat prospectus inanem,

Sed quia non aliter vires dabit omnibus æquas

Terra, neque in vacuum poterunt se extendere rami.

Forſitan &, scrobibus quæ sint fastigia, quæras.

Scrobes vitium
non admodū
profundæ, ar-
borū profun-
dæ sint.

Ausim vel tenui vitem committere sulco.

Alius at penitus terræ defigitur arbor:

Aesculus in primis, quæ quantum vertice ad auras

Aethereas, tantum radice in Tartara tendit.

Aesculus.

Ergo non hyemes illam, non flabra, neq; imbres

Conuellunt: immota manet, multosq; * per annos

204, 2.

* nepotes.

Multa virum volvens durando secula vincit.

Allucratio.

Tum

Tum fortes latè ramos & brachia tendens
Huc illuc, media ipsa ingentem sustinet umbram.

Nè ve tibi ad solem vergant vineta cadentem:

Nè ve inter vites corylum sere: nè ve flagella

5 Summa pete, aut * summam de fringe ex arbore plātas:

(Tantus amor terræ) neu ferro lade retuso

Semina: nè ve oleæ sylvestres insere truncos.

Nam saepe incautis pastoribus excidit ignis,

Qui furtim pingui primum sub cortice tectus

10 Robora comprehendit, frondesq; elapsus in altas

Ingentem cælo sonitum dedit: inde secutus

Per ramos victor, perq; alta cacumina regnat,

Et totum inuoluit flammis nemus, & ruit atram

Ad cælum picea crassus caligine nubem:

15 Presertim si tempestas à vertice syluis

Incubuit, glomeratq; ferens incendia ventus.

Hoc ubi, non à stirpe valent, cessq; reuerti

Possunt, atque ima similes reuirescere terra:

Infelix superat folijs oleaster amaris.

20 Nec tibi tam prudens quisquam persuadeat auctor,

Tellurem Borea rigidam spirante * mouere.

Rura gelu tum claudu hyems, nec semine iacto

Concretam patitur radicem affigere terre.

Optima vinetis satio est, cum vere rubenti

25 Candida venit auis longis inuisa colubris:

Prima vel autumnu sub frigora, cum rapidus sol

Nondum hyemem contingit equis, iam præterit estas,

Ver adeò frondi nemorum, ver vtile syluis:

Vere tument terræ, & genitalia semina poscunt.

Tum pater omnipotens sæcundis imbris æther

Non vergant
ad occidentē.

* summa

Non ex sum-
mis arborib.
defringendæ
plantæ.

Non inseren-
dus oleaster
oleæ.

Vide 369, 7.
incēdium de
industria à pa-
store concita-
tum.

Sic 369, 12, &
quanties flam-
mas.

443, 22.

* moueri.

Non fodien-
dum aut arā-
dum spirante
Borea

Vere ferendæ
vites, aut au-
tumno.

Ciconiæ peri-
phrasis.

Veris descri-
ptio per amæ-
nissimam di-
gressionem.

Cleanthes, &
Anaximenes
æthera dicunt
esse summū

Con-

Deum: cui opinioni poeta hic assensit Firm. lib. de falsa Relig. 1. cap. 5. Ven. metonymia. alm. Epitheton. *germina ex Cælo.

Poetici excursus.

* prima
* Terra legit Firm. lib. de Orig. error. Ferrea omnino placet, ex ver. 27. pa. 53. * armis. Hesiodus. *ἦν γὰρ δὴ καὶ νόσισι σισή- 7609.* Hypermetrū. Anastrophe. Fimū iniiciendum vitibus. Tmesis.

Fodiendum singulis mensibus, & herbæ extirpanda.

Coniugis in gremium læta descendit, & omnes
Magnus alit, magno commistus corpore, fœtus.

Avia tum resonant aëibus virgulta canoris:

Et Venerem certis repetunt armenta diebus.

Parturit almus ager: Zephyriq; tepentibus aëris

Laxant arua sinus: superat tener omnibus humor:

Inq; novos soles audent se * gramina iuto

Credere: nec metuit surgentes pampinus Austros,

Aut actum cælo magnis Aquilonibus imbrem:

Sed trudit gemmas, & frondes explicat omnes.

Non alios prima crescentis origine mundi

Illuxisse dies, aliumve habuisse tenorem

Crediderim: ver illud erat, ver magnus agebat

Orbis, & bybernis parcebant flatibus Euri:

Cum * primum lucem pecudes hausere, virumq;

* Ferrea progenies duris caput extulit * aruis:

Immissæq; feræ sylvis, & sydera cælo.

Nec res hunc teneræ possent perferre laborem,

Si non tanta quies iret frigusq; calorēq;

Inter, & exciperet cæli indulgentia terras.

Quod superest, quæcūq; premes virgulta per agros,

Sparge fimo pingui, & multa memor occule terra:

Aut lapidem bibulū, aut squallentis infode conchas.

Inter enim labentur aquæ, tenuisque subibit

Halitus, atq; animos tollent sat a. iamq; reperti,

Qui saxo super, atq; ingentis pondere testa

Urgerent: hoc effusos munimen ad imbres:

Hoc, ubi biulca siti findit Canis, æstifer arua.

Seminibus positis superest deducere terram

Sæpius ad capita, & duros iactare bidentes;

Aut

Aut presso exercere solum sub vomere, & ipsa
 Fletere luctantes inter vinea iuuenos:
 Tum leues calamos, & rasę hastilia virgę,
 Fraxineasq; aptare sudas, furcasq; bicornes:
 5 Viribus eniti quarum, & contemnere ventos
 Assuescant, summasque sequi tabulata per vltimos.
 Ac dum prima nouis adolescit frondibus etas,
 Parcendum teneris: & dum se letus ad auras
 Palmes agit laxis per purum immissus habenis,
 10 Ipsa * acie falcis nondum tentanda, sed vncis
 Carpendę manibus frondes, interq; legendę.
 Inde vbi iam validis amplexę stirpibus vltimos
 Exierint; tunc stringe comas, tunc brachia tonde:
 Antę reformidant ferrum: tunc denique dura
 15 Exerce imperia, & ramos compesce * fluentes
 Texendę sepes etiam, & pecus omne * tenendũ * est:
 Precipue dum frons tenera, imprudensque laborum;
 Cui, super indignas hyemes, solemq; potentem,
 Syluestres vri assidue capreaque sequaces
 20 Illudunt: pascuntur oues, auideque iuuenca.
 Frigora nec tantum cana concreta pruina,
 Aut grauis incumbens scopulis arentibus * etas,
 Quantum illi nocuere greges, duriq; venenum
 Dentis, & admorso signata in stirpe cicatrix.
 25 Non aliam ob culpam Baccho caper omnibus aris
 Ceditur, & veteres ineunt proscenia ludi:
 Premiaq; * ingentes pagos & compita circum
 Theseide posuere: atque inter pocula lati
 Mollibus in pratis vnctos saliere per vtres.
 Nec non Ausonij Troia gens missa coloni

40. 8. Pedam
 nibus suble-
 uandę tene-
 re vites.

* acies
 Pampinatio-
 ne vtendum.

423. 5.

* valentis.
 * tuendum
 * est alij ab-
 radunt.
 Frons.

c c literarum
 allusio, & a
 vocalis 4 vo-
 ces terminan-
 tis.
 * æstus,

Caper Bac-
 cho immola-
 tur.
 * ingeniis
 Anastrophę.
 80. 10.

Deductiij
 ciues.

Verfibus

45, 4.

*Versibus incomptis ludunt, risuq; soluto:**Oraq; corticibus sumunt horrenda cauatis.*

66, 24.

Macr. Sat. 1. c.

7.

*Et te Bacche vocant per carmina leta, tibi que**Oscilla ex alta suspendunt mollia pinu.**Hinc omnis largo pubescit vinea fœtu:**Complentur vallesq; cauæ, saltusq; profundi:** suos* hono
res.*Et quocunq; Deus circum caput egit honestum.*Ex observa-
tione sacrifi-
cantium Macr.*Ergo rite * suum Baccho dicemus * honorem**Carminibus patrijs, lancesq; & liba feremus:*

Sat. 3. c. 5.

*Et ductus cornu stabit sacer hircus ad aram:**torquebim⁹
De fodiendis
vincis.*Pinguiq; in veribus * torrebimus exta columnis.**Est etiam ille labor curandis vitibus alter,**Cui nunquã exhausti satis est. namq; omne quotannis**Terq; quaterq; solum scindendum: glebaq; versis*Alliteratio-
nes *εναυτὸς*.*Aeternum frangenda bidentibus: omne leuandum.*At iam, non-
nulli. Ac iam.*Fronde nemus. redit agricolis labor actus in orbem,**Atque in se sua per vestigia voluitur annus.*Post vinde-
miam sequi-
tur putatio.** Et iam olim seras posuit cum vinea frondes,**Frigidus & syluis Aquilo decussit honorem:**Fam tum acer curas venientem extendit in annum**Rusticus: & curuo Saturni dente relictam**Persequitur vitem attondens, fingitq; putando.**Primus humum fodito, primus deuecta cremato**Sarmenta, & vallos primus sub tecta referto:**Postremus merito, bis vitibus ingruit umbra.**Bis segetem densis obducunt sentibus herbe.**Durns vterq; labor. LAVDATO ingentia rura:**Exiguum colito. nec non etiam aspera rusci**Uimina per syluam, & ripis fluminalis arundo**Ceditur: incultiq; exercet cura salicti.*Deuecta, 56, a
Bis pampinã-
dum.Colum. lib. 1.
c. 3. hanc fen-
tentiam expen-
dit.

Fam

Iam vincula vitæ, & salcem arbuta reponunt:

Iam canit extremos effectus vinitor antes:

Sollicitanda tamen tellus, pulvisque mouendus,

Et iam maturis metuendus suppetet vis,

5 Contra, non vlla est oleis cultura: neque ille

Procuruam expectant salcem, rastroq; tenaces,

Cum semel haeserunt aruis, auyasq; tulerunt.

Ipsa satis tellus, cum dentē recluditur vincto,

Sufficit humorem, & grauidas cum vomere fruges.

10 Hoc pinguem & placitam paci nutritor oliuam.

Poma quoq; ut primū truncos sensere valentes,

Et vires habuere suas; ad sydera raptim

Vi propria nituntur, * opis hand indiga nostræ.

Nec minus interea factus nemus omne grauescit,

15 Sanguineisque inculta rubent auararia baccis.

Tondentur cytisi: tedas sylua alta ministrat.

Pascuntur ignes nocturni, * & lumina fundunt.

Et dubitant homines serere, atq; impendere curam?

Quid maiora sequar? salices, humilesq; genista,

20 Aut illæ pecori frondem, aut pastoribus * vmbra

Sufficiunt, sepēque satis, & pabula melli:

Et iuuat vndantem buxo spectare Cytorum,

* Nariciaeque picis lucos: iuuat arua videre,

Non rastro hominum, non vlli obnoxia curæ.

25 Ipse Caucaseo steriles in vertice syluæ,

Quas animosi Euri assiduè franguntq; feruntque,

Dant alios aliæ factus: dant vtile lignum.

Nauigis pinos, domibus * cedrosque, cupressosque,

Hinc radios triuere rotis, hinc tympana plaustri

Agricolæ, & pandas raibus posuere carinas.

Viminibus

Syllabarū af-
lusio pericū
da, quam au-
get vtiq; ad
lonās anadi-
plosis aduer-
bij tam.

Oliuæ cultu-
ra.

Dē oleæ cul-
tu. Vā. lib.

1. c. 24. Colū.
1. 3. c. 18. Plin.

lib. 15. locis
plurimis.

Alliteratio.
Nutritor.

Poma.

ra syllabarū
complosio.

mulcet aures,
* opitque.

De arbutis,
& fructicib.

16. 14.
* ac

10. 29. 276. 4.

* vmbra.

* Nariciaq;

44. 29. Gell.
lib 7. c. 17.

Alie arbores.

Vnde pinus

nauica pro

nauigio.

* cedrumq;

- Alliteratio. *Viminibus salices fecundae; fœditibus vltimi:*
At mirtus validis hastibus, & bona bello
- * curuantur. *Cornus: Jygeos taxi * torquentur in arcus.*
- Nec nō tripli-
 catum. *Nec tilia leues, aut torno rasile buxum,*
Non formam accipiunt, ferroq; canantur acuto:
Nec non & torrentem vndam leuis innatat alnus
- * alueo duab.
 syllabis, per
 fynizetim. *Missa Pado: nec non & apes examina condunt*
*Corticibusque canis vitioseque ilicis * aluo.*
Quid memorandum equè Baccheia dona tulerunt?
Bacchus & ad culpam causas dedit: ille furens 10
*Centauros leto domuit, * Rhætumq; Pholumque,*
Et magno Hyleum Lapiubis cratere minantem.
- * Rhœcum
 Propositio
 Rustica uita
 laud. de qb.
 Cato in præ-
 fat. de re rust.
 Varr. rei rust.
 lib. 1. ca. 2.
 Colum. in p-
 fat. & lib. 1. ca.
 1. Pli. hist. lib.
 18. a princi-
 pio, capitibus
 aliquot Pl. lu-
 nior in ep. M.
 T. C. de Iene.
 Hor. lib. Epo.
 Ode 2. epi. li.
 1. ep. 10. & 13,
 & 17.
 Ho. Ody. 6. &
 7. & vlt. Hefio-
 dus πρὸ τῶν
 ἐργῶν, τὰ ἤμας
 πᾶν.
 10 24.
 Iustitiam He-
 nod. longo
 siomine *O fortunatos nimium, sua si bona norint,*
ACRICOLAS: quibus ipsa, procul discordibus armis
Fundit humo facilem victum iustissima tellus. 15
Si non ingentem foribus domus alta superbis
Manè salutantem totis vomit edibus vndam,
Nec varios inbiant pulchra testudine postes,
Illusasque auro vestes, Ephyreiaque ara:
Alba nec Assyrio fucatur lana veneno: 20
Nec castia liquidi corrumpitur usus oliui:
At securus quæ es, & nescia fallere vita,
Diues opum variarum: at latis ocia fundis,
Speluncæ, viniq; lacus: at frigida tempe,
Mugitusq; bouum, mollesque sub arbore somni 25
Non absunt: illic saltus ac lustra ferarum,
Et patiens operum paruoq; assueta iuuentus:
Sacra Deum, sanctiq; patres: extrema per illos
Iustitia excedens terris vestigiæ fecit.
Me verò primum dulces ante omnia Muse,

Quarum sacra fero, ingenti percussus amore,
 Accipiant, celsipias & sidera monstrent,
 Defectus Solis varios, Lunæque labores:
 Unde tremor terris: qua vi maria alta tumescant
 Obicibus ruptis, rursusque in se ipsa residant:
 Quid tantum Oceano properent se tingere Soles
 Hyberni, vel qua tardis mora noctibus obstet.
 Sin, has ne possim naturæ accedere partem,
 Frigidus obsiterit circum præcordia sanguis:
 Rura mihi, & rigui placeant in vallibus amnes:
 Flumina, amem sylvasque inglorius, ò, ubi campi,
 Sperchiusque, & virginibus bacchata Lacanis
 Taygeta: ò qui me gelidis in vallibus Hæmi
 Sistat, & ingenti ramorum protegat umbra.
 Felix, qui potuit rerum cognoscere causas:
 Atque metus omnis, & inexorabile fatum
 Subiecit pedibus, strepitumque; Acherontis auari.
 Fortunatus & ille, Deos qui nouit agrestes,
 Panaque, Sylvanumque; senem, Nymphasque; sorores,
 Illum non populi fascēs, non purpura regum
 Flexit, & insidos agitans discordia fratres,
 Aut conjurato descendens Dacus ab Æstro:
 Non res Romana, perituraque; regna, neque; ille
 Aut doluit miserans inopem, aut inuidit habenti.
 Quos rami fructus, quos ipsa volentia rura
 Sponte tulere sua, carpsit: nec ferrea iura,
 Insanum * que forum, aut populi tabularia vidit.
 Sollicitant alij remis freta cæca, ruuntque
 In ferrum: penetrant aulas & limina regum:
 Hic petit excidijs urbem, miserisque penates,

decantat: de
 qua & Aratus
 in 2^o libro
 135. 28.
 Alliteratio.

Habentur am
 bo pag. 136. 1.

Ineluctabile,
 313. 25.

Urbis incom-
 moda.

* ve 136. 2.

- Sarrana vio-
la purpurea.
Col. vulgus
Pauonazze.
Parenthesis.
65, 21. Catull.
Perfudere ma-
nus fraterno
sanguine fra-
tres.
- Idē feriè 47.
28.
61, 16.
- 33, 9.
- 36, 12.
- * dulces pen-
dent.
36, 12.
- 10, 27.
41, 13.
Ociū 118, 10.
135, 10. 282, 3.
279, 17.
62, 3. Allitera.
27 ω υ θ α ν τ η ς
* nudant
vet vit. allusio
notanda
Anaphora.
* que vna
a 69, 23.
- Vt gemma bibat, & Sarrano dormiat * ostro:
Condit opes alius, defossoque incubat auro:
Hic stupet attonitus rostris: hunc plausus hiantem
Per cuneos (geminatur enim plebisque, patrumque)
Corripuit: gaudent persufi sanguine fratrum:
Exilioque domos & dulcia limina mutant,
Atque alio patriam quærunt sub sole iacentem.
Agricola incuruo terram dimouit aratro:
Hinc anni labor: hinc patriam, paruosq; nepotes
Sustinet, hinc armenta bouum, meritosque iuuenas.
Nec requies, quin aut pomis exuberet annus,
Aut fœtu pecorum, aut Cerealis mergite culmi,
Prouentuque oneret sulcos, atque horrea vincat.
Venit hyems, teritur Sicyonia bacca trapetis:
Glande sues læti redeunt: dant arbuta syluæ:
Et varios ponit fœtus autumnus, & altè
Mitis in apricis coquitur vindemia saxis.
Interea * pendent dulces circum oscula nati:
Casta pudicitiam seruat domus: vbera vacca
Lactea demittunt: pinguesque in gramine læto
Inter se aduersis luctantur cornibus hædi.
Ipse dies agitat festos: fususque per herbam,
Ignis vbi in medio, & socij cratera coronant,
Te libans Lenæ vocat: pecorisque magistris
Velocis iaculi certamina ponit in vlmo:
Corporaque agresti * nudat prædura palestra.
Hanc olim veteres vitam coluere Sabini:
Hanc Remus, & frater: sic fortis Hetruria creuit:
Scilicet & rerum facta est pulcherrima Roma,
Septem * quæ vna sibi muro circumdedit arces.*

Ante etiam sceptrum Dictæi regis, & ante
 Impia quam cæsis gens est epulata iuencis:
 Aureus hanc vitam in terris Saturnus agebat.
 Nec dum etiam audierant inflari classica, nec dum
 5 Impositos duris crepitare incudibus enses.
 Sed nos immensum spatijs confecimus æquor:
 Et iam tempus * equum * fumantia solvere colla.

35, 19. Epana-
 lepsis.
 10, 24. 270. 22
 112, 1. Epana-
 lepsis.
 48, 12.
 Præcisio.
 Allegoricæ
 id est carmen
 * quom.
 * spumantia

HERENNII MODESTINI I. C.
 in III. Georgicorum Argumentum.

10 Teq; Pales, * & te pastor memorande per orbem, * & pastorum
 Et pecorum cultus, & gramine pascua læta,
 * Quis habitent armæta locis, & stabulentur & agni, * quem
 Omnia diuino monstrauit carmine vates.

18, 9.

15 P. V. M. GEORGICON
 LIBER TERTIVS.



20 E quoq; magna Pales, & te me-
 morande canemus
 Pastor ab Amphryso: vos sylua,
 amnesq; Lycæi.
 Cætera quæ vacuas tenuissent * car-
 mina mentes,

καλ' ἰξολὸν
 montē Arca-
 diæ posuit; 31,
 29, 65. 11.
 * carmine
 Ecbasis.
 * dirum.
 Gell. li. 2. c. 7.
 POETA de
 se.
 Alliteratio &
 syllabarū an-
 nominatio.

25 Omnia iam vulgata. Quis aut Eurysthea * durum,
 Aut illaudati nescit Busiridis aras?
 Cui non dictus Hylas puer, & Latonia Delos?
 Hippodameque? humeroque Pelos insignis eburno,
 Acer equis? tentanda via est, qua me quoq; possim
 Tollere humo, victorq; virum volitare per ora.

E 2 Primus

- 12, 11. Gell. li. *Primus ego in patriam mecum (modò vita superstit)*
 1. c. 22. Lucr. *Aonio rediens deducam vertice Musas:*
 emulatur. *Primus Idumæas referam tibi Mantua palmas:*
Et viridi in campo templum de marmore ponam.
 39, 16. *Propter aquam, tardis ingens ubi flexibus errat* 5
Mincius, & tenera præterit arundine ripas.
In medio mihi Caesar erit, templumq; tenebit.
 * Illic ** Illi victor ego, & Tyrio conspectus in ostro,*
Centum quadri iugos agitabo ad flumina currus.
Cuncta mihi, Alpheum liquens lucosq; Molorchi, 10
*Cursibus & * crudo * decernet Græcia cæstu.*
 * duro
 * decertet
 239, 16. *Ipsè caput tonsæ folijs ornatus oliuæ*
 c & r incul- *Dona feram, iam nunc solennes dicere pompas*
 catum actifi- *Ad delubra iuuat, cæsosque videre iuuenços:*
 ciosè. *Vel scena ut versis discedat frontibus, utque* 15
 Βερραυοί. *Purpurea intexti tollant aulea Britanni.*
In foribus pugnam ex auro solidoque elephanto
 244, 10. *Gangaridum faciam, victorisque arma Quirini:*
Atque hîc undantem bello, magnumq; fluentem
Nilum, ac navali surgentes ære columnas. 20
Addam vrbes Asiæ domitas, pulsumq; Niphatem,
Fidentemq; fuga Parthum, versisque sagittis:
 271, 17. *Et duo rapta manu diuerso ex hoste trophæa,*
Bisque triumphatas utroque ab littore gentes. 25
Stabunt & Parij lapides, spirantia signa,
Assaraci proles, demissæque ab Ione gentis
Nomina, Trosq; parens, & Troiæ Cynthius author,
Inuidia infelix furias, amnemq; seuerum
 * orbes. *Cocytî metuet, tortosque Ixionis * angues,*
Immanemque rotam, & non exuperabile saxum.
 Interea

Γ, Γ, Γ, literarum allusio, 354, 17.

- Interea Dryadum sylvas, saltusq; sequamur
 Intactos, tua Mæneas haud mollia iussa.
 Te sine nil altum mens inchoat. en age segnes
 Rumpe moras. vocat ingenti clamore Ciibaron,
 5 Taygetiq; canes, domitrixq; Epidaurus equorum:
 Et vox assensu nemorum ingeminat a remugit.
 Mox tamen ardentes accingar dicere pugnas
 Caesaris, & nomen fama tot ferre per annos,
 Tithoni prima quot abest ab origine Caesar.
 10 Seu quis Olympiæ miratus præmia palmæ,
 Pascit equos, seu quis fortes ad aratra iuencos,
 Corpora præcipuè matrum legat. Optima toruæ
 Forma bouis, cui turpe caput, cui plurima ceruix,
 Et crurum tenuis à mento palearia pendent.
 15 Tum longo nullus lateri modus: omnia magna:
 Pes etiam, & camuris hirtæ sub cornibus aures.
 Nec mihi displiceat maculis insignis, & albo:
 Aut iuga detrectans, interdumq; aspera cornu,
 Et faciem tauro proprior, que que ardua tota,
 20 Et gradiens ima verrit vestigia cauda.
 Aetas Lucinam iustosque pati Hymenæos
 Desinit ante decem, post quatuor incipit annos:
 Cætera nec fœturæ habilis, nec fortis aratris.
 Interea, superat gregibus dum læta iuventus,
 25 Solue mares, mitte in Venerem pecuaria primus:
 Atque aliam ex alia generando suffice prolem.
 Optima queque dies miseris mortalibus cui
 Prima fugit, subeunt morbi, tristisque senectus:
 Et labor, & duræ rapit inclementia mortis.
 Semper erunt, quarum mutari corpora * malis.

Echo.

Λεγετὰ ἀλλοῖα
 πρὸς Πινδαρί.
 De bobns.
 Varro lib. 2. c.
 5. Colum lib.
 7. cap. 1. cuius
 verba cum
 sententia poe
 tæ concor
 dant.
 Pallad. lib. 4,
 cap. 11. Plin.
 lib. 8. cap. 45.
 5, 17.

Syllabarū an
 nominatio.
 Tempus ido
 neum partui.
 Non euitavit
 homœoteleu
 ton; nam po
 tuisset dicere
 aratro.

Sententia.

* malis.

- enim p itaq; Charilius. *Semper enim refice: ac, ne post amissa requiras,*
 * Ante veni: * Anteueni: & sobolem armento sortire quotannis.
 De equis. *Necnon & pecori est idem delectus equino.*
 * statues. *Tu modò, quos in spem * statuis submittere gentis,*
 Nemesianus *Præcipuum iam inde à teneris impende laborem.* 5
 Cynegeticon *Continuò pecoris generosi pullus in aruis*
 lib. hunc lo- *Altius ingreditur, & mollia crura reponit:*
 cum æmula *Primus & ire viam, & fluuios tentare minaces*
 tur. *Audet, & ignoto sese committere * ponti:*
 *ponto. *Nec vanos horret strepitus. Illi ardua ceruix.* 10
 Equi forma. *Argutumque caput, breuis aluus, obesaq; terga,*
 Senit. Quin. *Luxuriatque toris animosum pectus honesti*
 hæc paræthesi *Spadices, glaucique; color deterrimus albis,*
 includenda. *Et giluo. tum, si qua sonum procul arma dedere,*
 De coloribus *Stare loco nescit: micat auribus, & tremit artus,* 15
 equorum. *Collectumque * preuens voluit sub naribus ignem.*
 Gell. l. 2. c. 26. *Densa iuba, & dextro iactata recumbit in armo:*
 & lib. 3, c. 9. *At duplex agitur per lumbos spina: cauatq;*
 * fremens *Tellurem, & solido grauiter sonat vngula cornu.*
 76, 7. *Talis Amyclæi domitus Pollucis habenis* 20
 Icon. *Cyllarus, & quorum Graij meminere poëtæ,*
 Icon. *Martis equi bî iuges, & magni currus Achyllis,*
Talis & ipse iubam ceruice effundit equina
 Onomatope- *Coniugis aduentu pernix Saturnus, & altum*
 ia. Admissa- *Pelion hinnitu fugiens impleuit acuto.* 25
 rius. *Hunc quoq;, vbi aut morbo grauis. aut iã segnior an-*
 sce se complo *Deficit, abde domo, nec turpi ignosce senectæ. (nis.*
 fio, cui adso- *Frigidus in Venerem senior, frustra que laborem*
 nant vocal es *Ingratum trahit, & si quando ad prælia ventum est,*
 eadẽ sequen *Ut quondam in stipulis magnus sine viribus ignis,*
 tes. *Incas-*
 Compar ab *Incas-*
 igne.

Incaſſum furit. ergo animos æuūmq; notabis
 Præcipuè. hinc alias artes, prolemq; parentum:
 Et quis cuique dolor victo, quæ gloria palma.
 Nonne vides? cùm præcipiti * certamine campum
 5 Corripuere, ruuntq; effuſi carcere curruſ,
 Cùm ſpes arrectæ iuuenum, exultantiaq; haurit
 Corda pauor pulſans: illi inſtant verberè torto,
 Et proni dant lora: volat vi feruidus axis:
 Iamq; humiles, iamq; elati ſublimè videntur
 10 Aëra pex vacuum ferri, atq; * aſſurgere in auras.
 Nec mora, nec requies: at fuluæ nimbus arenæ
 Tollitur: humeſcunt ſpumis flatuq; ſequentum.
 Tantus amor laudum, tantæ eſt victoria curæ.
 Primus Erichthonius curruſ, & quatuor auſus
 15 Iungere equoſ, * rapidiſq; rotis inſiſtere victor.
 Frena Pelethronij Lapithæ, gyroſq; dedere
 Impoſiti dorſo: atque equitem docuere ſub armis
 Inſultare ſolo, & greſſuſ glomerare ſuperboſ.
 Aequuſ vterq; labôr: æquè iuuenemque magiſtri
 20 Exquirunt, calidumque animiſ, & curſibuſ acrem:
 Quæ uis ſepe fuga verſoſ ille egerit hoſteſ,
 Et patriam Epæirum referat, forteſque Mycenæſ,
 Neptuniq; ipſa deducat origine * gentem.
 Hiſ animaduerſiſ, inſtant ſub tempuſ, & omneſ
 25 Impendunt curæſ denſo diſtendere pingui,
 Quem legere ducem, & pecori dixere maritum:
 * Florenteſque ſecant herbaſ, fluuiioſq; miniſtrant,
 Farræque, ne blando nequeant ſuperſſe labori,
 Inualidique patrum referant ieiunia nati:
 Ipſa autem macie tenuant arma volenteſ:

Equi gloria cupidi.

Quomodo deprehendatur animoſitas.

* conamine Iteratur 218, 16.

Ecbafiſ ornâ di loci cauſa. Rurſuſ 218, 9 u literæ alluſio.

Odyſſ. 6. πα-εάωι δ, &c.

Alii exurgere, & alij inſurgere. Il. 23.

1^η ΧΥΙα, &c.

Ma. Sat. l. 5. c.

13. 56, 6. 93, 29. Firm. li. 3. cap. 8.

* rapiduſ Equitem: vi-

de Gell. li. 18. cap. 5. quem

locum Macr. in Sat. 6. tran-

ſtulit 62, 27. 33, 13. Epiſt^o

vulgò Alba-

nia,

* nomen De faginâdiſ admiſſarijſ.

Col. l. 1, c. 25.

* Pubenteſ Gel. l. 1, c. 22.

bl. l. petiphraſiſ eſt coituſ.

De] equabuſ.

Frōd. & font.
interuallo al
Iudunt.

Descriptio
meridiei ru-
stica.

Periphrasis.
Trāslatio ad
euitandā ob-
scœnitatem.
Sul. obliquet.
inert. meta-
phora.

Quomodo
sint grauidæ
curandæ.

Colum. lib. 7

cap. 25.

Pallad. lib. 4

cap. 13.

Asilus Plin.

& Fabanus,

vulgo Tauan.

Oestrum idē

Pli. nominat

apem, quādi-
o rem in extri-

mis fauis na-
scentem quæ

ceteras fugat

Est œst. comp-
plodunt.

Hypexbole.

Instat, i. stimu-
lar, vnde no-
men.

Inō excludit.
* deducitur

De vitulorū
cura.

Colum. lib. 7

c. 22, 23, 24.

Varr. l. 2. c. 5.

Atque vbi concubitus primos iam nota voluptas
Sollicitat, frondesq; negant, & fontibus arcent:

Sape etiam cursu quatiunt, & sole fatigant,
Cum grauiter tunsis gemit arca frugibus, & cūm

Surgentem ad Zephyrum palea iactantur inanes.

Hoc faciunt, nimio ne luxu obtusior vsus
Sit genitali aruo, & sulcos obliquet inertes:

Sed rapiat sitiens Venerem, interiusq; recondat.
Rursus, cura patrum cadere, & succedere matrum

Incipit, exactis grauidæ cūm mensibus errant.

Non illas grauibus quisquam iuga ducere plaustis,
Non saltu superare viam sit passus, & acri

Carpere prata fuga, fluuiosq; innare rapaces.
Saltibus in vacuis pascant, & plena secundum

Flumina: muscus vbi, & viridissima gramine ripa,
Speluncaeq; tegant, & saxea procubet umbra.

Est lucos Silari circa, illicibusq; virentem
Plurimus Alburnum volitans, cui nomen asilo

Romanum est; æstron Graij vertere vocantes:

Asper, acerba sonans, quo tota exterrita syluis
Diffugiunt armenta: furit mugitibus æther

Cōcūssūs, sylvæq; et siccū ripā Tūnāgrī.
Hoc quondam monstro horribiles exerceuit iras

Inachie fūno pestem meditata iuuenca.

Hunc quoque (nam medijs feruoribus acrior instat)

Arcebis grauido pecorī, armenta que pascas
Solerecens orto, aut noctem ducentibus astris.

Post partum, cura in vitulos * traducitur omnis:
Continuoque notas, & nomina gentis inurunt:
Et quos aut pecori malint submittere habendo,

* sacros.

Aut aris seruare * sacris, aut scindere terram,
Et campum horrentem fractis inuertere glebis.
Cetera pascuntur virides armenta per herbas.

Tu quos ad studium, atq; vsum formabis agrestem,

5 Jam vitulos hortare, viamq; insiste domandi,
Dum faciles animi iuuenum, dum mobilis etas.

At primum laxos tenui de vimine circlos
Cervici subnecte: dehinc, vbi libera colla
Seruitio assueverint, ipsis * è torquibus aptos

10 Iunge pares, & coge gradum conferre iuencos.

Atq; illis iam sepe rota ducantur inanes
Per terram, & summo vestigia puluere signent.
Post valido nitens sub pondere saginus axis
Instrepat, & * iunctos temo trahat areus orbes.

15 Interea pubi indomita non gramina tantum,
Nec veseas salicum frondes, vluamq; palustrem,
Sed frumenta manu carpes sata, nec tibi seta
More patrum niuea implebunt * mulctralia vacca:

20 Sin ad bella magis studium, turmasq; feroces,
Aut Alpheæ rotis prælabi flumina Pisa,
Et Iouis in luco currus agitare volantes:
Primus equi labor est, animos atque arma videre

Bellantium, lituosq; pati, tractuq; gementem
25 Ferre rotam, * stabulo frenos audire sonantes.
Tum magis atq; magis blandis gaudere magistri
Laudibus, & plausæ sonitum cervicis amare.
Atq; hæc iam primo depulsus ab ubere matris
Audiat: inq; vicem det mollibus ora capistris
Inualidus, etiamq; tremens, * etiam inscius æui.

Domadi mo-
dus, Colum.
lib. 7. cap. 2
Pallad. lib. 4.
cap. 12
Alij legunt
de torquibus
aliqui & tor-
quibus.

* vincos, &
orbes.

* mulgaria,
aut mulctra-
ria.

De equis.
§, 20

Varro lib. 2,
cap. 7

* stabilis
147, §. & 426,
§. 78, 19

2, 1. 9, 17. 19,
15.
* & iam. Cha-
rifiis iã pio
etiam nuntio.

At,

* acceperit
etas.

At, tribus exactis, ubi quarta accesserit æstas,

Carpere mox gyrum incipiat, gradibusq; sonare

Compositis, sinuetq; alterna volumina crurum,

Sitq; laboranti similis: tum cursibus auras

ac p aper. syl-
labarū anno-
minatio.

Prouocet; ac per aperta volans, ceu liber habenis,

Homericā cō-
paratio.

Æquora, vix summa vestigia ponat arena.

Qualis Hyperboreis Aquilo cum densus ab oris

Incubuit, Scythiaq; hyemes, atq; arida differt

Nubila: tum segetes altæ, campiq; natantes

Lenibus horrescunt flabris, summæq; sonorem

* longè

Dant syluæ, * longiq; vrgent ad littora fluctus.

Ille volat, simul arua fuga, simul æquora verrens.

* Hinc & ad

* Hic vel ad Elei metas, & maxima campi

m, m, literarū
allusio, & no-
ta l. sepius in-
culcatum.

Sudabit spatia, & spumas aget ore cruentas;

Belgica vel molli melius feret esseda collo.

Tum demum crassa magnum farragine corpus

Crescere iam domitis sinito. nanq; ante domandum

Ingentes tollent animos: prensiq; negabunt

Verbera lenta pati, & duris parere lupatis.

* seruat.

Sed non vlla magis vires industria * firmat,

Quàm Venerem, & cæci stimulos auertere amoris:

Siue boum, siue est cui gratior vsus equorum.

Atq; ideo tauros procul, atque in sola relegant

Pascua, post montem oppositū, & trans flumina lata:

Aut intus clausos satura ad præsepia seruant.

Vid. dū videt.

Carpit enim vires paulatim, vritq; videndo

* neq; 21, 19.
Alliteratio.

Fœmina: nec nemorū patitur meminisse, * nec herba.

Alliteratio.

Dulcibus illa quidem illecēbris, & sepe superbos

Spondei tres
moram secu-

Cornibus inter se subigit decernere amantes.

re pascētis iu

Pascitur in magna sylua formosa iuuenca:

- Illi alternantes multa vi prælia miscent
 Vulneribus crebris: lauit ater corpora sanguis:
 Versaq; in obnixos vrgentur cornua vasto
 Cum gemitu: reboant syluæq; , & magnus Olympus.
 5 Nec mos bellantes vna stabulare: sed alter
 Victus abit, longeq; ignotis exulat oris,
 Multa gemens, ignominiam, plagasq; superbi
 Victoris, tum quos amisit inultus amores:
 Et stabula aspectans regnis excessit auitis.
 10 Ergo omni cura vires exercet, & inter
 Dura iacet * pernox instrato saxa cubili,
 Frondibus hirsutis & carice pastus acuta;
 Et tentat sese, atq; irasci in cornua discit,
 Arboris obnixus trunco: ventosq; laceffit
 15 Ictibus, & sparsa ad pugnam proludit arena,
 Post, vbi collectum robur, viresq; receptæ,
 Signa mouet, præcepisq; oblitum fertur in hostem,
 Fluctus * vt in medio cæpit cum albescere ponto,
 Longius, ex altoq; sinum trahit: utq; volutus
 20 Ad terras, immane sonat per saxa, nec ipso
 Monte minor procumbit: at ima exæstuat vnda
 Vorticibus, nigramq; altè * subiectat arenam.
 Omne adeò genus in terris hominumq; ferarumq; ,
 Et genus equoreum, pecudes, piæq; volucres,
 25 In furias ignemq; ruunt: amor omnibus idem.
 Tempore non alio catulorum oblita legna
 Sæuior errauit campis, nec funera vulgò
 Tam multa informes vrsi, * stragemq; dedere.
 Per syluam tum seæus aper, tum pessima tigris:
 Heu malè tum Libyæ solis * erratur in agris.

uenæ equat,
 Videnturque
 homœoteleu
 ta per a voca
 lem, ad eius
 formã simul
 ac versum ex
 hilarandum,
 summo iudi
 cio addita.
 Pathos à cau
 sa.

* pernix.

Isti duo ver
 sus leguntur
 etiam pag.
 421, v. 21.

* vti medio
 Compar. à
 fluctu, quæ ha
 betur quoq;
 pag. 407, 17.
 im. immani
 ter.

114, 21.
 * subiectat
 Amoris vis.
 Hypermeter.

Vrsi informes.
 * stragemque
 dedere p syl
 uam 46, 12.
 * veriatat.

Non-

Alliteratio.
Hypallage.

*Nōne vides, vt tota tremor pertentet equorum
Corpora, si tantū notas odor attulit auras?*

*Ac neq; eos iam frena virūm, nec verbera sēna,
Non scopuli, rupesq; caua, atq; obiecta retardant*

* correptosq;
De suibus.

*Flumina, * correptos vnda torquentia montes.*

* pedibus su-
bigit.

*Ipse ruit, dentesq; Sabellicus exacuit sus:
Et * pede profubigit terram, fricat arbore costas,*

* humerosq;
Homines.

*Atq; hinc atque illinc * humeros ad vulnera durat.*

*Quid iuuenis, magnum cui versat in ossibus ignem
Durus amor? nempe abruptis turbata procellis*

Dictiones 10.
bisyllabevno
monosyllabo
interiecto.
Lynces.

Cæca nocte natar serus freta: quem super ingens

Lupi.

Porta tonat cæli, & scopulis illisa reclamant

Canes.

Aequora: nec miseri possunt reuocare parentes,

Cerui.

*Nec moritura super crudeli funere virgo.
Quid lynces Bacchi varia, & genus acre luporum,*

Equarum in-
signis furor.
citatur à Co-
lum. l. 7. c. 25.
Ven. Metony-
mia.

Atq; canum? quid quæ imbelles dant prælia cerui?

m literæ allu-
sio.

Scilicet ante omnes furor est insignis equarum,

Equas conci-
pere sine ma-
ribus, qui par-
tus durat so-
lumtrienniu.
Vide Pl. l. 4.
cap. 21. & lib.
8. cap. 42.

Et mentem Venus ipsa dedit, quo tempore Glauci

21451094.

Potniades malis membra absumpsere quadrige.

Spondaicus
versus.

Illas ducit amor trans Gargara, transque sonantem

Ascanium: superant montes, & flumina tranant:

Continuoq; avidis vbi subdita flamma medullis,

(Vere magis: quia vere calor redit ossibus) illæ

Ore omnes versæ in Zephyrum, stant rupibus altis,

Exceptantque leuis auras, & saepe sine vllis

Coniugijs vento grauidæ (mirabile dictu)

Saxa per, & scopulos, & depressas cōnuales

Diffugiunt, non Eure tuos, neque Solis ad ortus:

In Boream, Caurumq; aut vnde nigerrimus Auster

Nascitur, & pluuio contristat frigore cælum.

Hinc

- * Hinc demum Hippomanes, vero quod nomine dicunt * Hic
 Pastores, lentum * distillat ab inguine virus :
 Hippomanes, quod saepe male legere non erca ,
 * Mifcueruntque herbas, & non innoxia verba.
 5 Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus,
 Singula dum capti circumuectamur amore.
 Hoc satis armentis : superat pars altera curæ,
 Lanigeros agitare greges, hirtasque capellas.
 * Hic labor : hinc laudem fortes sperate coloni.
 10 Nec sum animi dubius, verbis ea vincere, magnum
 Quam sit, & angustis hunc addere rebus honorem.
 Sed me Parnassi deserta per ardua dulcis
 Raptat amor : iuuat ipse iugis, quæ nulla priorum
 Castaliam molli diuertitur orbita cliuo.
 15 Nunc veneranda Pales, magno nunc ore sonandum.
 Incipiens, stabulis edico in mollibus herbam
 Carpere oueis, dum mox frondosa reducitur æstas :
 Et multa duram stipula silicumq; maniplis
 Sternere subter humum : glacies ne frigida lædat
 20 Molle pecus, scabiemq; ferat, turpesque podagras.
 Post hinc digressus, iubeo frondentia capris
 Arbute sufficere, & fluios prabere recentis.
 Et stabula à ventis hyberno opponere soli
 Ad medium conuersa diem, cum frigidus olim
 25 iam cadit, extremoque irrorat aquarius anno.
 * Hæ quoque non cura nobis leuiore * tuendæ :
 Nec minor usus erit, quamuis Milesia magno
 Vellera mutantur, Tyrios incocta * rubores.
 Densior hinc soboles, hinc largi copia lactis
 * Quam magis exhausto spumauerit vberibus multæ,
 Læta

* distillat
 Hippomanes
 de quo & Ari
 sto. de nat. a
 nimal. li. 6. ca.
 22.

49.3. Interfa
 tio.

De minorib
 pecudibus.

* Hinc
 Locum, quæ
 a Lucretio ac
 cepit, meliore
 fecit. eundem
 imitatur Ne
 misianus, sed
 quidæ infeli
 cius, in Cyne
 giticis.

In Lucretio: Et
 tu sancta Pa
 les, &c
 De ouibus cu
 randis.

De capris.

* Hæc
 * tuenda :
 * colores quæ
 * colores quæ
 magis postu
 lat iuauitas al
 literatio
 syllaba
 * Quo nis
 rum.
 magis

*Vbera
270. 19. Inc.
pcana, Cha-
rius.
Tōdet pro tō
dentur, Prisc.
105.3.

Leta magis pressis manabunt * flumina mammis.

Nec minus interea barbas, incanaq; menta

Cinyphij tondent hirci, setasq; comant^{eris}

Usum in castrorum, & miseris velamina nautis.

Pascuntur vero sylvas, & summa Lycæi,

Horrent^{erisq;} rubos, & amantes ardua dumos.

Atq; ipsæ memores redeunt in tecta: suosque

Ducunt, & grauido superant vix vbera limen.

Ergo omni studio glaciem, ventosq; niuales,

Quo minus est illis curæ mortalis egestas,

Auertes: victumq; feres, & virgea letus

Pabula: nec tota claudes fœnilia bruma.

At verò Zephyris cum leta vocantibus aestas,

In saltus vtrunq; gregem, atq; in pascua mittes:

Luciferi primo cum sydere frigida rura

Carpamus: dum mane nouum, dum gramina canent:

Et ros in tenera pecori gratissimus herba.

Inde, vbi quarta sitim cœli collegerit hora,

Et cantu querule rumpent arbuta cicadæ:

Ad puteos, aut alta greges ad stagna iubeto

Currentem dignis potare canalibus undam:

Aestibus at medijs vmbrosam exquirere vallem:

Sicubi magna louis antiquo robore quercus

Ingentes tendat ramos, aut sicubi nigrum

Ilicibus crebris sacra nemus accusset vmbra.

Tum tenues dare rursus aquas & pascere rursus

Solis ad occasum: cum frigidus aëra vesper

Temperat, & saltus reficit iam roscida Luna:

Littoraq; balcyonem resonant, & * acanthida dumi.

Quid tibi pastores Libyæ? quid pascua versu

Prose-

Quatuor cir-
ca oues seruā
da per æstatē,
pro quatuor
diuersis diei
horis.

Idem 22.3.

4.19.

Alliteratio.
Ilineas vna
plus syllaba
ab ilice pos-
sessiuū legi-
m^{us} apud Cat.
Quercus
tes ten cōplo
fio.
Ilex.
vesper.
Echo-
* atalanthi-
da.
Quæ alio no-
mine cardue-
lis a carduo

5

10

15

20

25

- Prosequar, & raris habitata mapalia tectis?
 Sape diem noctemq; , & totum ex ordine mensem
 Pascitur, itque pecus longa in deserta sine vllis
 Hospitijs : tantum campi iacent. omnia secum
 3 Armentarius Afer agit, tectumq; , lavemque,
 Arma, Amycleumq; canem, Cressamq; pharetram.
 Non secus ac patrijs acer Romanus in armis
 Iniusto sub fasce viam cum carpit, & * hosti
 Ante expectatum positus stat in * agmine castris.
 10 At non, quæ Scythia gentes, Meoticaq; vnda,
 Turbidus & torquens flauentes ster arenas :
 Quaq; * redit medium Rhodope porrecta sub axem. * radit
 Illic clausa tenent stabulis armenta, neque vlla
 Aut herbe campo apparent, aut arbore frondes:
 15 Sed iacet aggeribus niueis informis, & alio
 Terra gelu latè, septemq; assurgit in vlnas
 Semper hyems, semper spirantes frigora Cauri.
 Tum Sol pallentes haud vnquam discuit umbras :
 Nec cum inuectus equis altum petit ethera, nec cum
 20 Precipitem Oceani rubro lauit equore currum.
 Concresecunt subite currenti in flumine cruste,
 Undaque iam tergo ferratos sustinet orbes,
 Puppibus illa prius patulis, nunc hospita plaustris:
 Aeraque diffiliunt vulgò, vesteque rigescunt
 25 Indute : ceduntque securibus humida vna :
 Et totè solidam in glaciem vertère lacuna:
 Stiriaque impexis induruit horrida barbis.
 Interea toto non secius aère ningit:
 Intereunt pecudes : stant circumsusa prunis
 Corpora magna boum : * confertoq; agmine cerui

Torpent

dicitur : vulgo Gardello, & Gardellin. 76.25. a nota inculcatum. Polyfyndeton Comparat pastores Romano militi. a inculcatum. * hoitem. Apheresis, statid est, obstat. * ordine

18, 1.

Cauti.

Meridies. Epanalepsis. Occasus. Alliteratio ex intervallo. 397, 8. Epitheton Phyticu: Vini enim natura humida: etiã si Quin. ociofum velit, sicut dentibus albis. Anaphora syl labarum. Alij conferto: & alij conferto.

ca, ca, adsonat Torpent mole noua, & summis vix cornibus extant.
 ex iteruallo. Hos non immixtis canibus, non cassibus ullis,
 40; 6 Lege Nemescant. Puniceæve agitant pavidos formidine pennæ:
 Poeta Cyne- Sed frustra oppositum trudentis pectore montem,
 getica, & Rho dig 1.9. ca. 11. Comminus obruncant ferro; grauiorque rudentis 5
 1phi 66, 22.
 * q; addunt Cædunt, & magno læti clamore reportant.
 alij: vt sit hypermeter, q; ipsi in defossis specubus, secura sub alta
 syllaba ad caput sequentis Ocia agunt terra: congestaque robora, totas *
 versus reuocata colliditur. Aduoluere focis vltimos, igniq; dedere.
 12207d, siue Hic noctem ludo ducunt, & pocula læti 10
 τμῆσις, pro se Fermento atque acidis imitantur vitea sorbis.
 pcentiuui. Talis Hyperboreo Septem subiecta trioni
 Gens effrena virum Riphæo tunditur Euro:
 Et pecudum fuluis velantur corpora fetis.
 Lanicium. Si tibi lanicium curæ, primum aspera sylua, 15
 36, 17. Inculcatur. Lappæquæ, tribuliq; absint: fuge pabula læta.
 Continuoq; greges villis lege mollibus albos.
 Illum autem (quamuis aries sit candidus ipse)
 Reicule hinc Nigra subest vdo tantum cui lingua palato,
 oues dictæ. Reijce, ne maculis infuscet veller a pullis 20
 12, 17. Nascentum: plenoque alium circumspice campo.
 Munere sic niueo lanæ (si credere dignum est)
 Pas Deus Arcadiæ captam te Luna sefellit,
 In nemora alta vocans: nec tu aspernata vocantem.
 Lac. At cui lactis amor, cytisum, lotosque frequentes, 25
 Ipse manu salsasque ferat præsepibus herbas.
 Hinc & amant fluuios magis, et magis vbera tædunt:
 Et salis occultum referunt in lacte saporem.
 Multi iam excretos prohibent a matribus hædos,
 Primaq; ferratis præfigunt ora capistvis.
 Quod

Quod surgente die mulseret, horisque diurnis,
Nocte premunt: quod iam tenebris & sole cadente,
Sub lucem exportant calathis (adit oppida pastor)
Aut parco sale contingunt, hyemique reponunt.

5 Nec tibi cura canum fuerit postrema: sed vna
Veloces Sparte catulos, acremque Molossum
Pasce sero pingui, nunquam custodibus illis
Nocturnum stabulis furem, incursumque luporum,
Aut impacatos à tergo horrebis Iberos.

10 Sæpe etiam cursu timidos agitabis onagros:
Et canibus leporem, canibus venabere damas:
Sæpe volutabris pulsos sylvestribus apros
Latratu * turbabis agens: montesque per altos
Ingentem clamore premes ad retia cernum.

15 Disce & odoratam stabulis accendere cedrum
Galbanoque agitare * graues nidore chelydros.
Sæpe sub * immotis præsepibus aut mala tactu
Vipera delituit, cælumq; exterrita fugit:
Aut tecto assuetus coluber succedere, & umbra,

20 Pestis acerba bouum, pecorique aspergere virus,
Fouit humum. cape saxa manu, cape robor a pastor:
Tollentemq; minas, & sibila colla tumentem
Deijce: iamq; fuga timidum caput abdidit altè,
Cum mediæ nexus, extremaq; agmina caudæ

25 Soluuntur. tardosq; trahit sinus vltimus orbis.
Est etiam ille malus Calabris in saltibus anguis,
Squammea conuoluens sublato pectore terga,
Atque notis longam maculosus grandibus aluum:
Qui, dum amnes vlli rumpuntur fontibus, & dum
Vere madent vdo terra * ac pluuiialibus Austris,

F Stagna

Canes alendi
adi Nemefia
ni Cynegeti-
ca.

Liptotes.
scē se complo-
dunt.

Canes ad cu-
stodiam.

Canes ad ve-
nandū 72, 3.

* terrebis

De serpenti-
bus arcēdis.

* graui

Chelydri.

* ignotis

Vipera.

Coluber.

304, 14.

413, 23.

tar tra allu-
dunt.

Anguis de-
scribitur, si-
cut longo car-
mine in Culi-
cc.

79, 19. 41, 12.

* &c

- 434, 1. *Stagna colit : vipisque habitans hic piscibus atram
Improbis ingluviem, vanisque loquacibus explet.*
- * exusta
Sitis serpētū *Postquam * exhausta palus, terræq; ardore debiscūt,
Exiit in siccum : & flammantia lumina torquens
Sæuit agris, asperq; siti, atq; exterritus æstu.* 5
- * noctu * dio *Ne * mihi tum molles sub * diuo carpere somnos,
Neu dorso nemoris libeat iacuisse per herbas:*
- 152, 29. *Cùm positis nouus exuujs, nitidusq; iuuenta
Voluitur, aut catulos tectis aut oua relinquens*
- 153, 1. *Ardus ad solem, & linguis micat ore trifulcis .* 10
- De ouium
scabie.
* cum *Morborum quoq; te causas & signa docebo.
Turpis oues tentat scabies, * vbi frigidus imber
Altius ad viuum per se dit, & horrida cano
Bruma gelu : vel cùm tonsis illotus adhæsit
Sudor, & hirsuti secuerunt corpora vepres.* 15
- Alliteratio.
40, 16. 64. 7.
Alliteratio.
Annominatio
syllabarū. *Dulcibus iccirco fluijs pecus omne magistri
Perfundunt : vdisque aries in gurgite villis
Mersatur, missusq; secundo defluit amni .
Aut tonsum tristi contingunt corpus amurca ,
Et spumas miscent argenti, * viuaq; sulphurâ ,* 20
- * ac sulphura
viua. vide In-
dicem in di-
ctione Sulphu-
ra.
Syllabar ū an-
nominatio. *Ideasq; pices, & pinguis vnguine ceras;
Scyllamq; , helleborosque graues, nigrumq; bitumen.
Non tamen vlla magis præsens fortuna laborum est,
Quàm si quis ferro potuit rescindere summum
Ulceris os. alitur vitium, viuitque tegendo ,* 25
- tegendero, dum
egitur. *Dum medicas adhibere manus ad vulnera pastor
Abnegat, & meliora deos sedet * omnia, poscens .
Quin etiam ima dolor balantum lapsus ad ossa
Cum furit, atque artus depascitur arida febris:
Profuit incensus æstus auertere, & inter*
- * omnia
- De febri.

- Ima ferire pedis salientem sanguine venam :*
Bisalta quo more solent, acerq; Gelonus,
Cum fugit in Rhodopen, atq; in deserta Getarum,
Et lac concretum cum sanguine potat equino.
- 5 *Quam procul aut molli succedere sepius umbræ*
*Videris, aut summas carpeniem * ignavius herbas,* * segnius.
Extremamq; sequi, aut medio procumbere campo
*Pascentem, & * seræ solam decedere nocti:* Alliteratio,
*Continuò * ferro culpam compesce, prius quàm* * sera nocte
 10 *Dira per incautum serpent contagia vulgus.* 24, 16. 87. 23.
Non tam creber, agens byemem, ruit æquore turbo, cliteræ allusio.
Quàm multæ pecudum pestes. nec singula morbi * culpâ ferre
Corpora corripunt: sed tota æstiva repentiè, 128. 7. Comp.
Spemq; gregèq; simul, cunctaq; ab origine gentem.
- 15 *Tum sciat, aërias Alpes, & Norica si quis*
Castella in tumultis, & Japidis arua Timai,
Nunc quoque post tanto videat, desertaque regna
Pastorum, & longè salius lateq; vacantes.
Hic quondam morbo cæli miseranda coorta est 3, 19. posttan
 20 *Tempestas, totoque autumnu incanduit æstu:* to.
Et genus omne neci pecudum dedit, omne ferarum:
** Corripitque lacus, infecit pabula tabo:* * corripuit
Nec via mortis erat simplex: sed ubi ignea venis Pathos a mō.
Omnibus acta sitis, miseros adduxerat artus,
- 25 *Rursus abundabat fluidus liquor, omniaque in se*
Ossa minutatim morbo collapsa trahebat.
Sepe in honore deum medio stans hostia ad aram,
** Linea dum nivea circumdatur infula vittæ,* * lanæa.
*Inter cunctantes cecidit moribunda * ministros.*
Aut si quam ferro maculauerat antè sacerdos, * magistros.

Eleuat auto-
ritatem auspi-
ciorum.

Inde neque impositis ardent altaria fibris,
Nec responsa potest consultus reddere vates:
Ac vix suppositi tinguntur sanguine cultri,
Summaque ieiuna sanie infuscatur arena.

Alliteratio.

Hinc letis vituli vulgo moriuntur in herbis,
Et dulces animas plena ad praesepia reddunt.
Hinc canibus blandis rabies venit, & quatit egros
Tussis anheles, ac faucibus angit obesitas.

Pathos a lan-
guoris habi-
tu.

De morbo e-
quorum.

Numerus e-
gregius: de
quo vide Pöt.
in Actio.
taet tract. ad-
sonant.

Labitur infelix studiorum atque immemor herbae
Victor equus: fontesque auertitur, & pede terram
Crebra ferit: demissa aures: incertus ibidem
Sudor, & ille quidem moriturus frigidus: aret
Pellis, & ad tactum tractanti dura resistit.

Hec ante exitium primis dant signa diebus.
Sin in processu caepit crudescere morbus,

Alliteratio.

Tum vero ardentes oculi, atque attractus ab alto
Spiritus, interdum gemitu grauis: imaq; longo
flia singultu tendunt. it naribus ater
Sanguis, & obsessas fauces premit aspera lingua.
Profuit inserto latices infundere cornu
Lenos: ea visa salus morientibus vna.

Mox erat hoc ipsum exitio: furis que refecti
Ardebant: ipsique suos iam morte sub agra
(Dij meliora pijs, *erroremque hostibus illum)
Discissos nudis laniabant dentibus artus.

Parenthesis.

*ardorem
De tauris.

ore ore adfo-
nant, quem
sonum etiam
implet o vo-
calis pcedes.

Ecce autem duro fumans sub vomere taurus
Concidit, & mistum spumis vomit ore cruorem,
Extremosque ciet gemitus. it tristis arator
Maerentem abiugens fraterna morte iuuenicum,
Atque opere in medio defixa relinquit aratra.

- Non umbræ altorū nemorum, non * gramina possunt * mollia
 * Grata mouere animum, non qui per saxa volutus
 Purior electro campum petit amnis: at ima
 Soluuntur latera, atq; oculos stupor vrget inertes,
 5 Ad terramque fluit deuexo pondere ceruix.
 Quid labor aut benefacta iuuant? quid uomere terras
 Inuertisse graues? atqui non Massica Bacchi
 Munera, non illis epula nocuere repostæ,
 Frondibus & * victu pascuntur simplicis herba:
 10 Pocula sunt fontes liquidi, atque exercita cursu
 Flumina: nec somnos abrupit cura salubres.
 Tempore non alio, dicunt, regionibus illis
 Quasitas ad sacra bones Junonis, & vis
 Imparibus ductos alta ad donaria curus.
 15 Ergo agrè rastris terram rimantur, & ipsis
 Unguibus infodiunt fruges: montesq; per altos
 Contenta ceruice trahunt stridentia plaustra.
 Non lupus insidias explorat ouilia circum,
 Nec gregibus nocturnus obambulat: acrior illum
 20 Cura domat, timidi damæ, ceruique fugaces;
 Nunc interque canes, & circum tecta vagantur.
 Iam maris immensi prolem, et genus omne natantum
 Littore in extremo, ceu naufraga corpora, fluctus
 Proluit: insolitæ fugiunt * in flumina phocæ.
 25 Interit & curuis frustra defensa latebris
 Vipera, & attoniti squammis astantibus hydri.
 Ipsis est aër auibus non equus, & illæ
 Præcípites alta vitam sub nube relinquunt.
 Præterea * nec iam mutari pabula refert:
 Quæsitæq; nocent artes. cesser e magistri,
 Phil-

* Prata
 Aemulatur
 Lucretij locū
 in 2. cuius ca
 put, Nec te
 nera falices,
 &c.

re re complo
 sio.
 * victum
 Ex Lucr. 5.

61, 19.

g & r de in
 dustria fre
 quenter accer
 suit poeta.

14, 27.

Parœmia fi
 gura in gene
 re.

* ad

Alliteratio,
 Vipera.

* iam nec

Phillyrides Chiron, Amythaoniusq; Melampus.

Sequit & in lucem Stygijs emissa tenebris

Pallida Tisiphone: Morbos agit antè Metumq; ,

Inq; dies avidum surgens caput altius effert.

Balatu pecorum, & crebris mugitibus amnes,

**Arentesque sonant ripæ, collesque supini.*

Jamq; cateruatim dat stragem, atq; aggerat ipsi

In stabulis turpi dilapsa cadauera tabo:

*Donec humo tegere, ac * foueis abscondere discunt.*

Nam neque erat corijs vsus: nec viscera quisquam

Aut vndis abolere potest, aut vincere flamma.

Nec tondere quidem morbo illuuiq; peresa

Vellera, nec telas possunt attingere putres.

** Verùm etiam inuisos si quis tentarat amictus,*

Ardentes papulæ, atque immundus olentia sudor

Membra sequebatur: nec longo deinde moranti

*Tempore, * contractos * artus sacer ignis edebat.*

HERENNII MODESTINI I. C. 20

IN IIII. GEORGICORVM.

ARGVMENTVM.

Protinus æerei mellis redolentia regna,

*Hyblæas & apes, * aluëōrum & cerea tecta,*

Quique apibus flores, examina quæque legenda,

Indicat, humentesque fauos, cælestia dona.

P. V. M. GEORGICON
LIBER QVARTVS.

- 5 **R**OTINVS aërij mellis cælestia dona
Exequar. Hanc etiam Mæcenas
aspice partem.
Admiranda tibi leuiū spectacula rerum,
Magnanimosq; duces, totiusq; * ordine gentis
Mores, & studia, & populos, & prælia dicam.
- 10 **N** tenui labor, at tenuis non gloria: si quem
Numina læua sinunt, auditq; vocatus Apollo.
Principio sedes apibus statioq; petenda,
Quò neque sit ventis aditus (nam pabula venti
Ferre domum prohibent) neq; oues hœdiqu; petulci
- 15 **F**loribus insultent, aut errans bucula campo
Decutiat rorem, & surgentes atterat herbas.
Absint & picti squallentia terga lacerti
Pinguibus à stabulis meropes * q; aliaq; volucres,
Et manibus Progne pectus signata cruentis.
- 20 **O**mnia nam latè vastant, ipsa q; volantes
Ore ferunt, dulcem nidis immitibus escam.
At liquidi fontes, & stagna virentia musco
Adsint, & tenuis fugiens per gramina riuus.
Palmaq; vestibulum, aut ingens oleaster * obumbret: 28, 20.
- 25 **V**t, cum prima noui ducent examina reges
Vere suo, ludetq; fauis emissa inuentus,
Vicina inuitet decedere ripa calori,
Obuiaq; hospitij teneat frondentibus arbor.
In medium, seu stabit iners, seu profluet humor,
Transuersas salices & grandia conijce saxa: * inumbret: 24, 26. 83, 80.

Propositio,
cui admiscuit
dedicationē
operis.

* ex ordine
Amplificatio
per metapho-
ras, à rationa-
li ad irratio-
nale.

Macr. lib. 8.
capit. 6, 77. 11.
Nu. læu. Gel.
lib. 5. capi. 12.
Locus apia-
rij.
Lucret. in 2.
Agnique pe-
tulci.

Lacerti.
* aliqui absq;
que.
Alliteratio.

28, 20.
* inumbret:

24, 26. 83, 80.

Aqua profu-
ens nostris in
reconsultis.

Pontibus vt crebris possint consistere, & alas
Pandere ad æstiuum solem, si forte morant^{is}
Sparsferit, aut præceptis Neptuno immerferit Eurus.

Hæc circum castæ virides, & olentia latè
Serpylla, & grauitè spirantis copia thymbræ
Floreat, irriguumq; bibant violaria fontem.

Ipsa autem seu corticibus tibi suta cauatis,
Seu lento fuerint aluèri à vimine texta,
Angustos habeant aditus. nam frigore mella
Cogit hyems, eademq; calor liquefacta remittit.

Utraq; vis apibus pariter metuenda. neq; illè
Nequicquam in tectis certatim tennū à cera
Spiramenta linunt, fucoq; & floribus oras
Explent, collectumq; hæc ipsa ad munera gluten,
Et visco & Phrygiæ seruant pice lentius fædè.

Sæpe etiam effossis (si vera est fama) latebris,
Sub * terra fodere larem: penitusq; repertè
Pumicibusq; canis, exesq; arboris antro.

Tu tamen * & leuivimosa cubilia limo
Unge, fouens circum, & raras superinijce frondes.
Neu propius tectis taxum sine, nève rubentes
Vre foco caneros, altè neu crede paludi:

Aut vbi odor cœni grauis, aut vbi concaua pulsa
Saxa sonant, vocisq; offensa resultat imago.
Quod superest, vbi pulsam hyemem Sol aureus egit

Sub terras, cælumq; æstiuam luce reclusit:
Ille continuò saltus sylvasque peragrant,
Purpureosq; metunt flores, & flumina libant
Summa leues: hinc nescio qua dulcedine lætè
Progeniem nidosque fouent: hinc arte recent^{is}

4, 17. Serpyllum. Si
fymbrū etiā
ab antiquis.
Th. vulgò
Sane.

ALVEARIA
quomodo fa-
ciendā ea v-
nica syllaba,
quasi aluaria.
sic apud He-
siod. πείρα μὲν
γὰρ βούβων
ναί πείρα μὲν
σπονδεύς.
Proceleusma
tigris.

92, 14. Alij
glus glutinis,
vt uocat Cha-
risius in pri-
mo.

* terrā fodere
pro cauerna.

* è
Alliteratio.

Echo.

Æstatis de-
scriptio.

Alliteratio.
19, 28.

Alliteratio.

45, 8.

Excudunt ceras, & mella tenacia * fingunt.
 Hinc ubi iam emissum caueis ad sydera cœli
 Nare per æstatem liquidam suspexeris ogyen,
 Obscuramq; trahi vento mirabere nubem,
 5 Contemplator: aquas dulces, & frondea semper
 Tecta petunt. huc tu iussos asperge saporis,
 Trita meliphylla, & cerinthę ignobile gramen:
 Tinnitusq; cie, & Matris quate cymbala circum.
 Ipsę confident medicatis sedibus, ipsę
 10 Intima more suo sese in cunabula condent.
 Sin autem ad pugnam exierint (nam sepe duobus
 Regibus inaccessit magno discordia motu)
 Continuoq; animos vulgi, & trepidantia bello
 Corda licet longę præsciscere. nanque moranteis
 15 Martius ille eris rauci canor increpat: & vox
 Auditur, fractos sonitus imitata tubarum.
 Tum trepidę inter se cœunt, pennisq; coruscant:
 Spiculaq; exacuunt rostris, aptantque lacertos:
 Et circa regem, atq; ipsa ad prætoria densę
 20 Miscentur, magnisq; vocant clamoribus hostem.
 Ergo ubi ver nactę sudum, camposq; patentes,
 Erumpunt portis: concurritur æthere in alto,
 Fit sonitus: magnum mistę glomerantur in orbem,
 Præcipitesq; cadunt. non densior aëre grando,
 25 Nec de concussa tantum pluit ilice glandis.
 Ipsi per medias acies, insignibus alis,
 Fugentes animos angusto in pectore versant,
 Usq; adeo obnixi non cedere: dum grauis aut hos,
 Aut hos versa fuga victor dare terga * cœgit.
 Hi motus animorum, atq; hæc certamina tant,

*figunt 9, 3.
 26.

Annominatio
 syllabarũ.

Epanalepsis.

Quomodo
 bella gerant.

Alliteratio.
 fr. Trombe
 squarzac
 vulgo.
 tata tu confi
 etatio iltac
 sonitum imi
 tatur tubarũ
 Tara tantara
 dicetũ, sicut
 cede Barum
 increpant.
 Rex aculeo
 caret.
 Alliteratio.
 Comparatio-
 nes.
 Amplificatio;
 Allusio syl-
 lab.
 Anadiplosis
 * subegit.

Pul-

- *quiescunt. Pulueris exigui tactu compressa * quiescent.
 16, 20: Ambo
 agnoscit Cha
 rissius, id est,
 ἀμφω.
62. 12. Alter erit maculis auro squallentibus ardens: 5
 (Nam duo sunt genera) hic melior, insignis & ore,
 Et rutilis clarus squammis: ille horridus alter
 Desidia, lataq; trahens inglorius aluum.
 Ut binæ regum facies, ita corpora * gentis.
- * plebis.
 Comparatio
 à viatore. Nanq; aliæ turpes horrent, ceu puluere ab alto 10
 * sicco terrâ.
 Cùm venit & * terram sicco spuit ore viator
 Aridus: elucent aliæ, & fulgore coruscant,
 Ardentes auro, & paribus lita corpora guttis.
 Hęc potior soboles: hinc cæli tempore certo
- Macrob. Sat.
 3. cap. 11. Et liquida, & durum Bacchi domitura saporem. 15
 Quomodo
 domi detine
 da, ne auo-
 lent. At cùm incerta volant, celoq; examina ludunt,
 Contemnuntq; fauos, & frigida tecta relinquunt:
 Instabiles animos ludo prohibebis inani.
- Alliteratio.
 Macr. l. 3. c. 6. Nec magnus prohibere labor. tu regibus alas 20
 Last. l. de ori-
 gi. err. c. 4. Eripe: non illis quisquam cunctantibus altum
 Colū. in hor- Fre iter, aut castris audebit velle signa.
 tis, vbi de Fruitent croceis balantes floribus horti,
 Ithyphalli nu Et custos furum atq; auium, cum falce saligna
 mine. Hellefontiati seruet tutela Priapi. 25
 Cliteræ allu-
 fio. Ipse thimum pinosq; ferens de montibus altis,
 Repetio. Tecta serat latè circum, cui talia curæ:
 Alliteratio. Ipse labore manum duro terat: ipse feraces
 27. 21 Figat humo plantas, & amicos irreget imbres.

Atq; equidem, extremo ni iam sub fine laborum

Vela

Vela traham, & terris festinem aduertere proram:

Metaphora.

Forſitan & pingues hortos quæ cura colendi

Ornaret, canerem: biſeriq; roſaria Peſti:

Quoq; modo potis gauderent * intyba rinis,

* intuba

5 Et virides apio ripæ: tortuſq; per herbam

Creſceret in ventrem cucumis: nec * ſera comantem

* ſero. vide
Ind. in ver.

Narciſſum, aut flexi tacuiſſem viræen acanthi,

Torua tuētē.
Acanthi, vul-
go branca vr-
ſina.

Pallentesq; ederas, & amantes littora myrtos.

Nanque ſub O Ebalia memini me turribus altis,

Annomina-
tio ſyllabarū.
Corytiumſim
periti.
Copia.

10 Quæ niger humectat flauentia culta Galeſus,

Corycium vidiffe ſenem: cui pauca relictæ

Jugera ruris erant. nec fertilis illa iuuençis,

Nec pecori opportuna ſeges, nec commoda Baccho.

* Hic rarum tamen in dumis holus, albaq; circum

Seges.
*Hinc

15 Lilia, verbenasq; premens, veſcumq; papauer,

Regum æquabat opes animis: ſeraq; reuertens

Noctæ domum, dapibus menſas onerabat inemptis.

Primus vere roſam, atq; autumnno carpere poma:

Et cum triſtis hyems * etiam nunc frigore ſaxa

3, 19. Decora-
uit numerum
hūc tribus vo-
cibus diuerſa
à vocali inci-
pientibus.

20 Rumperet, & glaciæ curſus frenaret aquarum:

Ille comam mollis iam tum tondebat acanthi,

Æſtatem increpitans ſeram, Zephyroſq; morantes.

Ergo apibus fatiſ idem atque examine multo

Primus abundare, & ſpumantia cogere preſſis

* tetiamnum

8, 10. Comā,
i. folia, fron-
des: ſic Sera-
comantem

25 Mella fauiſ: illi tilia, atque vberriſſima pinuſ.

Quotq; in flore nouo pomis ſe fertilis arbor

Induerat, totidem autumnno matura tenebat,

Ille etiam ſeras in verſum diſtulit vltimoſ,

Eduramq; pyrum, & ſpinuſ iam pruna ferentēſ,

Famq; miniſtrantem platanum potantibuſ vmbraſ.

Narciſſum
tum ton com
plodunt.
Fauis, chara
ſe vulgo.

37, 22.

51, 10. 323, 1.
vul Brugnoli
quaſi pruna-
la.

Ve-

* exclusus
* me memo-
randa.

alijs, i. Colu-
mellæ, qui de
cultu horto-
rum carmine
scripsit.

A P E S.

Admiscet, fa-
bulam.

Industriæ de-
scriptio.

Monosyllaba

triū dactylo-

rū festinatio-

nem, cum au-

riū voluptate

remorantur.

Pro victui: cō-

sule Indicem.

* lectum.

Hæc eadē fer-

me, i. 1. Ænei

dos trāstulit:

125, 17.

Ad verbū ite-

rati tres versi-

culi isti pag.

125.

Fuci Apposi-

tio. Compa-

ratio à Cyclo-

pū industria.

Desunt in nō

nullis codici-

bis.

* antrum:

His quinque

versiculis uti-

tur & i. 7. Æ-

neid. pag. 317

paucis tamen

mutatis,

*Verūm hæc ipse equidem, spatijs * disclusus iniquis,
Prætereo, atque alijs post * commemoranda relinquo.*

Nunc age, naturas apibus quas Iuppiter ipse

Addidit, expediam: pro qua mercede canoros

Curetum sonitus, crepitantiaq; æra secutæ,

Diçæo cæli regem pauere sub antro.

Solæ communes natos, consortia tectâ

Urbis habent, magnisq; agitant sub legibus æuum:

Et patriam solę & certos nouere penates:

Uenturæq; hyemis memores, æstate laborem

Experiuntur, & in medium quæsitâ reponunt.

Nanque aliæ victu inuigilant, & fœdere pacto

Exercentur agris: pars intra septa domorum,

*Narcissi lacrymam, & * lentum de cortice gluten,*

Prima fauis ponunt fundamina, deinde tenacis

Suspendunt ceras: aliæ spem gentis adultos

Educunt fetus: aliæ purissima mella

Stipant, & liquido distendunt nectare cellas.

Sunt quibus ad portas cecidit custodia sorti,

Inq; vicem speculantur aquas, & nubila cæli:

Aut onera accipiunt venientum: aut agmine facto

Ignauum fucos pecus à præsepibus arcent.

Feruet opus, redolentque thymo fragrantia mella.

Ac veluti lentis Cyclopes fulmina massis

Cum properant, alij taurinis follibus aurâs

Accipiunt redduntq; alij stridentia tingunt

*Æra lacu: gemit impositis incudibus * Aetna:*

Illi inter sese magna vibrachia tollunt

In numerum, versantque tenaci forcipe ferrum.

Non aliter (si parua licet componere magnis)

Cecro=

- Cecropias innatus apes amor urget habendi,
 Munere quanque suo: grandæuis oppida curæ:
 Et munire fauos, & Dadala fingere tecta.
 At fesse multa referunt se nocte minores,
 5 Crura thymo pleng: pascuntur & arbuta passim,
 Et glaucas salices, castiamq; , crocumq; rubentem,
 Et pinguem tiliam, & ferrugineos hyacinthos.
 Omnibus vna quies operum, labor omnibus vnus.
 Manè ruant portis, nusquam mora: rursus easdem
 10 Vesper ubi è pastu tandem decedere campis
 Admonuit, tum tecta petunt, tum corpora curant.
 Fit sonitus, mussantque oras & limina circum.
 Post, ubi iam ibalamis se composuere, siletur
 In noctem, fessosque sopor suus occupat artus.
 15 Nec verò a stabulis pluuia impendente receaunt
 Longius, aut credunt cælo, aduentantibus Euris:
 Sed circum tuta sub mænibus vrbis aquantur:
 Excursusque breues tentant, & sæpe lapillos,
 Ut Cymbæ instabiles fluctu iactante saburrâ,
 20 Tollunt: his sese per inania nubila librant.
 Illum adèò placuisse apibus mirabere morem,
 Quòd nec concubitu indulgent, nec corpora segnes
 In Venerem soluunt, aut fætus nixibus edunt:
 Verùm ipse * folijs natos & suauibus herbis
 25 Ore legunt, ipsæ regem paruosque Quirites
 Sufficiunt, aulasque & cerea regna * refingunt.
 Sæpe etiam duris errando in cotibus alas
 Attriuere, vltroque animam sub fasce dedere.
 Tantis amor florum, & generandi gloria mellis.
 Ergo ipsas quamuis * angustus terminus eui

Excipiat,

* Sic thymū
Cecropium.
96,4.

284,2.

Alliteratio.
croc. nos Ara-
bico nomine
vtimur Za-
pharan: vnde
& Galli Sa-
fran: ita enim
apud Mauri-
tanos ferè.
101, 10.
Alliteratio.
tunt tum cō-
plosio.145, 19.
Alliteratio.Comparatio
a cymbis.
Alliteratio,
cōc. abiectione
nouissimæ
literæ
Vide Gell. li.
4, c. 17.
De ortu apū.
* natos folijs.
* refingunt. 89.
r. re re re syl-
labæ alludēt.
Mors.
59, 6. 71, 11.

* angustū

- Alludit ad frequentem mutationem imperiorū sicut Nati.
- vulgò Carafe Reputio.
- Amplificatio. 267, 2a. Diuina mens, quæ Deus. Laet de fal. relig. c. 5. Idē pag. 12, 10 Vnde renascatur, & occidat. Alliteratio.
- * se condere.
- * angustam. De eximendo melle.
- * haustu
- * Ora
- Alliteratio. De castrandis aluearibus, pax arte incultur.
- Excipiat, (neque enim plus septima ducitur ætas)
 At genus immortale manet: multosq; per annos
 Stat fortuna domus, & aui numerantur auorum.
 Præterea regem non sic Aegyptus, & ingens
 Lydia, nec populi Parthorum, aut Medus Hydaspes
 Observant. Rege incolumi, mens omnibus vna est:
 Amisso, rupere fidem: constructaq; mella
 Diripuere ipsæ, & crates soluere fauorum.
 Ille operum custos: illum admirantur, & omnes
 Circumstant fremitu denso, stipantque frequentes: 10
 Et sæpe attollunt humeris: & corpora bello
 Obiectant, pulchramq; petunt per vulnera mortem.
 His quidam signis, atque hæc exempla secuti,
 Esse apibus partem diuinæ mentis, & haustus
 Aetherios dixere: Deum nanq; ire per omnes 15
 Terrasque, tractusq; maris, cælumq; profundum:
 Hinc pecudes, armenta, viros, genus omne ferarum,
 Quenq; sibi tenuis nascentem arcessere vitas.
 Scilicet huc reddi deinde, ac resoluta referrī
 Omnia: nec morti esse locum, sed viua volare 20
 Syderis in numerum, atque alto * succedere cælo.
 Si quando sedem * angustam, seruataque mella
 Thesauris relines, prius * haustus sparsus aquarum,
 * Ore foue, fumosq; manu pretende sequaces.
 Bis grauidos cogunt fœtus: duo tempora messis. 25
 Taygete simul os terris ostendit honestum
 Pleias, & Oceani spretos pede reppulit amnes:
 Aut eadem sytus fugiens ubi piscis aquosi,
 Tristior hybernas cælo descendit in vndas.
 Illis ira modum supra est: læsæque venenum.

- Moribus inspirant, & spicula cæca relinquunt,
 Affixæ venis, animasque in vulnere ponunt.
 Sin duram * metuens hyemem parcesq; futuro:
 Contusosq; animos, & res miserabere fractas,
 5 At suffire thymo, ceraque recidere inanēs
 Quis dubitet? nam sæpe fauos ignotus adedit
 Stellio, lucifugis congesta cubilia blattis:
 Immunisque sedens aliena ad pabula fucus,
 Aut asper crabro imparibus se immiscuit armis:
 10 Aut * durum tineæ genus, aut inuisa Mineræ
 * In foribus laxos suspendit aranea casset.
 Quo magis exhaustæ fuerint, hoc acrius omnes
 Incumbent generis lapsi sarcire ruinas:
 Complebuntq; foros, & floribus horrea texent.
 15 Si verò (quoniam casus apibus quoq; nostros
 Vita tulit) tristi languent corpora morbo:
 Quod iam non dubijs poteris cognoscere signis:
 Continuo est ægris alius color: horrida vultum
 Deformat macies: tum corpora luce carentum
 20 Exportant tectis, & tristia funera ducunt:
 * Aut illæ pedibus connexæ ad limina pendent:
 Aut intus clausis cunctantur in edibus omnes,
 Ignauæque fame, & contracto frigore pigræ.
 Tum sonus auditur grauior, tractimq; susurrant:
 25 Frigidus ut quondam syluis immurmurat Auster,
 Ut mare sollicitum stridet refluentibus vndis,
 Aestuat ut clausis rapidus fornacibus ignis.
 Hic iam galbaneos suadebo incendere odores,
 Mellaque arundineis inferre canalibus, vltro
 Hortantem, & fessas ad pabula nota vocantem.

vul. ἀμφοῖβη-
 λικῆς.
 * metues

Aliena viuere
 quadra. 88. 13.
 * diram.

* Laxos in
 foribus.

or ter adfo-
 nat.
 t adsonant.

* Atque.
 47. 25.
 tract. uide
 Ind.
 Comparatio-
 nes tres.
 Alliteratio.
 81, 16. Chalba
 nū succus est
 ferulæ Syriæ,
 χαλβάριον, quod
 nos Galbanū
 scribimus.

Proderit

Sic Cecropias
apes, 93. r

AMELLVS
flos planè hic
qui fit. præter
quã apud Co
lumellã alibi
nõ temere in
uenis. Sũt tñ
ex eruditiss, q
fuspicient, uul
gõ Chamo-
millã appella
ri. Lege Bar.
Cor.

* per.

Mella fluuius
Galliã Cãfal-
pinã: èt nunc
nomẽ seruat.

* expone
* siquidem.
Aristã fabu-
la de apibus
reparandis.

A phaselis q.
dam fìfolerã,
quã appellãt
Veneri, cym-
balã velocissi-
mã dictã exi-
stimant. nos
de genere na-
uio, quos Ve-
neti fìfolos di-
cũt: quõd eas
huiusmodi
nauigiolis p
lasciuam in-
sequãtur, uel
quasi Fugele-
tam, à cursu
celerrimo: uel
a fuso, Fulce-
lerã, de quo
èt in Stoico.

Proderit & tunsum gallæ admiscere saporem,
Arentesq; rosas, aut igni pinguia multo
Defruta, vel Psylbia passos de vite racemos,
Cecropiumq; thymum, & graueolentia cõtentaurea
Est etiam flos in pratis, cui nomen amello
Fecere agricola: facilis quarentibus herba.
Nanq; vno ingentem tollit de cespite syluam:
Aureus ipse, sed in folijs, quæ plurima circum
Funduntur, violæ subluceat purpura nigra.
Sæpe deum nexis ornata torquibus arẽ.
Asper in ore sapor: tonsis in vallibus illum
Pastores, & curua legunt * prope flumina Mellæ.
Huius odorato radices incoque Baccho,
Pabulaq; in foribus plenis * appone canistris.
Sed * si quem proles subito defecerit omnis,
Nec, genus unde nouæ stirpis reuocetur, habebit:
Tempus & Arcadij memoranda inuenta magistri
Pandere, quoq; modo cæsis iam sæpe iuuentis
Insyncerus apes tulerit cruor: altius omnem
Expediam, prima repetens ab origine, famam.
Nam quæ Pellæi gens fortunata Canopi
Accolit effuso stagnantem flumine Nilum,
Et circum pictis vehitur sua rura phaselis
Quaque pharetrata vicinia Persidis vrget,
Et viridem Aegyptum nigra fœcundat arena,
Et diuersa ruens septem discurret in ora
Usque coloratis amnis deuexus ab Indis,
Omnis in hac certam regio iacit arte salutem.
Exiguus primùm atque ipsos contractus ad vsus
Eligitur locus, hunc angustiq; imbrice tecti.

9

10

15

20

25

Pariẽ.

- Pari etibusque premunt arctis: & quatuor addunt
 Quatuor a ventis obliqua luce fenestras.
- Tum vitulus bima curvans iam cornua fronte
 Queritur: huic geminae nares, & spiritus oris
- 5 Multa reluctanti obstruitur: plagisque perempto
 Tusa per integram solvantur viscera pellem.
 Sic positum in clauso liquunt: & eamea costis
 Subijciunt fragmenta, thymum, castasq; * recentes. * virentes.
- Hoc geritur, Zephyris primum impellētibus undas,
- 10 Antè novis rubeant quàm prata coloribus, antè
 Garrula quàm tignis nidum suspendat hirundo.
 Interea teneris tepesactus in ossibus humor
 Aestuatur, & visenda modis animalia miris,
 Trunca pedum primò, vox & stridentia pennis
- 15 Miscentur, tenuemq; magis: magis aëra * carpunt:
 Donec, ut aestivis effusus nubibus imber,
 Erupere, * aut ut nervo pulsante sagittæ,
 Prima leues ineunt siquando prælia Parthi.
- Quis deus hanc Musæ, quis nobis * extudit artem? Inuocat Musas.
- 20 Vnde noua ingressus hominum experientia cepit?
 Pastor Aristæus fugiens Peneia tempe,
 Amissis (ut fama) apibus morboque fameque,
 Tristis ad extremi sacrum caput astitit amnis, * extulit
- Multa querens: atque hac offatus voce parentem,
- 25 Mater Cyrene, mater, quæ gurgitis huius
 Jma tenes: quid me præclara * stirpe deorum
 (Si modò, quæ perhibes, pater est Thymbreus Apollo)
 Inuisum fatis genuisti? aut quò tibi nostri
 Pulsus amor? quid me cælum sperare inebas
 En etiam hunc ipsum vitæ mortalis honorem,

Proceleusmaticus. 23, 11.

Epanalepsis. rub. pr. licve- re rubeti, 59. 24. & ver purpureu, 26, 21. Hirundo. mo mo. com- plosio.

* pinnis
 * captanti

* velut

Inuocat Musas.

* extulit

ARISTÆUS fabula.

ARISTÆUS ad Cyrenem matrem.

* a inferitus a quibusdā.

Quem mihi vix frugum & pecudum custodia solers
Omnia tentanti extuderat, te matre relinquo.

Quin age, & ipsa manu felices erue sylvas:
Fer stabulis inimicum ignem, atq; inter fice messes:
Vre sata, & validam in vites molire bipennem:
Tanta meę si te ceperunt cędia laudis.

At mater sonitum thalamo sub fluminis alti
Sensit, eam circum Malesia vellera Nymphę
Carpebant, hyalis saturo fucata colore:

Drymoquę, Xanthoq; , Ligeaq; Phyllodoceq; ,
Casariam effuse nitidam per candida colla,
Neseę, Spioq; , Thaliaq; , Cymodoceq; ,

Cydicpe * que, & flaua Lycorias (altera virgo,
Alteratum primos Lucina experta labores)

Clioq; , & Beroę soror; Oceanitides ambę,
Ambę auro, pictis incinctę pellibus ambę

Atq; Ephyre, atq; opı, * atq; Asia Deiopea,
Et tandem positis velox Arethusa sagittis:

Inter quas curam Clymene narrabat inanem
Vulcani, Martisq; dolos, & dulcia furta:

* Atque Chao densos diuım numerabat amores.
Carmine quo captę, dum fufis mollia pensa

Deuoluunt, iterum maternas impulit aures
Lucretus Aristar: vi tręisque sedilibus omnes

Obstupuere: sed ante alias Arethusa sorores
Prospiciens, summa flauum caput extulit vnda,

Et procul: O gemitu non frustra exterrita tanto,
Cyrene soror, ipse tibi tua maxima cura

Tristis Aristęus, Pęnigęni toris ad vndam
Stat lacrymans, & te crudelem nomine dicit.

Huic

* Secuit.
Macr. lib. 5. c.
17.
Polyfynde-
ton.
Iteratur 147,
8 Polyfynde-
ton.
* alibi absq;
que. 69; 21.
Anadiplofis.
παραλλήλως.
102, 17. * absq;
& vt icandas:
atqu' opı.
re atqu' o-
pi et asia
dei opea.
Alii, atq; Asia
& Deiopea.
de quo vide-
runt ipsi.
* Eq; , alii Af
que a vocalis
allusio.

Repetit ver-
sus. 115. 13.
Arethusa ad
Cyrenen so-
roriem.
Alliteratio.

- Huic * perculsa noua mentem formidine mater , * percussa
 Duc age, duc ad nos: fas illi limina diuūm
 Tangere, ait. simul alta iubet discedere late
 Flumina, quæ iuuenis gressus inferret. at illum
 5 Curuata in montis faciem circumsteterit unda :
 Accepitq; sinu vasto, misitque sub amnem.
 Jamq; domum mirans genitricis, & humida regna,
 Speluncisque lacus clausos, lucosq; sonantes,
 7 bat, & ingenti motu stupefactus aquarum,
 10 Omnia sub magna labentia flumina terra
 Spectabat diuersa locis, Phasimq; Lycumq;
 Et caput unde altus primum * se erumpit Enipeus, * se expugit
 Unde pater Tiberinus, & unde Aniena fluenta;
 Saxosumq; sonans Hypanis, Mysusq; Caicus,
 15 Et gemina auratus taurino cornua vultu
 Eridanus, quo non alius per pingua culta
 In mare purpureum violentior * influit amnis.
 Postquam est in thalami pendentia pumice tecta
 Peruentum, & nati fletus cognouit inanes
 20 Cyrene, manibus liquidos dant ordine fontes
 Germanæ, tonsisque ferunt mantilia villis.
 Pars epulis cnerant mensas, & plena reponunt
 Pocula: Pancheis adolescunt ignibus aræ.
 Et mater, cape Mæoniæ Carchesia Bacchi,
 25 Oceano libens us, ait. simul ipsa precatur,
 Oceanumq; patrem rerum, Nymphasq; sorores,
 Centum quæ sylvas, centum quæ flumina seruant.
 Ter liquido ardentem perfudit nectare vestam,
 Ter flamma ad summum tecti subiecta reluxit.
 * Omine quo firmans animum, sic incipit ipsa :

Epitheton,
 f & l lique-
 scit carmē in
 star aquatū.
 Ex arte defi-
 nunt hic vo-
 ces in a.

* se expugit
 Re petitio.

360, 14.

* effluit.

Alliteratio.

Conuiuium.
 vide 138, 18.

p sæpius ex
 interuallo ad
 sonat.
 Mac. lib. 5. ca.
 21.

liq. ar. conten-
 tio.
 Anaphora.
 * Omen.

CYRENE
ad Ariftaum
filium.
Carpantho
vulgo.

Est in Carpathio Neptunigurgite vates
Cæruleus Proteus, magnum qui piscibus æquor,
Et iuncto bipedum curru metitur equorum.

Hic nunc Emathiæ portus, patriamq; reuifit
Pallenen: hunc & Nymphæ veneramur, & ipse

Alliteratio.
Hom. Iliada
ἔστυ ἀνδρῶν ἀ
ἑὲ βύρα καὶ
ἡ ἰσοπέρα,
ἡ πόρ' ἰοῦρα,
Phocæ, quæ &
vituli marini.

Grandæus Nereus, nouit namq; omnia vates
Quæ sint, quæ fuerint, quæ mox ventura trabantur.

Quippe ita Neptuno visum est, immania cuius
Armenta, & turpes pascit sub gurgite phocas.

Hic tibi nate prius vinculis capiendus, vt omnem
Expediat morbi causam, euentusque secundet.

Nam sine vi non vlla dabit præcepta, neq; illum
Orando * flectes: vim duram & vincula capto

* vices.

Meridies.
101,9.

Tende: doli circum hæc demum frangentur inanes.

Ipse ego te, medios cum sol accenderit æstus,
Cum sitiunt herbae, & pecori iam gravior umbra est,

In secreta senis ducam, quod fessus ab vndis

Se recipit: facile vt somno aggrediare iacentem.

* claudet 37,
15.

PROTEI va
riæ species.
101,16.

Verum vbi correptum manibus vinculisq; tenebis,

Tum variæ * illudent species atq; ora ferarum,

Fiet enim subito sus horridus, atraq; tigris,

Squamosusque draco, & fulua ceruice leæna:

Aut acrem flammæ sonitum dabit, atq; ita vinculis

Excidet: aut in aquas tenues dilapsus abibit.

Sed quanto ille magis formas se vertet in omnibus,

Tanto nate magis contende tenacia vincla:

Donec talis erit mutato corpore, qualem

Videris, incepto tegeter cum lumina somno.

Hæc ait, & liquidum ambrosiæ * diffudit odorem,

* depromit
* perfudit.

Quototum nati corpus * perduxit. at illi

Dulcis

- Dulcis compositis spiravit crinibus aura,
 Atq; habilis membris venit vigor. Est specus ingens
 Exesi latere in montis: quo plurima vento
 Cogitur, inq; sinus scindit sese vnda reductos:
 5 Deprensus olim statio tutissima nautis.
 Intus se vasti Proteus tegit obijce saxi.
 Hæc iuvenē in latēbris auersum à lumine Nympha
 Collocat: ipsa procul nebulis obscura * recessit.
 Iam rapidus torrēs sitientes * Sirius Indos
 10 Ardebat cælo, & medium sol igneus orbem
 Hauserat: arebant herbæ, & caua flumina siccis
 Faucibus ad limum radij tepesacta coquebant,
 Cum Proteus consueta petens è fluctibus antra
 Fbat. eum vasti circum gens humida ponti
 15 Exultans, rorem latè dispergit amarum.
 Sternunt se somno * diuerso in litore phocæ.
 Ipse (velut stabuli custos in montibus olim,
 Vesper vbi è pastu vitulos ad recta reducit,
 Auditisq; lupos acuunt balatibus agni)
 20 Confedit scopulo medius, numerumq; recenset.
 Cuius Aristæo quoniam est oblata facultas,
 Vix defessa senem passus componere membra,
 Cum clamore ruit magno, manicisq; iacentem
 Occupat. ille suæ contra non immemor artis,
 25 Omnia * transformat sese in miracula rerum,
 Ignemq; horribilemq; feram, fluuiumq; liquentem.
 Verùm vbi nulla fugam reperit * fallacia, victus
 In sese redit: atq; hominis tandem ore locutus,
 Nam quis te iuuenum confidentissime nostras
 Fussit adire domos? quidve hinc petis? inquit, at ille,
 Scis

Alliteratio.
 SPECVS Pro-
 tei.
 116, 17. Allite-
 ratio.

* limine
 * recessit
 Meridies.
 100, 15.
 * Vestros

Genus natan-
 tum. 85, 22.
 genus æquo-
 reum 75, 24.
 * diuersæ
 Compar.
 92, 10.

7, 29.

Alliteratio.
 Syllabarū an-
 nominatio.

* commutæ.
 Nonius tr. 13.
 100, 20.
 * pellacia.

Pelconasmus
 PROTEVS
 ad Aristæum,

- Aristus ad Proteum. Scis Proteu, scis ipse: neq; est te fallere * cuiquam.
 * quicquam Sed tu desine velle. Deum præcepta secuti
 Alliteratio. Venimus huc, lapsis quasitum oracula rebus.
 PROTEVS ad Aristum. Tantum effatus, ad hæc vates vi deniq; multa
 Ardentes oculos intorsit lumine glauco,
 Et grauiter frendens sic satis ora resoluit:
 Non te nulliūs exercent numinis iræ:
 us breuis ex Penthemimeri pro longa habetur. Magna lues, commissæ: tibi has miserabilis Orpheus
 Haudquaquam ob meritum penas (ni fata resistent)
 Suscitât, & rapta grauiter pro coniuge sequit. 19
 Illa quidem dum te fugeret per flumina præceptis,
 Immanem ante pedes hydram moritura puella
 Proleptis poetica * supremo. Seruantem ripas alta non vidit in herba.
 At chorus equalis Dryadum clamore * supremos
 Implerunt montes: flerunt Rhodopæi & arces, 15
 Altaq; Pangæa, & Rhesi Mauorica tellus,
 98, 17. Versus Spondaicus. Atq; Getæ, atq; Hebrus, atq; Actias Orithya.
 Ipse caua solans agrum testudine amorem,
 Pathos ex repetitione. Te dulcis coniux, te solo in littore secum,
 Te veniente die, te decedente canebat. 20
 Tanarias etiam fauces, alta ostia Ditis,
 Et caligantem nigra formidine lucum
 103, 13. Ingressus, manesq; adiit, regemq; tremendum,
 Alliteratio. Nesciaq; humanis precibus mansuescere corda.
 At cantu commotæ Erebi de sedibus imis 25
 Comp. * folijs Hos vericulos reperies pag. 253. vbi eadē ipsa comparatio subsecquitur. Umbrae ibant tenues, simulacraq; luce carentum:
 Quam multa in * syluis auium se millia condunt,
 Vesper vbi, aut hybernus agit de montibus imber:
 Matres atque viri, defunctaq; corpora
 Magnanimū heroum, pueri, innuptaq; puella,

- Impositiq; rogis iuuenes ante ora parentum.
 Quos circum limus niger, & deformis arundo
 Cocyti, tarda; palus * inamabilis unda
 Alligat, & nouies Styx interfusa coercet.
 5 Quin ipse stupuere domus, atq; inrima lethi
 Tartara, cæruleosq; * implexæ crimibus angues
 Eumenides: tenuitq; inhians tria Cerberus ora:
 Atque Ixionei * vento rota constitit orbis,
 Jamq; pedem referens, casus enaserat omnes,
 10 Redditaq; Eurydice superas veniebat ad auras,
 Ponè sequens (nanq; hanc dederat Proserpina legē)
 Cùm * subita incantum dementia cepit amantem:
 Ignoscenda quidem, scirent si ignoscere manes.
 Restitit, Eurydicenq; suam iam luce sub ipsa
 15 Immemor, heu, victusq; animi, respexit: ibi omnis
 Effusus labor, atque immitis rupta tyranni
 Fœdera: terque fragor stagnis auditus Auernis.
 Illa, Quis et me, inquit, miserâ, et te perdidit Orpheu?
 Quis tantus furor? en iterum crudelia retro
 20 Fata vocant, conditq; natantia lumina somnus.
 Jamq; vale: feror ingenti circumdata nocte,
 Inualidasq; tibi tendens, heu non tua, palmas.
 Dixit, & ex oculis subito, ceu fumus in auras
 Commistus tenues fugit in diuersa: neque illum
 25 Prensantem nequicquã umbras. & multa volentem
 Dicere, præterea vidit: nec portitor Orci
 Amplius obiectam passus transire paludem.
 Quid faceret? quò se raptâ bis coniuge ferret?
 * Quo fletu Manes, qua numina voce moueret?
 Illa quidem Stygia nabat iam frigida cymba.

* innabilis
138, 8.

* innexæ

* cantu

* subito
102, 24

Compar.
Suauiter con-
sonant in vl-
timis syllabis
primæ & vlti-
mæ versuum
dictiones: vt
hic, 81, 22, 95-
30.
Pathos ab ad-
dubitatione,
& repetitione
* Quos.

- Pathos extē-
porc. Septem illum rōtos perhibent ex ordine menses
- * Flesse sibi Rupe sub ævrea deserti ad Strymonis vndam
- * Attis, * Fleuisse, & gelidis hæc evoluisse * sub antris,
- Pathos a pa-
rabola. Mulcentem tigres, & agentem carmine quercus.
- Vide Pont in
Actio de con
filio Maronis
in hoc versu
struendo. Qualis populea mærens philomela sub vmbra
- 151, 21.
Metonymia.
* non vili Amiffos queritur fœtus, quos durus arator
- * spreto
* nocturniq;
Pathos a lo-
co sacro
A modo. Observans nido implumes detraxit: at illa
- Pathos ex re-
petitione. Flet noctem, ramoq; sedens miserabile carmen
- Echo, 17, 16. Intè grat, & mœstis latè loca questibus implet.
- CYRENE
vltro ad filiū. Nulla Venus, nulliq; animum flexere hymenæi.
- 15
10
- Ab modo. Solus Hyperboreas glacies, Tanaimq; niualem,
Aruaq; Riphæis nunquam viduata pruinis,
Lustrabat, raptam Eurydicem atq; irrita Ditis
Dona querens: * spretæ Ciconum quo munere matres
- Pathos ex re-
petitione. Inter sacra deūm, * nocturnumq; orga Bacchi,
- Echo, 17, 16. Discerptum latos iuuenem sparsere per agros.
- 15
- Ab modo. Tum quoque marmorea caput à cervice reuulsam
Gurgite cum medio portans O Eagrius Hebrus
- Pathos ex re-
petitione. Volueret: Eurydicen vox ipsa, & frigida lingua,
- Echo, 17, 16. Ab miseram Euridicen, anima fugiente vocabat: 20
- Echo, 17, 16. Euridicen toto referebant flumine ripæ.
- Hæc Proteus: & se iactu dedit æquor in altum:
- Quaq; dedit, spumantem vndam sub vertice torfit.
- CYRENE
vltro ad filiū. At non Cyrene, namq; vltro affata timentem,
- 25
- Nate, licet tristis animo deponere curas.
- Hæc omnis morbi causa: hinc miserabile Nymphæ,
Cum quibus illa choros lucis agitabat in altis,
Exitium misere apibus: tu munera supplex
- Tende, petens pacem, & faciles venerare Napæas.
- Alliteratio. Nanq; dabunt veniam votis, irasq; remittent.

Sed,

- Sed, modus orandi qui sit, prius ordine dicam.*
Quatuor eximios præstanti corpore tauros,*
Qui tibi nunc viridis depascunt summa Lycæi,
Delige, & intacta totidem cervice iuencas.
- 5 *Quatuor his aras alta ad delubra dearum*
Constituæ, & sacrum iugulis demitte cruorem:
Corporaq; ipsa boum frondoso desere luco.
Pòst, ubi nona suos aurora ostenderit ortus,
Inferias Orphæi lethæa papauera mittes,
- 10 *Et nigram mactabis ouem, lucumq; reuises:*
Placatam Euridicen vitula venerabere cæsa.
Haud mora: continuò matris præcepta facessit:
Ad delubra venit, monstratas excitat aras:
Quatuor eximios præstanti corpore tauros*
- 15 *Ducit, & intacta totidem cervice iuencas.*
Pòst, ubi nona suos aurora induxerat ortus,
Inferias Orphæi mittit, lucumq; reuisit.
Hic verò subitum ac dictu mirabile monstrum
Aspiciunt: liquefacta boum per viscera toto
- 20 *Stridère apes utero, & ruptis efferuère costis,*
Immensasq; trahi nubes, iamq; arbore summa
Confluere, & lentis vuam demittere ramis.
Hæc super aruorum cultu pecorumq; canebam,
Et super arboribus: Cæsar dum magnus ad altum
- 25 *Fulminat Euphratem bello, victorq; volenteis*
Per populos dat iura, viamq; affectat Olympo:
Illo VIRGILIUM me tempore dulcis alebat
Parthenope, studijs florentem ignobilis oci:
Carmina qui lusi pastorum: audaxq; iuuenta,
TITYRE, te patulæ* cecini sub tegmine fagi.*

GEORGICON FINIS.

AR-

Orandi mo-
 dus.
 Iteratur Isra
 *eximio præ-
 stanis 78, 5.
 Annomina-
 tio syllaba-
 rum.

Repetitur in-
 ferius.

Alliteratio.

exim. vocabu-
 lum, sacerdo-
 tale, non poe-
 ticum epithe-
 ton.
 * eximio præ-
 stantis.

Vuam demit-
 tere.
 Epilogus.

Alliteratio.
 Parth. Neapo-
 lis. Aqua di-
 &us Parthe-
 mata, vt ali-
 qui sentiunt:
 alij enim à
 pudore virgi-
 nali. * tu
 * cecinit.

ARGVMENTA. XII. LIBRORVM
Aeneidos, XII, versibus comprehensa.

- P**rimus habet Libycā veniunt ut Troës in urbē.
 I. Edocet excidium Troiæ clademq; Secundus. 5
 II. Tertius à Troia vectos canit equore Teucros.
 III. Quartus item misere duo vulnera narrat Elise.
 IIII. Manibus ad tumulum Quinto celebrantur honores.
 V. Aeneam memorat visentem Tartara Sextus.
 VI. In Phrygas Italiam bello iam Septimus armat. 10
 VII. Dat simul Aeneæ socios Octavus & arma,
 VIII. Daunius expugnat Nono noua mœnia Troiæ.
 IX. Exponit Decimus Tuscorum in litore pugnas.
 X. Undecimo Rutuli superantur morte Camilla,
 XI. Ultimus imponit bello Turni nece finem. 15
 XII.

ARGVMENTA. XII. LIBRO-
rum Aeneidos.

P R I M I.

AEolus immittit ventos, Junone precante, 20
 Troianosq; vagos Libycas expellit in oras.
 Solatur Venerem dictis pater ipse dolentem.
 Aeneam recipit pulchra Carthagine Dido:
 Cui Venus Ascanij sub imagine mitit Amorem.

S E C V N D I.

* causas incipit. Cogitur Aeneas bellorum exponere * casus,
 Graiorumq; dolos, & equum fraudemq; Sinonis,
 Excisamq; urbem, Priamiq; miserrima fata:
 Utq; patrem impositum forti cervice per ignes
 Extulerit, charamq; amiserit ipse Creusam.

T E R T I

T E R T I I.

Post casum Troiæ fabricata classe superstes
 Vela dat Aeneas: urbemq; in littore Thracum,
 Mox aliam pulsus Cretæis * condidit oris.
 Cedit & hinc, Helenumq; videt, præceptaq; * discit; * sumit.
 * Et cæcum Cyclopa fugit, sepelitq; parentem.

Thraces.
 *condit in,

* Aetnaum,

Q V A R T I.

Ardet amore graui Dido: soror Annaq; suadet
 Nubere: iunguntur nimbo cogente sub antro.
 Incusat precibus patrem contemptus Iarbas.
 Nauigat Aeneas iussu Iouis, illa dolore
 Impatiens & amore, necem sibi protinus infert.

Q V I N T I.

In Siculas iterum terras fortuna reducit
 Aeneam: tumuloq; patris persoluit honorem.
 Tum cogit naueis incendere Troadas Iris.
 Troës ibi relinquunt socios. Venus anxia placat
 Neptunum. Somnus Palinurum mergit in vndas.

S E X T I.

Sacratam Phæbo Cumarum fertur in urbem
 Rex Phrygius, vatisq; petit responsa sibyllæ.
 Misenum sepelit: post hæc adit infera regna;
 Congressusque patri, discit genus omne suorum,
 Quoque modo casus valeat superare futuros.

S E P T I M I.

Tandem deueniunt Laurentia Troes in arua,
 Et pace accepta leti noua mœnia condunt.
 Nocte satam Iuno Furiam euocat, illa Latinos
 Inter & Aeneadas bellum serit, & ciet arma.
 Protinus auxilijs terra instruit Itala * Turnum.

* turmas.

Vi-

OCTAVI.

*Vidit ut Aeneas summa vi bella parari,
Arcadas, Fuandrumq; senem sibi fœdere iungit:
Dardanioq; duci sociatur Etruria tota.
Arma petit genitrix, dat Mulciber: in clypeoque
Res pingit Latias, & fortia facta nepotum.*

5

NONI.

*Ad Turnum prope Junonia mittitur Iris,
Instigatq; animos: acies mouet ille, Phrygasq;
Obsidet. * in Nymphas versa est Aeneia classis.
Euryalus Nisusq; luunt nece prælia noctis.
* impellitur. Vi Turnus potitur castris, * mox pellitur inde.*

10

DECIMI.

*Placat & * vxoris dictis & iurgia nata
Jupiter, auxilijs instructus Troius heros
Aduenit: occurrunt Rutuli, atq; in littore pugnant.
Occidit à Turno Pallas, victorq; superbus
Aeneæ eripitur. Mezentius interit acer.*

15

VNDECIMI.

*Occisis proprium pars vtraque reddit honorem.
Supplicibus Calydone satus negat arma Latinis.
Cum * Drance alterno iurgat certamine * Turnus.
Aeneas equitem præmittit, & obuia virgo
Excipit, extincta, Rutuli dant terga, Camilla.*

20

DVODECIMI.

25

*Troianis Rutulisq; placet coniungere fœdus:
Id Rutuli rumpunt: nato Venus alma medetur
Diſſamno: Rutuliq; luunt periuria victi.
Cogitur Aeneæ Dauni concurrere proles.
Pallantea necem misero dant cingula Turno.*

COR-

CORNELII GALLI AD AVG.
Cæsarem de Aeneide Virgilij.

- Temporibus lætis tristamur, maxime Cæsar,
 5 Hoc vno amisso, quem * gemo VIRGILIUM. * fleo
 Sed vetuit relegi, si tu patiere, libellos,
 In quibus Aeneam condidit ore sacro.
 Roma rogat: precibus * etenim tibi supplicat Orbis, Annomina-
 Ne pereant flammis tot monumenta ducum. * tio Syllabarū
 10 Atque iterum Troiam, sed maior, flamma cremabit. * totus
 Fac laudes Italiam, fac tua facta legi:
 Aeneamque suum fac maior nuntius ornet.
 Plus factis possunt Cæsaris ora dei.

- 15 OCTAVII AVGVSTI IN
 Vergilij Aeneidem; quam aboleti Poeta
 testamento mandauerat, q̄ nondum
 eam satis elimauisset. Octavianum
 vocant impe-
 riti. Gel. li. 10.

- 20 ERgone supremis potuit vox improba verbis
 Tam dirum mandare nefas? ergo ibit in ignes,
 Magnaq; doctiloqui morietur Musa Maronis?
 Ab scelus indignum: soluetur litera diues?
 25 Et poterunt spectare oculi? nec parcere honori
 Flamma suo? * dignumq; operis seruare decorem? * ductumq;
 Noster Apollo vetat: Musa prohibete Latina: operi serua-
 Liber, & alma Ceres succurrite. vester in armis bit amorem?
 Miles erat: vester docilis per rura colonus. 12, 16. Pulch.
 Nam docuit quid Ver ageret, quid cogeret Aestas, 31, 20.
 C A. GEORGI.

Quid

* daret

Quid * pater. Autūnus, quid Bruma nouissima ferret?

* Arbuta for-
mauit.

* Arua resonauit : sociauit vitibus vltimos :

Curauit pecudes : apibus sua castra dicauit.

Hæc dedit, vt pereant? ipsum si dicere fas est.

Sed legum seruanda fides : suprema voluntas,

Quod mandat fieri q; iubet, parere necesse est.

Frangatur potius legum veneranda potestas,

Quam tot congestos noctesq; diesq; labores

Hauerit vna dies, supremaq; * iussa parentis

Amittant vigilasse suum : si fortè * furenti

Errauit in morte dolor : si lingua locuta est

Nescio quid titubante animo, non sponte, sed altis

Expugnata malis, odio languoris iniqui :

Si mens cæca fuit : iterum sentire ruinas

Troia suas, iterum cogetur reddere voces?

Ardebit misera post vulnera vulnus Elise?

* Hoc opus æternum ruet? & tot bella, tot enses

In cineres dabit hora nocens, & perfidus error?

Huc huc Pierides date flumina cuncta sorores.

Expirent ignes : viuat MARO doctus vbique,

Ingratusq; sui studiorumq; inuidus orbi,

Et factus post fata nocens. quod iusserat ille,

Sit vetuisse meum. satis est post tempora vitæ :

Immo sit æternum tota resonante Camæna

Carmen, & in populo diui sunt numine nomen

Laudetur, vigeat, placeat, relegatur, ametur.

Postremi octo versus sic leguntur in codi-

cibus Lugduni impressis.

Huc huc Pierides nemonum per lustra loquaces

Tendite, & ardentis igneis fluminalibus vndis

Mergite:

27, 21.

* superbus.
Duplex allite-
ratio.Syllabarū an-
nominatio.* Tam sacrū
soluatur op?
et.Annominati-
o syllabarū
ex iteruallo.

5

10

15

20

25

Mergite : ne pereat tam clari Musa Poëtae .

Flammaq; vanescat . vivat Maro clarus in orbe ,

Ingratusque sibi , sed quod malè iusserat ipse ,

*Sit vetuisse mecum . * sacer est post tempora vite ,*

§ * *Sicq; erit aeternum tota resonante Camena*

*Carmen , & * imperij diui sub nomine vivat .*

Laudetur , placeat , vigeat , relegatur , ametur .

* satis.

* Immo sit

* in populo

10 S V L P I T I I C A R T A -
ginensis de Virgilio .

Iusserat hec rapidis aboleri carmina flammis .

Virgilius , Phrygium quæ cecidere duces

15 *Tucca vetat , Varusque simul : tu maxime Cæsar*

Non sinis , & Latine consulis historia .

Infelix gemino cecidit propè Pergamos igni ,

Et penè est alio Troia cremata rogo .

20 Virgilius (vt refert Macrob. Sat. i. c. vlt.) in qua-
dam epistola ad Augustum , cuius erat initiũ ,
Ego verò frequens à te literas accipio ; de Aenea-
de sua ita scripserat .

25 *De Aenea quidem meo , si mehercule iam dignum*
auribus haberem tuis , libenter mitterem . Sed tan-
ta inchoata res est , vt penè vitio mentis tantum
opus ingressus mihi videar : cum præsertim (vt scis)
alia quoque studia ad id opus , multoque potiora
impartiar .

HERE-

HERENNII MODESTINI
I. C. in primum AENEIDOS Librum
Argumentum.

Vir magnus bello, nulli pietate secundus, 5
AENEAS odijs Iunonis pressus iniqua,
Italiam quærens Siculis erravit in undis:
Factatus tandem Lybiæ peruenit ad oras.
Ignarusq; loci fido comitatus Achate,
Indicio matris regnum cognouit Elisæ. 10
Quinetiam nebula septus peruenit ad urbem,
Arreptosque undis socios cum classe recepit.
Hospitioq; usus * Didonis cuncta benignæ,
Excidium Troiæ iussus narrare parabat. 15

*Didus p cū-
sta benigna.
Duplex est
Aeneidos ar-
gumentū Bel-
la Aeneæ, &
nauigatio.

Per nauiga-
tionē ciuilib
vicē & priua-
tē exemplum
exhibet: Bel-
lis a dūbrat
harōū vitam.

A D I L O N.

AENEAS primo Libyæ appellitur oris. 20

P. V. M. AENEIDOS principium a
Tucca & Varo subiatum. 25

Bucolica.
Georgica.
33, 2.

Aeneis.

Ille ego, qui quondam gracili modulatus auena
Carmen, & egressus syluis, vicina coëgi,
Ut quamuis auido par'erent arua colono:
Gratum opus agricolis. At nunc horrentia Martis.

P. U.

P. V. M. AE NE I D O S
LIBER PRIMVS.



ROMA, virumq; cano, Troia qui
primus ab oris
Italiam, fato profugus, * Lavinia-
que venit *
Littora. medium ille et terris iacta-
tus & alto,

10 Vi superum, seu memorem Iunonis ob iram.
Multa quoq; & bello passus, dum conderet urbem,
Inferretque deos Latio: genus vnde Latinum,
Albanique patres, atq; altæ mœnia Romæ.

Musa mihi causas memora: quo numine laeso,
15 Quid ve dolens regina deum, tot voluere casus
Insignem pietate virum, tot adire labores,
Impulerit. tantæ ne animis cœlestibus iræ?

Urbs antiqua fuit (Tyrii tenuere coloni)
Carthago, Italiam contra, Tiberinaque longè

20 O stia, diues opum, studiisque asperrima belli:
Quam Iuno fertur terris magis omnibus unam
Posthabui a coluisse Samo. Hic illius arma,
Hic currus fuit: hoc regnum Dea gentibus esse,
Si quæ fata sinant, iam tum tenditque fouetque:

25 Progeniem sed enim Troiano a sanguine duci
Audierat, Tyrias olim quæ * verteret arces.
Hinc populum latè regem, belloque superbum
Venturum excidio Libyæ. sic voluere Parcas.
Id metuens, veterisque memor Saturnia belli,
Prima quod ad Troiam pro caris gesserat Argis:

H Nec

Pro hoc prin-
cipio facit Vi-
pian. de ver-
obli leg. Quæ
extrinsecus.

propositio to-
tus operis.
Primus pro I-
prius Chari-
nus.

* Lavinia. e-
uolue indicē
nostriam.

Egeas.
Adi. Pontani
in Actio.

134. 4.
Mouet suspi-
cionē impie-
tatis.

Inuocatio.
Amplificatio
a persona.

Vide Pöt. per
initia acti.

Exordiū, vel
narratio, quæ
à loci descri-
ptione sūpra

dicitur per
causas, pro-
pter quas lu-
no remorata

est Troianos.
σύλλεψις.

De numeris
huius versus
Vide Pon. in
Actio.

* euerteret
Regem pre-
gnantē. Cha-
rius.

67. 4. Subiun-
git alias cās.
rep. syncope.
Exaggeratio.
Consule Ind.
in ver. Reperit.
Appositio.
167. 15. 271.
19.
ἐπιφώνημα.
Epiphone-
mia.
Maer. l. 5. c. 2.
Occasio & cō-
siliū Iuno-
nis.
Alliteratio-
nes geminæ.
Eclipsis.
Propositio.
Ab exemplo
alio inori.
Extenuatio.
Pathos ab ex-
emplo.
Maer. l. 5. c. vlt.
Pōt. in Actio.
* infixit
Mac. in Som.
Sulp. li. 1. c. 17.
Comparatio-
nis applicatio
vel exempli.
Pont. nume-
ros horū ver-
suum diligen-
ter examinat
in Actio inci-
piens ab illo.
Vix è conspe-
ctu.
Acolus.

Necdum etiam caussa irarum, seuque dolores
Exciderant animo; manet alta mente repositum
Judicium Paridis, spreteque iniuria formæ,
Et genus inuisum, & rapti Ganymedis honores.

His accensa super, iactatos equore toto
Troas, reliquias Danaum atq; immitis Achilli,
Arcebat longè Latio; multosque per annos
Errabant acti satis maria omnia circum.

Tantæ molis erat Romanam condere gentem.

Vixè conspectu Siculae telluris in altum

Vela dabant lati, & spumas salis ære ruebant:

Cum Iuno æternum seruans sub pectore vulnus,

Hæc secum; Mene incepto desistere victam?

Nec posse Italia Teucrorum auertere regem?

Quippe vector satis. Pallas ne exurere classem
Argiuum, atque ipsos potuit submergere ponto

Vnus ob noxam & furias Aiæcis Oilei?

Ipsa Iouis rapidum iaculata è nubibus ignem,

Disiecitque rates, euertitq; æquora ventis:

Illum expirantem transfixo pectore flammæ

Turbine corripuit, scopuloque * infixit acuto.

At ego, quæ diuum incedo regina, Iouisque

Et soror & coniux, vna cum gente tot annos

Bella gero, & quisquam numen Iunonis adoret

Præterea? aut supplex aris imponat honorem?

Talia flammato secum Dea corde volutans,

Nimborum in patriam, loca facta furentibus austris,

Æoliæ venit. Hic vasto rex Æolus antro

Luctantem ventos, tempestatemque sonoras

Imperio premit, ac vinculis & carcere frenat.

Illi indignantes magno cum murmure montis
 Circum claustra fremunt; celsa sedet Aeolus arce,
 Sceptra tenens: mollitq; animos, & temperat iras.
 Ni faciat: maria, ac terras, caelumque profundum,
 Quippe ferant rapidi secum, verrantque per auras.
 Sed pater omnipotens speluncis abdidit atris,
 Hoc metuens, molemq; & montes insuper altos
 Imposuit: regemq; dedit, qui scedere certo
 Et premere, & laxas sciret dare iussus habenas.
 Ad quem tum Juno supplex bis vocibus vrsa est:
 Aeole (namq; tibi diuum pater atq; hominum rex
 Et mulcere dedit fluctus, & tollere vento)
 Gens inimica mihi Tyrrhenum nauigat equor,
 Ilium in Italiam portans, victosque penates.
 Incute vim ventis, submersasq; obrue puppes:
 Aut age * diuersas, * & distice corpora ponto.
 Sunt mihi bis septem prestanti corpore Nymphae:
 Quarum, quae forma pulcherrima, * Deiopeiam
 Coniugio iungam stabili, propriamque dicabo:
 Omnes ut tecum meritis pro talibus annos
 Exigat, & pulchra faciat te prole parentem.
 Aeolus hac contra: Tuus, o regina, * quid optes
 Explorare labor: mihi iussa capescere fas est.
 Tu mihi quodcumq; hoc regni, tu sceptra Iouemq;
 Concilias: tu das epulis accumbere diuum;
 Nimborumq; facis, tempestatumq; potentem.
 Hac tibi dicta, cauum conuersa cuspide montem
 Impulit in latus: ac venti, velut agmine facto,
 Qua data porta, ruunt, & terras turbine perflant.
 Incubere mari, totumque a sedibus imis

Ventorum natura.

Alliteratio.
Pōr in Actio,
trib^s in locis.

Aphæresis.
Metalaplus, &
nigris.

Alliteratio.
& syllabarū
allusio.

Boni principis officium.

Exordium ab
Officio.

Narratio.
Alliteratio.

Petitio.
* diuersos,
* aut.

Remuneratio
* Deiopea.
rusus. 193, 12
Syllol. e.

Matrimonij
fructus.
* quod
A beneficiis.

Repetitio.
12, 22.
Alliteratio.
Tempestatis
subita deser-
ptio, ad exem-
plū eius quā
passus est V.
lysses in
Odyss.

Borex in hoc
nō meminit,
quippe qui se
renator sit.
147, 19. Pont.
in Actio.

Unā Eurūsq; Notusq; ruunt, creberque procellis
Africus: & vastos voluunt ad littora fluctus
Insequitur clamorque virūm, stridorque rudentum.
Eripiunt subito nubes cælumque diemque

Teucrorum ex oculis: ponto nox incubat atra.
Intonuerē poli: & crebris micat ignibus æther:
Presentemq; viris intentant omnia mortem.

Pōt. in Actio.
Ex Iliad-6.
Vide Macr. li.
5. c. 3.

Extemplo Aeneę soluuntur frigore membra.
Ingemit, & duplices tendens ad sidera palmas,
Talia voce refert: O terq; quaterque beati.

Exclamatio
constans com
paratione.
175, 10. 371-12
Arguit ab in
dignitate ma
lorum.

Quis ante ora patrum Troia sub mœnibus altis
Contigit oppetere: ó Danaūm fortissime gentis
Tytide, mēne Iliacis occumbere campis

Pōt. in Actio.
Idem ibidem
320, 20.

Non potuisse? tuaque animam hęc effundere dextra?

Aquilonis
meminit: quā
imperuosus
est ventus.
Excessus, & su
perlatio.

Sæuis ubi Aeacida telo iacet Hector, ubi ingens
Sarpedon, ubi tot Simois correpta sub undis
Scuta virūm, galeasque, & fortia corpora voluit.

70, 20. 21.

Talia iactanti stridens Aquilone procella
Velum aduersa ferit, fluctusque ad sidera tollit.
Franguntur remi: tum prora auertit, & undis

Dat latus: insequitur cumulo præruptus aquæ mons.
Hi summo in fluctu pendent, his vnda debiscens
Terram inter fluctus aperit: furit æstus arenis.

* abiectas
Distributio.

Treis Notus* abreptas in saxa latentia torquet:
Saxa, vocant Itali medijs quæ in fluctibus Aras,

Quod eo lo
co fœdus istū
est inter Ro
manos & Pœ
nos, Arę alicū
tur est autem
locus inter
Africā &
Sardiniam.

Dorsum immane mari summo. treis Eurū ab alto
In breuia & Syrtes urget (miserabile visu),
Illiditque vadis, atque aggere cingit arcę.

Unam, quę Lycios fidumque vehebat Orontem,
Ipsius ante oculos ingens a vertice pontus

In puppim sevit : excutitur, pronusq; magister
 Voluitur in caput, aſt illam ter fluctus ibidem
 Torquet agens circū, & rapidus vorat æquore vortex.

Alluſio ſylla-
 barum ex in-
 teruallo.

Apparent rari nantes in gurgite vaſto :

8 Arma virūm, tabuleq; & Troia gaza per vndas.
 Jam validam ſhionet nauem, iam fortis Achata,
 Et qua veſtus Abas, & qua grandævus Alesbes,
 Vicit hyems: laxis laterum compagibus omnes
 Accipiunt inimicum imbrem, rimisq; ſachſcunt.

Gaza, Perſica
 vox, opes ſi-
 gnicat. 111,
 5. Achati a-
 gnoſcit Cha-
 riſius. Sylla-
 barum anno-
 minatio.
 Alliteratio-
 qualis 143. 25
 & ex interval-
 lo, 339. 4

10 Interea magno miſceri murmure pontum,
 Emiſſamq; hyemem ſenſit Neptunus, & imis
 Stagna reſuſa vadis: grauiſter commotus, & alto
 Proſpiciens, ſumma placidum caput extulit vnda.
 Diſſectam Aenea toto videt æquore claſſem :

98, 16.

15 Fluctibus oppreſſos Troas, cæliq; * ruina.
 Nec latuere doli fratrem ſunonis, & iræ,
 Eurum ad ſe, Zephyrumq; vocat: dehinc talia ſatur :
 Tantane vos generis tenuit fiducia veſtri?
 Jam cælum terramq; meo ſine numine venti

*ruinā. vt ad
 videt refera-
 tur.

119, 22
 383, 29.

20 Miſcere, & tantas audetis tollere moles?
 Quos ego, ſed motos præſtat componere fluctus.
 Poſt mihi non ſimili pœna commiſſa luetis.

Maturate fugam: regi; hæc dicite veſtro,
 Non illi imperium pelagi, ſeuumq; tridentem,

25 Sed mihi ſorte datum. tenet ille immania ſaxa,
 Veſtras Eure domos: illa ſeiactet in aula
 Aeolus, & claſſo ventorum carcere regnet.

Sic ait, & dicto citius tumida æquora placat,
 Collaſasq; fugat nubes, Solemque reducit.
 Cymothoë ſimul, & Triton admixtus acuto

Pathos per
 poſiopolin.
 Increpatio.
 Per antithe-
 ſin irridet
 Eolū: eius. n.
 domū ironi-
 cè modo au-
 lā, modò car-
 cerē per con-
 creptum vo-
 cat.
 Sedatur tem-
 peſtas à Ne-
 ptuno,

Detrudunt naues scopulo: leuat ipse tridenti,
Et vastas aperit Syrtes, & temperat aquor,
Atq; rotis fiammas lenib; * perlabitur undas.

* pellabitur
Descriptio
seditionis.

Ac veluti magno in populo chon saepe coorta est
Seditio; sauitq; animis ignobile vulgus,
Iamq; faces & saxa volant, furor arma ministrat:
Tum pietate grauem; ac meritis, si forte virum quem
Conspicere, silent, arrectisq; auribus astant:

Eloquentia
fractus.

Cacephaton.
Metaphora.

147. 9. Affo-
nantia triam
dictionum a

vocali inci-
pientiu, qua-

liz: 167. 10.
Coaptatio.

PORTVS
hypotyposis:

Odyll. 13. vi-
de Macr. lib.

Alliteratio.

Ille regit dictis animos, & pectora mulcet:
Sic cunctus pelagi cecidit fragor, equora postquam
Prospiciens genitor, caeloq; inuectus aperto
Flectit equos, curruq; volans dat lora secundo.

5

10

Defessi Aeneade, quae proxima littora, cursu
Contendunt petere, & Lybiae vertuntur adoras.

Est in secessu longo locus: insula portum
Efficit obiectu laterum: quibus omnis ab alto
Frangitur, inq; sinus scindit sese unda reductos.

15

Hinc atque hinc; vastae rupes, geminiq; minantur
In caelum scopuli: quorum sub vertice late
Aequora tuta silent, tum syluis scena coruscis

20

Desuper, horrentiq; atrum nemus imminet umbra
Fronte sub aduersa scopulis pendentibus antrum:

Alliteratio.

187. 16. allites
ratio.

Intus aquae dulces, vinoq; sedilia saxo,
Nympharum domus, hic fessas non vincula nauis
Pila tenent, unco non alligat anchora morsu.

25

Huc septem Aeneas collectis nauibus omni
Ex numero subit: ac magno telluris amore

Delati Troia-
ni ad portum
Africum.

Annomina-
tio syllabarū.

Egressi, optata potiuntur Troes arena,
Et sale tabentes artus in littore ponunt.

* silici.

Ac primum * silicis scintillam excudit Achates,
* Susce-

- * Suscepitq; ignem folijs, atq; arida circum
 Nutrimenta dedit, rapuitq; in fomite flammam.
 Tum cererem corruptam vndis, Cerealiaq; arma
 Expediunt fessi rerum: frugesq; receptas
 5 Et torrere parant flammis, & frangere saxo.
 Aeneas scopulum interea conscendit, & omnem
 Prospectum latè pelago petit, Antea * si quæ
 Iactatum vento videat, Phrygiasq; biremes,
 Aut Capyn, aut celsis in puppibus arma Caici.
 10 Navim in conspectu nullam, tres littorè cervos
 Prospicit errantes: hos tota armenta sequuntur
 A tergo, & longum per vall: s pascitur agmen.
 Constitit hic, arcumq; manus celeretq; sagittas
 Corripuit, fidus quæ tela gerebat Achates.
 15 Ductoresq; ipsos primum capita alta ferentes
 Cornibus arboreis sternit, tum vulgus & omnem
 Miscet agens telis nemora inter frondea turbam.
 Nec prius absistit, quam septem ingentia victor
 Corpora fundat * humi, & numerum cū navib. equet.
 20 Hinc portum petit, & socios partitur in omnes
 Una, bonus quæ deinde cadis onerarat Acestes,
 Littore Trinacrio, dederatq; abeuntibus heros,
 Diuidit, & dictis mærentia pectora mulcet:
 O socij (neque enim ignari sumus * antemalorum)
 25 O passi grauiora: dabit Deus his quoque finem.
 Vos & Scyllæam rabiem, penitusq; sonantes
 Accessit scopulos: vos & Cyclopea saxa
 Experti: reuocate animos, mæstumq; timorem
 Mittite. forsan & hæc olim meminisse iuuabit.
 Per varios casus, per tot discrimina rerum

* Suscepit

Alliteratio

Metonymia

Hysterologia
 siue hysteron
 proteton. 10,
 11 118, 6.* si quem
 Describit
 principè non
 tā sui, quam
 suorum curæ
 agere.
 Alij dispu-
 gunt post se
 quatur.Achates id eo,
 quia princeps
 suorum curæ
 habere dicitur,
 enim signifi-
 cat ἀχαιος.* humo, Do-
 natus: & ait
 esse cacem-
 phaton.116, 9
 ign. i. imme-
 mores.* antè malo-
 rum.Oratio conse-
 latoria hortā
 tis ad patien-
 tiam.Syncope, &
 litterarū syl-
 labarumq; se-
 lectio scopu-
 lorum expri-
 mit asperita-
 tem.

*ibi

Tendimus in Latium, sedes * vbi fata quietas
Ostendunt: illic fas regna resurgere Troiae.

Adsonantia
syllabarum.

Durate, & vosmet rebus seruate secundis.

Talia voce refert, curisq; ingentibus aeger

* alto

Spem vultu simulat, premii * altum corde dolorem. 5

Illi se praedæ accingunt, dapibusq; futuris.

Periphrasis.

Tergora diripiunt costis, & viscera nudant.

* verubus

Pars in frustra secant, * veribusq; trementia figunt.

lo. i. collocat,

Littore abena locant alij, flammisque ministrant.

Charisius.

Tum victu reuocant vires: fusi q; per herbam

Annominatio
syllabarum

Implentur veteris Bacchi, pinguisque ferina. 10

ex intervallo.

lo.

Postquam exempta fames epulis, mensaq; remota,

Antonoma-

Amisissos longo socios sermone requirunt,

fia.

Spemq; metumq; inter dubij, seu viuere credant,

135, 9. 108, 25

Siue extrema pati, nec iam exaudire vocatos. 15

215, 5. 108, 25

Præcipuè piv. Aeneas, nunc acris Oronti,

Pro Orontis: vi

Nunc Amyci casum gemit: & crudelia secum

de vlyssi in

Fata Lyci, fortemq; Gyan, fortemq; Cloanthum.

Ind.

Et iam finis erat, cum Iuppiter aethere summo

117, 7. 128, 6.

Despiciens mare veliuolum, terrasq; iacentis,

131, 18.

Littoraq; & latos populos, sic vertice caeli

Iouem habe

Constitit, & Libyæ defixit lumina regnis.

re curas hu-

Atque illum talis iactantem pectore curas

manarum diui

Tristior, & lacrymis oculos suffusa nitentis

narumq; re-

Alloquitur venus: O, qui res hominumq; deumque 25

rum fingit.

Aeternis regis imperijs, & fulmine terras,

Est autem alie-

Quid meus Aeneas in te committere tantum,

nus locus in-

Quid Treces potuerit? quibus tot funera passis

fertus, vt con-

Cunctus ob Italiam terrarum clauditur orbis?

modius ori-

Certe hinc Romanos olim voluentibus annis,

ginem operis

ac historiae

inflauaret.

Pathos ab ha-

bitu.

* decorumque

eritq; hyper-

meter.

Interrogatio

propositionis

vice.

Hinc

- Hinc fore duces, reuocato * à sanguine Teucris,
 Qui mare, qui terras omni ditione tenerent,
 Pollicitus: quæ te genitor sententia vertit?
 Hoc equidem occasum Troiæ, tristisq; ruinas
 5 Solabar, fatis contraria fata rependens.
 Nunc eadem fortuna viros tot casibus actos
 Insequitur, quem das finem rex magne laborum?
 Antenor potuit medijs elapsus Achivis
 Illyricos penetrare sinus, atque intima tutus
 10 Regna Liburnorum & fontem superare Timai:
 Unde per ora nouem vasto cum murmure montis
 It mare * proruptum, & pelago premit arua sonanti.
 Hic tamen ille urbem Patavii, sedesq; locauit
 Teucrorum, & geni nomen dedit, armaque fixit
 15 Troia: nunc placida composuit pace quiescit.
 Nos, tua progenies, cæli quibus annuis arcem,
 Nauibus (infandum) amissis unius ob iram
 Prodimur, atque Italis longè disiungimur oris.
 Hic pietatis honos? sic nos in sceptrâ reponis?
 20 Olli subridens hominum sator atque deorum,
 Vultu, quo cælum tempestatesque serenat,
 Oscula libauit natæ: dehinc talia fatur:
 Parce metu Cytherea, manent immota tuorum
 Fata tibi: cernes urbem & promissa Lauini
 25 Mœnia sublimemque feres ad sidera cæli
 Magnanimum Aeneam: neque me sententia vertit.
 Hic tibi (sabor enim, quando hæc te cura remordet:
 Longius & voluens fatorum arcana mouebo)
 Bellum ingens geret Italia: populosque feroces
 Contundet, moresq; viris & mœnia ponet:

* alij sine à

Argumētum
à fatis.

Syllabarū an-
nōtinatio
ex interual-
lo.

pathos ab ex-
emplo, & à
minori ad
maius.

Rhodig. libr.
72 cap. 8.

* proruptum,
Alliteratio.

Adsonāt plac
& pac ex in-
teruallo.

Applicatio.
patios a loco
preter spem.
Exclamatio.

445, 25.

115, 17.

Pont. in An-
tonio.

Respondet Iu-
piter Veneri,
inconstantia
obiectionem
diluens.

Est autem cō-
tinua quādā
narratio, qua
summam Ro-
manæ histo-
ria ab Aenea
vsque ad Au-
gustum com-
plectitur.

Ter-

Anaphora.

*Tertia dum Latio regnantem viderit aſtas,
Ternaq; transferint Rutulis hyberna ſubactis.*

347, 16.

*At puer Aſcanius, cui nunc cognomen Iulo
Additur (Ilus erat, dum res ſtetit Iulia regno)*

*Triginta magnos voluendis menſibus orbes
Imperio explebit, regnumq; à ſede Lauini*

*ab

mu mu adfo-
nant à princi-
pio ex inter-
uallo, ſicut à
ſine am, am.
Romanorum
regnum.

Transferet, & longam multa vi muniet Albam.

Hic iam tercentum totos regnabitur annos

Gente ſub Heſtorea: donec regina ſacerdos

Marte grauis geminam partu dabit Iulia prolem.

10

Inde lupæ ſuluo nutricis tegmine lætus

Romulus excipiet gentem, & Mauortia condet

Mænia, Romanosq; ſuo de nomine dicet.

His ego nec metas rerum, nec tempora pono:

Imperium ſine fine dedi: quin aſpera Iuno,

Quæ mare nunc, terrasq; metu, cœlumq; fatigat,

Conſilia in melius referet, mecumq; fouebit

** Romanos rerum dominos, gentemq; togatam.*

Sic placitum: veniet luſtris labentibus ætas,

Cùm domus Aſſaraci Phthiam clarasq; Mycenæ

Seruitio premet, ac victis dominabitur Argis.

Nasceretur pulchra Troianus origine Cæſar,

Imperium Oceano, famam qui terminet aſtris,

Iulius, à magno demiffum nomen Iulo.

Hunc tu olim cœlo ſpolijs Orientis onuſtum

Accipies ſecura: vocabitur hic quoque votis.

Aſpera tum poſitis miteſcent ſecula bellis.

Cana fides, & Veſta, Remo cum fratre Quirinus

Iura dabunt: diræ ferro & compagibus arcibus

Claudentur belli portæ. Furor impius intus

* Generoſus
numerus, ex
alternis triſyl-
labis, ad gene-
roſam gētem
Romanā ex-
primendā de
Iulūtria à ſin-
gulari poeta
conquiſitus.
Græciā intel-
ligit, quæ di-
rua eſt à Mū-
nio conſule,
Συροζία.

Reuera autē
credidit ſe ab
Iulo ortū tra-
xiſſe Cæſar,
& ob id im-
penſius Vene-
rem colebat.

15, 17

Sylleſis.
Pachos ab i-
magine ficta,
vt Παιώσις
cōmoueat.

15, 17

15, 17

*Sæua sedens super arma, & centum vinculus abenis
Post tergum nodis, fremet horridus ore cruento.*

*Hæc ait, & Maia genitum * demittit ab alto,
Ut trrre atq; noue pateant Carthaginis arces*

5 *Hospitio Teucris: ne sati nescia Dido*

*Finibus arceret. volat ille per aëra magnum
Remigio alarum, ac Libyæ citus astitit oris:*

*Etiã iussa facit, ponuntque ferocia Pæni
Corda, volente Deo: in primis regina quietum*

10 *Accipit in Teucros animum, mentemq; benignam.*

*At pius Aeneas per noctem plurima voluens,
Ut primum lux alma data, exire, locosque
Explorare nouos, quas vento accesserit oras,
Quiteneant (nam inculta videt) hominẽsne ferẽne,*

15 *Querere constituit, sociisque exacta referre.*

*Classẽ in conuexo nemorum sub rupe cauata
Arboribus clausam circum atque horrentibus umbris
Occulit, ipse vno graditur comitatus Achate,
Bina manu lato crispans hastilia ferro.*

20 *Cui mater media sese tulit obuia sylua,*

*Virginis os habitumque gerens, & virginis arma
Spartanæ: vel qualis equos Threiffa fatigat
Harpalice, volucremque fuga pręuertitur Hebrum.*

Nanq; humeris de more habilem suspenderat arcum

25 *Venatrix, dederatque comam diffundere ventis:*

*Nuda genu, nodoque sinus collecta fluentes.
Ac prior, Heus, inquit, iuuenes, monstrate mearum
Vidistis si quam hęc errantem fortẽ sororum
Succinctam pharëtra, & maculose tegmine lyncis,
Aut spumantis apri cursum clamore prementem.*

Sigmatismos,
33, 34, 418, 13
* dimittit
Prosequitur
historiam de
Ænea.

Hom. Iliad. 8
versu 24. οὐ-
χὸν παρρὺ-
χίον 303, 21.
36, 30.
De 5. Odyss.
ἐλευερε
δ' ἔππαιρα,
&c. vide apud
Mac. lib. 5. c. 4

Idem 17. 8.
Habetur &
413, 21.

Miro consilio
fingit simile
habitum Spar-
tanæ virginis
& Thraciæ.
Instituit enim
Lycuigis cū
iuuenes, tum
virgines palæ-
stra operã da-
re. Vide Plu-
tarchū in Ly-
curgo 5, 17.
90, 13

Sic

* Et
 Ex Odyf. 6.
 ad Macr. lib.
 5. cap. 4.
 a persona vir-
 ginis captat
 beneuolentiã
 therius qua-
 endi.

Hypermeter:
 quod vna fyl-
 laba abudat.
 * & vastis
 A gratiarum
 actione. 125.
 28.
 20, 6. Lilius
 Andronicus
 in Hymno ad
 Dianam: Et
 iam purpureo
 furax include
 cothurno.

50, 27.
 Significatus.
 Origo Car-
 thaginensis re-
 gai.
 113, 19.
 Impietatis &
 tyrãnidis ex-
 emplum.
 Auribus vt fa-
 tis faceret qua-
 tuor coniun-
 dit voces ea-
 dem a vocali
 incipientes.
 * vna
 Pathos à cir-
 cūstantijs.

Sic Venus. * *At Veneris contrà sic filius orsus:*

*Nulla tuarum audita mihi, neque visa sororum,
 O quam te memorem virgo? nanq; haud tibi vultus*

Mortalis, nec vox hominem sonat, ò dea certè:

An Phœbi soror, an Nympharum sanguinis vna?

Sis felix, nostrumq; leues quæcunque laborem:

Et quo sub cælo tandem, quibus orbis in oris

factemur, doceas: ignari hominumq; locorūmq;

*Erramus, vento huc, * vastis & fluctibus acti:*

Multa tibi ante aras nostra cadet hostia dextra.

Tunc Venus: Haud equidē tali me dignor honore:

Virginibus Tyrijs mos est gestare pharetram,

Purpureoq; altè suras vincire cothurno.

Punica regna vides, Tyrios, & Agenoris urbem:

Sed fines Libyci, genus intractabile bello.

Imperium Dido Tyria regit vrbe profecta,

Germanum fugiens. longa est iniuria, longæ

Ambages: sed summa sequar fastigia rerum.

Huic coniux Sichæus erat, ditissimus agri

Phœnicum, & magno misera dilectus amore:

Cui pater intactam dederat, primisq; iugarat

Ominibus: sed regna Tyri germanus habebat

Pygmalion, scelere ante alios immanior omnis.

Quos inter medius venit furor: ille Sichæum

Impius ante aras, atq; auri cæcus amore

Clam ferro incautum superat, securus amorum

Germana: factumq; diu celauit: & agram,

*Multa malus simulans, * vana spe lusit amantem.*

Ipsa sed in somnis inhumati venit imago

Coniugis, ora modis attollens pallida miris.

- Crudeleis aras, traiectaq; pectora ferro
 Nudauit: cœcumq; domus scelus omne rexit.
 Tum celerare fugam, * patriaque excedere suadet:
 * Auxiliumque via, veteres tellure recludit
 5 Thesauros, ignotum argenti pondus & auri.
 His commota fugam Dido sociosque parabat.
 Conueniunt quibus aut odium crudele tyranni,
 Aut metus acer erat: nauis, quæ fortè paratæ,
 Corripiunt, onerantq; auro: portantur auari
 10 Pygmalionis opes pelago: dux sæmina facti:
 Deuenerè locos, vbi nunc ingentia cernes
 Mœnia, surgentemq; noua Carthaginis arcem:
 Mercatiq; solum, facti de nomine Byrsam,
 Taurino quantum possent circumdare tergo.
 15 Sed vos qui tandem? quibus* aut venistis ab oris?
 Quo ve tenetis iter? Quærenti talibus ille
 Susspirans, imoque trabens a pectore vocem:
 O Dea, si prima repetens ab origine pergam,
 Et vacet annales uostrorum audire* laborum:
 20 Antè diem clauso componet vesper Olympo.
 Nos Troia antiqua (si vestras fortè per aures
 Troiæ nomen iji) diuersa per æquora veltos,
 Forte sua Libycis tempestas appulit oris.
 Sum pius Aeneas, raptos qui ex hoste penates
 25 Classe vcho mecum, fama super æthera notus.
 Italiam quæro patriam, & genus ab Jone * summo.
 Bis denis Phrygium conscendi nauibus æquor,
 Matre dea monstrante viam, data fata secutus:
 Vix septem conuulsa vndis, Euroque supersunt.
 Ipse ignotus, egens, Libyæ deserta per agro,

* patriam.
 * auxilio.
 Alliteratio.
 & re re com-
 plodunt dele
 ctabiliter.
 Hypallage.
 Animus ple-
 bis in tyran-
 num.
 Quàm malè
 sentiat qui i
 verbo deue-
 nio. his locis,
 264, 28. 193.
 11, 194, 22. de
 in ad mutan-
 dâ existimat,
 alibi exposui
 mus.
 * aduenistis,
 349, 10.
 Pathos.
 Ex Odyss. 11,
 vide Mac lib.
 5. c. 4.
 * parentum:
 Attentio.
 Narratio.
 Aeneæ pietas,
 247, 23. * su-
 mo. vt sit ver-
 bû. Subblandi
 tur auribus
 consonantia a
 vocalis tones
 repetit.
 Pathos mise-
 ricordia a lo-
 c..

Eurus inter
 omnes itatio-
 ne de septen-
 tionè vs. ita-
 tur. Keccc. 191

sur hic Euri meminit, quem secundum ventum habuerunt in Africam.

282.4.358.

Europa atq; Asia pulsus. Nec plura querentem
Passa Venus, medio sic interfata dolore est:

Quisquis es: haud (credo) inuisus clæstibus auras
Vitales carpis, Tyriam qui adueneris urbem.

Perge modò, atque hinc te reginæ ad limina perfer.

Nanq; tibi reduces socios, classemq; relatam
Nuncio, & in tutum versis Aquilonibus actam:

Ni frustra augurium vani docuere parentes.

Augurium.

a vocalis a fi-
ne & princi-
pio dictionū
itemque me-
dio iuauiter
sibi adsonat.

Aspice bis senos lætantes agmine cygnos,
Ætheria quos lapsa plaga Iouis ales aperto

Turbabat cælo: nunc terras ordine longo

Aut capere, aut captas iam despectare videntur.

Ut reduces illi ludunt stridentibus alis,
Et cœtu cinxere polum, cantusq; dedere:

Haud aliter puppesque tuae pubesque tuorum

Aut portum tenet, aut pleno subit ostia velo.

Perge modò, & quæ te ducit via, dirige gressum,

Dixit: & auertens rosetæ ceruice refulsit:

Ambrosiq; comæ diuinum vertice odorem

Spirauere: pedes vestis defluxit ad imos.

Et vera incessu patuit deâ ille, vbi matrem

Agnouit, tali fugientem est voce secutus;

Quid natum toties crudelis tu quoque falsis

Ludis imaginibus? cur dextræ iungere dextram

Non datur? ac veras audire & reddere voces?

Talibus incusat, gressumq; ad mœnia tendit.

At Venus obscuro gradientis aère sepsit,

Et multo nebulae circum Dea fudit amictu:

Cernere ne quis eos, neu quis contingere posset.

Molirive moram, aut veniendi poscere causas.

Adaptatio.

Synecdoche,
Annominatio.

Conclusio.

Hiatus in qn
to pede sisten-
di honoris gra-
tia.

Versus mirifi-
cè assurgit ex
hiatu, qui fit
in 5, pede.
328: 10.

266, 19.

Red it ad hi-
storiam.

Homericum
est, qui fingit
Ulysses cir-
cudari nebu-
la a Minerua,
Odyf. 7.

Ipsa * Paphum sublimis abit, sedesque reuisit
 Lata suas; ubi templum illi, centumque Sabæo
 Thure calent aræ, fertisque recentibus halant,
 Corripuere viam interea, quæ semita monstrat,
 5 lamque ascendebant collem, qui plurimus vrbi
 Imminet, aduersasque aspectat desuper arces.
 Miratur molem Aeneas, magalia quondam:
 Miratur portas, strepitumq; , & strata viarum.
 Instant ardentes Tyrii: pars ducere muros,
 10 Molirique arcem, & manibus subuoluere saxa;
 Pars * optare locum tecto, & concludere sulco.
 Iura, magistratusque legunt, sanctumq; senatum.
 Hic portus alij effodiunt: hic alta theatris
 Fundamenta locant alij: immanesque columnas
 15 Rupibus excidunt, scenis decora alta futuris.
 Qualis apes æstate noua per florea rura
 Exercet sub sole labor, cum gentis adultos
 Educunt foetus, aut cum liquentia mella,
 Stipant, & dulci distendunt nectare cellas:
 20 Aut onera accipiunt venientium: aut agmine facti,
 Ignauum fucos pecus a præsepibus arcent.
 Feruet opus, redolentque thymo fragrantia mella.
 O fortunati, quorum iam mœnia surgunt,
 Aeneas ait, & fastigia suspicit vrbis.
 25 Infert se septus nebula (mirabile dictu)
 Per medios, miscetque viris: neque cernitur vlli.
 Lucus in vrbe fuit media, letissimus vmbra,
 Quo primùm iactati vndis & turbine Pœni
 Effodere loco signum, quod regia Iuno
 30 Monstrat caput, acris equi * sic nam fore bello
 Egrægiam,

* Paphon

53, 2. Thus in Arabia cre-
 seit.

Pôr in Actio.
 Mag. Barba-
 ra lexis & Au-
 tistochon, p
 magaria. 197-
 25.

ἐν ἑσπέρᾳ.

* aptare

Alludit ad ve-
 terem morè,
 qua sulc^o du-
 cebatur tâto
 spatio, quan-
 to vias futu-
 ra esset.

Portus, in qui-
 bus possent
 cômertia fie-
 ri, mercimo-
 nijs aduectis,
 &c.

Parabola,
 Semiuerfus,
 cum sequenti-
 bus quinque,
 vsus est in Ge-
 org. pap. 92.
 Apposito.

Paululum re-
 flectit ab hi-
 storia.

124, 18.
 Topothesis.

Portentum.

* signum.

Egregiam, & facilem victu per secula gentem.

Hic templum Junoni ingens Sidonia Dido

Condebat, donis opulentum & numine diva

Aerea cui gradibus surgebant limina, nec x̄a * q;

Aere trabes: foribus cardo stridebat abenis.

Hoc primùm in luce noua res oblata timorem

Lenit: hinc primùm Aeneas sperare salutem

Ausus, & afflictis melius confidere rebus.

Nanque sub ingenti lustrat dum singula templo,

Reginam opperiens: dum, quae fortuna sit urbi,

Artificumq; manus inter se, operumq; * laborem

Miratur: videt Iliacas ex ordine pugnas,

Bellaque iam fama totum vulgata per orbem:

Atridas, Priamumq; , & seuũ ambobus Achillem.

Cõstitit, & lacrymãs, Quis iã locus, inquit, Achate, 15

Qua regio in terris nostri non plena laboris?

En Priamus: sunt hinc etiam sua præmia laudi,

Sunt lacrymæ rerum, & mentem mortalia tangunt.

Solue metus: seret hæc aliquam tibi fama salutem:

Sic ait: atque animum pictura pascit inani,

Multa gemens, largoque humectat flumine vultum.

Nanq; videbat uti bellantes Pergama circum

Hac fugerent Grai, premeret Troiana iuuentus:

Hæc Phryges, instaret curru cristatus Achilles.

Nec procul hinc Rhesi niveis tentoria velis

Agnoscit lacrymãs: primo quæ prodita somno,

Tyrides multa vastabat cæde cruentus:

Ardentisq; auertit equos in castra, prius quam

Pabula gustassent Troiæ, Xanthumq; bibissent.

Parte, alta fugiens amissis Troilus armis.

Infelix

Hypermetet.

* ve

ἀναπόρτ.

148.30.

* labores.

Pathos.

Repetitio.

Alliteratio.
geminata.

Hyperbole.

Fingit Home-
rus oēs Troia-
nos ab Achil-
le solo fugz-
ri. Græcos ab
Hectore.

Pr. som. i. no-
tæ, vt disci-
mus ex Hom.
Iliad. 10. Pa-
thos ex tēpo-
re.

- Infelix puer, atque impar congressus Achilli,
 Fertur equis: curruq; haret resupinus inani,
 Lora tenens tamen. huic cervixq; comaq; trahuntur
 Per terram, & versa pulvis inscribitur hasta.
- 5 Interea ad templum non aequè Palladis ibant
 Crinibus Iliades passis, peplumque ferebant,
 Suppliciter tristes, & tuncq; pectora palmis.
 Diva solo fixos oculos averfa tenebat.
 Ter circum Iliacos raptauerat Hecora muros,
- 10 Exanimumq; auro corpus vendebat Achilles.
 Tum verò ingentem genitum dat pectore ab imo,
 Ut spolia, ut currus, * utq; ipsum corpus amici,
 Tendentemq; manus Priamum conspexit inermis.
 Se quoque principibus permistum * agnovit Achivis,
- 15 Eoasque acies, & nigri Memnonis arma.
 Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis
 Penthesilea furens, mediisque in millibus ardet,
 Aurea subnectens exerta cingula mammae
 Bellatrix, audetq; viris concurrere virgo.
- 20 Hec dum Dardanio Aeneae miranda videntur,
 Dum stupet, obrutusq; haret defixus in vno:
 Regina ad templum forma pulcherrima Dido
 Incessit, magna iuvenum stipante caterua.
 Qualis in Eurotae ripis, aut per iuga Cynthi
- 52 Exercet Diana choros: quam mille secuta
 Hinc atque hinc glomerantur Oreades: illa pharètra
 Fert humero, gradimensque deas supereminet omnes.
 Latonq; tacitum pertentant gaudia pectus.
 Talis erat Dido, talem se lecta ferebat
 Per medios, instans operi regnisque futuris.

Pathos a pite
 ritia. 48, 18.

Antonoma-
 sia spēs extri-
 sec- sumpta.

231, 3. 184. 25
 De peplo plu-
 ra i Ciri Ma-
 ron's lusu.

Hom. II. 3. 5.
 302. Aristop.
 in Equitib².

Adi. & Rho.
 lib. 14. c. 18.
 Pathos mise-
 ricordia a lo
 co.

* vt
 Pathos a cir-
 cunstantiis.
 * agnoscit.

Memnō, q̄a
 ab Oriēre ve-
 nerat Aurorē
 filius legitur,
 Historiā autē
 Memnonis
 & Amazonū
 vide apud
 Quintum.

Calab.
 vir vir ex in-
 teruallo adso-
 nant.

191, 6.
 Cōp. explicat
 formā Dido-
 nis *ἐκταραία*.

406, 5. Locus
 iste cū versi-
 bus de Nauffi

caae Homeri
 confert apud
 Gei. lib. 9. ca.
 item. 9.

- All. & Añ. syl. *Tum foribus diuæ, media testudine templi,*
 Alliter. alter
 na. vt. 152, 29. *Septa armis, solioque altè subnixa, resedit.*
 160, 12. 14.
 Officiũ regis. *Jura dabat legesque viris, operumque laborem*
Partibus æquabat iustis, aut sorte traherat :
Cum subito Aeneas concursu accedere magno 5
 117. 7. 118. 8. *Antea, Sergestumq; videt, fortemq; Cloanthum,*
Teucrorumque alios : ater quos æquore turbo
 * Obstipuit *Dispulerat, penitusque alias adduxerat oras.*
 In re nona, &
 dubia adiun
 git ferè hos
 duos affectus.
 Omnia gene
 ns delibera
 rui.
 * cuncti ** Obstupuit simul ipse, simul percussus Achates:*
Letitiaq; metuq; auidi coniungere dextras 10
Ardebant : sed res animos incognita turbat.
Dissimulant, & nube caua specularunt amicti,
Quæ fortuna viris, classem quo littore linquant,
*Quid veniant. * cunctis nam lecti nauibus ibant*
Orantes veniam, & templum clamore petebant. 15
 395. 1.
 Pöt. in actio. *Postquam introgressi, & coram data copia fandi.*
Maximus Ilioneus placido sic pectore cæpit :
 Salutatio,
 qua beneuo
 lenriã captat.
 Propositio.
 Pont. in a.
 ctio. *O regina, nouam cui condere Iuppiter urbem,*
Iustitiaque dedit gentes frenare superbas :
Troës te miserè, ventis maria omnia vecti, 20
Oramus : prohibe infandos a nauibus ignes,
Parce pio generi, & propius res aspice nostras.
 Alliteratio.
 Occupatio,
 qua cofutat,
 quæ a Dido
 ne oblici po
 terant.
 Confutatio a
 persona Tro
 ianorum.
 Idem 4. ver
 sus leguntur
 pag. 170.
 Pöt. in actio. *Non nos aut ferro Libycos populare penates*
Venimus, aut raptas ad littora vertere prædas.
Non ea vis animo, nec tanta superbia victis. 25
Est locus, Hesperiam Graij cognomine dicunt :
Terra antiqua, potens armis atq; vberè glebæ;
O enotrij coluere viri : nunc fama, minores
Italiam dixisse, ducis de nomine gentem.
Huc cursus fuit.

- Cùm subitò assurgens fluctu nimbosus orion
 In vada cæca tulit, penitusque procacibus Austris,
 Perq; vndas, * superante salo, perq; inuia saxa
 Dispulit, huc pauci vestris ad nauimus oris. (rem
 5 Quod genus hoc hominũ? quæve hũc tã barbaram
 Permittit patria? hospitio prohibemur arena.
 Bella cient, primaq; vetant consistere terra.
 Si gentis humanum, & mortalia temnitis arma,
 At sperate deos memores fandi atq; nefandi.
 10 Rex erat Aeneas nobis, quo iustior alter
 Nec pietate fuit, nec bello maior & armis:
 Quem si fata virum seruant, si vescitur aura
 Aethera, * nec adhuc crudelibus occubat umbris;
 Non metus, officio nec te certasse priorem
 15 Pœniteat. sunt & Siculis regionibus vrbes,
 Armaq; Troianoq; a sanguine clarus Acestes.
 Quassatam ventis liceat subducere classem,
 Et syluis aptare trabes, & stringere remos.
 Si datur Italiam, socijs & rege recepto,
 20 Tendere, ut Italiam læti Latiumq; petamus:
 Sin absumpta salus, & te, pater optime Teucrum,
 Pontus habet Libyæ, nec spes iam restat iuui:
 At freta Sicaniæ saltem, sedesque paratas,
 Unde huc aduerti, regemque petamus Acestem.
 25 Talibus flioneus: cuncti simul ore fremebant
 Dardanidæ.
 Tum breuiter Dido, vultum demissa, profatur:
 Soluite corde metum Teucri: secludite curas.
 Res dura, & regni nouitas me talia cogunt
 Moliri, & latè fines custode tueri.

190, 28. 38. 2.
6. at produci-
tur 298. 19.
181. 25.

* spumante p
admiratione
patheticã Di-
donem hortat
tur ab hone-
sto, quòd iu-
regitũ nemi-
ni negetur
hospitium.
Aphæresis.
Fir l. de Iust.
cap. 1.

Demonstratio.
Tautologia.

* neque
non m. Noe
metuendum
est, Char.

A gratitudi-
ne.
Peroratio.

Annom. syll.

Alliteratio.

Apostrophe
ad Aeneam.

Alliteratio.

130. 6.

Decorum.

Consolatio.
Excusatio a
necessario.
Sic 141, 20.

- A persona *Quis genus Aeneadum, quis Troia nesciat urbem?*
Troianorum: *Virtutesque, virosque, & tanti incendia belli?*
quos dignos esse dicit ho *Non obtusa adeo gestamus pectora Pœni:*
Ipitio Anno- *Nec tam auersus equos Tyria sol iungit ab urbe.*
minatio sylla *Seu vos Hesperiam magnam, Saturniaque arua,* 5
barū. 129, 24.
Pollicitatio. *Siue Erycis fines, regemque optatis Acesten:*
308, 11.
Hospitalitas. *Auxilio tutos dimittam, opibusque iuuabo.*
Antiptosis. *Vultis & his mecum pariter considere regnis?*
* classem
136, 3.
Alliteratio. *Urbem quam statuo, vestra est: subducite * naues:*
Pathos. *Tros Tyriusque mihi nullo discrimine agetur.* 10
Atque utinam rex ipse Noto compulsus eodem
Afforet Aeneas, equidem per littora certos
Dimittam, & Libyæ lustrare extrema iubebo,
Si quibus eiectus syluis aut urbibus errat.
His animum arrecti dictis, & fortis Achates, 15
Pathos. 334, 4
Et pater Aeneas, iam dudum erumpere nubem
Ardebant, prior Aeneam compellat Achates.
28, 17. *Nate dea; quæ nunc animo sententia surgit?*
Omnia tuta vides, classem, sociosque receptos.
Vnus abest, medio in fluctu quem vidimus ipsi 20
Submersum: dictis respondent cetera matris.
Ex Odyss. 2. *Vix ea fatus erat, cum circumfusa repente*
adi. Mac. 1. 5. *Scindit se nubes, & in æthera purgat apertum,*
c. 4. Icon. *Restitit Aeneas, claraq; in luce refulsit:*
Amoris sedē esse oculos, *Os humerosque Deo similis. nanque ipsa decoram.* 25
veteres poete dixerunt.
Comparatio. *Cæsariem nato genitrix, lumenque iuuentæ*
Purpureum, & letos oculis adflavit honores.
Quale manus addunt ebori decus, aut ubi flauo
Argentum Pariusve lapis circumdatur auro.
Tum sic reginam alloquitur, cunctisque repente

- Improuisus ait: Coràm, quem quaeritis, adsum
Troius Aeneas, Libycis ereptus ab undis.
O sola infandos Troiae miserata labores,
Quae nos relliquias Danaùm, terraeq; marisq;
5 Omnibus exhaustos iam casibus omnium egenos,
Urbe, domo socias. Grates persolvere dignas
Non opis est nostrae, Dido: nec quicquid ubiq; est
Gentis Dardaniae, magnum quae sparsa per orbem.
Dij tibi, si qua pios respectant numina, si quid
10 Usquam iustitiae est, & mens sibi conscia recti,
Praemia digna ferant. quae te tam laeta tulerunt
Secula? qui tantitalem genuere parentes?
In freta dum fluuij current, dum montibus umbrae
Lustrabunt, conuexa polus dum sydera pascet:
15 Semper honos, nomenq; tuum, laudesq; manebunt:
Quae me cunq; vocant terra. Sic fatus, amicum
Hionèa petit dextra, laeuaq; Serestum:
Post alios, fortemq; Gyan, fortemq; Cloanthum.
Obstupuit primò aspectu Sidonia Dido,
20 Casu deinde viri tanto; & sic ore locuta est:
Quis te nate dea per tanta pericula casus
Insequitur? Quae vis immanibus applicat oris?
Tunc ille Aeneas, quem Dardaniò * Anchisæ
Alma Venus Phrygij genuit Simoëntis ad undam?
25 Atq; equidem Teucrum memini Sidona venire,
Finibus expulsus patrijs, noua regna petentem
Auxilio Beli, genitorum Belus opimam
Vastabat Cyprum, & victor ditione tenebat.
Tempore iam ex illo casus mihi cognitus urbis
Troianae, nomenq; tuum, regesq; Pelasgi.

Ex abrupto
orditur, signi-
ficans inspe-
ratum & im-
prouisum ap-
parere.
Hiatus in quo
to ped e lon-
rem sistit.
Agit gratias
quas potest:
artificioseque
vitur exte-
nuatione.

Annominatio
syllabarum.
375, 10.
Amplificatio
ne declarat
se memorem
fore.
Eundem le-
ges 15, 15.
Hoc pertinet
ad decorum.
118, 18.
Pleonasmus.
338, 12.
Per interro-
gationem de-
uenit i Aeneae
laudes. 349-
10.
* Anchisæ 174
20.
Belus, nomen
appellatiuum,
quod Regem
notat, alias
Baal dicitur.
Laudis exag-
geratio ab ho-
ste laudatore.

Homeote leu
ti Verlus, in
quib. frequēs
est Maro.

Pathus a simi
litudine pas
sionis.

Νόημα.

Alliteratio.
Ducit & indi
cit inuicē ad
sonant ex in
teruallo.

135, 20.

* alij die, alij
dei vide Ind.
Apparatus
conuiuij.

Implet nume
rum hiacus i

4. p. de.

Pathos. Διά-

λίσσι siue

παρίθεσι.

Epiphone.

133, 25.

134, 27. 8. 10.

Acanthus ca-

labatur etiam

in capitulisco

lumnarū: de

quo Virg. lib.

4. cap. 10.

*Ipsē hostis Teucros insigni laude ferebat,
Seq; ortum antiqua Teucrorum à stirpe volebat.*

Quare agite ô tectis iuuenes succedite nostris.

*Me quoq; per multos similis fortuna labores
lactatam, hac demum voluit consistere terra.*

NON ignara mali, miseris succurrere disco.

*Sic memorat: simul Aenean in regia ducit
Tecta: simul diuū templis indicit honorem.*

*Nec minus interea socijs ad littora mittit
Viginti taurōs, magnorum horrentia centum*

*Terga suum, pingueis centum cum matribus agnos,
Munera, lætitiāq; * dij.*

*At domus interior regali splendida luxu
Instruitur, medijsq; parant conuiuia tectis.*

*Arte laborata vestes, ostroq; superbo:
Ingens argentum mensis, cæлатаq; in auro*

*Fortia facta patrum: series longissima rerum,
Per tot ducta viros antiquæ ab origine gentis.*

*Aeneas (neq; enim patrius consistere mentem
Passus amor) rapidum ad naueis præmittit Achatē : 20*

*Ascanio ferat hæc, ipsumq; ad mœnia ducat.
Omnis in Ascanio cari stat cura parentis.*

*Munera præterea Iliacis erepta ruinis
Ferre iubet, pallam signis auroq; rigentem,*

Et circumtextum croceo velamen acantho :

*Ornatus Argiæ Helenæ, quos illa Mycenis,
Pergama cūm peterēt, inconcessosq; bymenæos,*

Extulerat, matris Ledæ mirabile donum.

*Præterea sceptrum, flione quod gesserat olim
Maxima natarum Priami, colloq; monile.*

- Baccatum, & duplicem gemmis auroq; coronam.
 Hæc celerans, iter ad naueis tendebat Achates.
 At Cytherea nouas artes, noua pectore versat
 Consilia, vt faciem mutatus & ora Cupido
 3 Pro dulci Ascanio veniat, donisq; furentem
 Incendat reginam, atque ossibus implicet ignem.
 Quippe domum timet ambigua, Tyriosq; bilingues.
 Vrit atrox Iuno, & sub noctem cura recurSAT.
 Ergo bis aligerum dictis affatur Amorem.
 10 Nate, meæ vires, mea magna potentia solus,
 Nate, patris summi qui tela Typhœa temnis,
 Ad te confugio, & supplex tua numina posco.
 Frater vt Aeneas pelago tuus omnia circum
 Littora iactetur odijs Iunonis iniquæ,
 15 Nota tibi: & nostro doluisti sepe dolore.
 Hunc Phœnissa tenet Dido, blandisq; moratur
 Vocibus: & vereor quò se Iunonia vertant
 Hospitia. haud tanto cessabit cardine rerum.
 Quo circa capere ante dolis, & cingere flamma
 20 Reginam meditor: ne quo se numine mutet,
 Sed magno Aeneæ mecum teneatur amore.
 * Quò facere id possis, nostram nunc accipe mentem.
 Regius accitu cari genitoris ad urbem
 Sidoniam puer ire parat, mea maxima cura,
 25 Dona ferens pelago & flammis restantia Troia.
 Hunc ego sopitum somno super alta Cythera,
 Aut super Idalium sacrata sede recondam:
 Ne quæ scire dolos, mediûsve occurrere possit.
 Tu faciem illius noctem non amplius vnâ
 Falle dolo, & notos pueri puer indue vultus:

Bacca, [inter
 vniones gem
 ma nobilissi
 ma.
 Digressio.
 Repetitio.
 134. 1.

Ratio consi
 lij.

Alliteratio.
 Anaphora.
 Euocatio.
 Τυφωία, Do
 ricæ.
 Narratio, &
 expositio rei
 gestæ.
 Captat autē
 beneuolentiã
 à persona, &
 potentia Cu
 pidinis.
 Alliteratio.
 & syllab. an
 nom. ex inter
 uallo.

* Qua
 193, 2.
 Consultatio.
 Ab occasio
 ne.
 132, 23.
 Alliteratio.

A facili.
 Generatio.

Ut cum te gremio accipiet letissima Dido,
Regales inter mensas, laticemq; Lygeum:
Cum dabit amplexus, atq; oscula dulcia figet,
Occultum inspiret ignem, fallasq; veneno.
Paret Amor dictis earq; genitricis: & alas
Exiit, & gressu gaudens incedit fuli.

- Macr. l. 6. c. 1. Pont. in extremo Aeti. Amaracus, q̄ & Sampsi- chus Nos Ma ioranam, Ger mani Maioran, vel Meyran, Lusitani Maniarona, Galli Mario- ne. Rhodig. l. 14. cap. 8. * fructo Discumbendi verus mos. 99. 20. Complosio. * longa Charif. & Gell. l. 4 cap. 2. pen pen sibi consonant ex interuallo. 280, 16. 132, 24. contrariū, v- ritq; videndo, 74, 26. Alliteratio.
- At Venus Ascanio placidam per membra quietem
Irrigat: & fotum gremio dea tollit in altos
Idaliæ lucos, vbi mollis amaracus illum
Floribus & dulci aspirans complectitur vmbra.
Iamq; ibat dicto parens, & dona Cupido
Regia portabat Tyrijs, duce letus Achate,
Cum venit, aulæ iam se regina superbis
Aurea composuit sponda, mediamq; locauit.
Iam pater Aeneas, & iam Troiana iuuentus
Conueniunt: * stratoq; super discumbitur ostro.
Dant famuli manibus lymphas: Cereremq; canistris
Expediunt, tonsisq; ferunt mantilia villis
Quinquaginta intus famule, quibus ordine * longo
Cura penum struere, & flammis adolere penates.
Centum alię, totidemq; pares etate ministri,
Qui dapibus mensas onevent, & pocula ponant.
Necnon & Tyrij per limina læta frequentes
Conuenere, toris iussi discumbere pictis.
Mirantur dona Aeneę, mirantur fulum,
Flagrantesq; dei vultus, simulataq; verba,
Pallamq;, & pictum croceo velamen acantho.
Præcipue infelix, pesti deuota futurae,
Expleri mentem nequit, ardescitq; tuendo
Phænissa: & puero pariter donisq; mouetur,

- Ille ubi complexu Aeneæ colloq; pependit,
 Et magnum falsi implevit genitoris amorem,
 Reginam petit. hæc oculis, hæc pectore toto
 Heret: & interdum gremio fouet, inscia Dido
 5 * Insideat quantus miserq; deus. at memor ille
 Matris Acidaliæ, paulatim abolere Si cheum
 Incipit, & viuo tentat præuerrere amore
 Jam pridem resides animos, desuetaq; corda.
 Postquam prima quies epulis, mensq; remotq;
 10 Crateras magnos statuunt, & vinz coronant.
 Fit strepitus tectis, vocemq; per ampla volutant
 Atria: dependent lychni laquearibus ætheis *caquicia*
 Incensi, & noctem flammis funalia vincunt. *mies*
 Hic regina grauem gemmis auroq; poposcit,
 15 Implevitq; mero pateram, quam Belus, & omnes
 A Belo soliti: tum facta silentia tectis.
 Jupiter (hospitibus nam te dare iura loquuntur)
 Hunc letum Tyrusq; diem Troiaque profectis
 Esse velis, nostrosq; huius meminisse minores.
 20 * Adsis letitiæ Bacchus dator, & bona Juno:
 Et vos ô cærum Tyriz celebrate fauentes.
 Dixit & in mensa laticum libauit honorem:
 Primaque libato summo tenus attigis ore.
 Tum Bitæ dedit increpitans, ille impiger hausit
 25 Spumantem pateram, & pleno se proliuit * auro:
 Post alij proceres, cithæra crinitus Iopas
 Personat aurata, docuit quæ maximus Atlas,
 Hic canit errantem Lunam, Solisque labores:
 Unde hominû genus, et pecudes: unde imber et ignes:
 Arcturum, pluuiasq; Hyadas, geminosq; Triones:

Quid

Alliteratio.
 Affectus.
 Vis amoris.
 Annomina-
 tio syllabarû
 ex intervallo
 *Insiat.

118.12. 308,
 25.
 Conuiuij pro
 lix mos.
 Iliad. a, ver.
 470, κέρος
 μὲν κρητῆρας
 ἐπέσιζαντο
 πυτοιο
 Alliteratio,
 hic pro tunc,
 Charisius.
 394.14.
 Iupiter ἔτι-
 γιος.

192,27.

* Adfit 132,
 12.311.30.
 Votum liba-
 tionis.
 Macr.Sat. 3.
 cap.11.

* ore.

p,sepissime in-
 teruallo adfo
 nat.
 Musica in cõ-
 uiuijs. 65,2.
 Hic pro is;
 Charisius.

65, 6.

Quid tantum Oceano properent se tingere soles
Hyberni, vel quæ tardis mora noctibus obstat.

* plausus

130, 10.

Alliteratio.

Ingeminant * plausum Tyrii Troësque sequuntur.

Necnon & vario noctem sermone traherat

Infelix Dido: longumque bibebat amorem,

383, 22.

πανάλης ↓ 15,

127, 15. Mem

non, rex Oriē

taliū quem

Tithonus fra-

ter Lameōdō

tis ex Aurora

sustulit.

Annom. syll.

* & interpo-

nunt quidā.

Multa super Priamo rogitans, super Hectore multa:

Nunc, quibus Aurora venisset filius armis:

Nunc, quales Diomedis equi: nunc, quantus Achilles.

Immo age, & à primâ dic hospes origine nobis

Insidias (inquit) Danaūm, casusque tuorum,

Erroresque tuos. nam te iam septima portat,

Omnibus errantem * terris & fluctibus, estas.

A D I L O N.

Funera Dardaniæ narrat fletusque secundo.

HERENNII MODESTINI

Iurisconsulti in secundum librum

Aeneidos.

A R G V M E N T V M.

Conticuere omnes. tunc sic fortissimus heros
Fata recensebat Troiæ, casusque suorum,
Fallaces Graios, simulataque dona Mineræ.
Lacoontis pœnam, & laxantem claustra Sinonem:
Somnum, quo monitus, acceperat Hectoris, atrum:
Iam flammæ cœli, Troium patriæque ruinas,
Et regis Priami fatum miserabile semper,
Impositumque patrem collo, dextraque prehensum
Ascanium, frustra à tergo comitante Creusa.
Ereptam hanc fato, socios in monte * receptos.

* repertos.

P.V.

P. V. M. ÆNEIDOS
LIBER SECVNDVS.



CONTICVERE omnes, intentique
ora tenebant:

Inde toro pater *Aeneas* sic orsus
ab alto:

Infandum regina iubes renouare do
lorem,

10 Troianas ut opes & lamentabile regnum
Eruerint Danaï: quæq; ipse miserrima vidi,
Et quorum pars magna fui, quis talia fando
Myrmidonum, *Dolopum* ve, aut duri miles *Ulyssi*,

15 Præcipitat, suadentq; cadentia sydera somnos.
Sed si tantus amor casus cognoscere nostros,
Et breuiter Troie supremum audire laborem:
Quâquam animus meminisse horret, luctuq; refugit:

20 Incipiam. Fracti bello, fatisq; repulsi
Ductores Danaum, tot iam labentibus annis,
Instar montis equum, diuina Palladis arte
Aedificant; sectaq; intexunt ubi erent costas.
Votum pro reditu simulant: ea fama vagatur.

25 Huc delecta virum sortiti corpora furtim
Includunt cæco lateri; penitusq; cauernas
Ingenteis, vterumq; armato milite complent.
Est in conspectu Tenedos, notissima fama
Insula, diues opum, Priami dum regna manebant:
Nunc tantum sinus, & statio malefida carinis.
Huc se proeecti deserto in litore condunt,

Pöt in Actio.
Macr. l. 5 c. 2
item li. eodē,
c. 5. 320. 1
Participiū p
verbo, pro te
orlus est.
Exordium, &
captatio be-
nevolentia a
commiserati-
one.
Charifius, vi,
ὄσπρ.
Pathos à se-
ipso.

A maiori.
Pöt in Actio.

pro præcipita-
tur.
Pöt in Actio.
174. 17. Casti
gatio.

Narratio.
Vide Arbitrū
1. 3. 24.
ὄν Αθην
2. 5. 2. 5. 408.
30. 350. 7

145. 27.
Compositio.
Tapinosis.

A descriptio-
ne loci.
di. op. Epithe-
ton ab euentu.
Pöt. in Actio.

Nes

Barb. per ad-
iectionem syl-
labæ, Charis-
sius.

ca ca. genus
hoc complo-
sionis ex con-
cursu earun-
dem syllaba-
rū implet au-
res: vt 246, 18
64, 13. 152, 18
201, 6, 26. 33.
28. 212, 17.
146, 16. 63, 12
194, 30. 328,
30. 214, 19.
325, 15. & ali-
bi. etfi secus
Ser. & alij.

Solœcismus
per cōiunctio-
nemq; p. ve.
Epiphonema.
Distributio.

Alliteratio ex
interuallo.

Libenter qua-
drifyllaba
voces in 4. &
5. pede collo-
cātur 153, 15
132, 18: 145,
21: 150, 25:
148, 28: 257,
23: & alibi.

Amplificatio
per digressio-
nem.

1, 2, 3.

Nos abijisse rati, & vento potijisse Mycenæ.

Ergo omnis longo soluit se Teucria luctu:

Panduntur porta: inuat ire, & Dorica castra,

Desertosq; videre locos, lictusq; relictum.

Hic Dolopum manus, hîc sæuus tendebat Achilles: 5

Classibus hîc locus; hîc acies certare solebant.

Pars stupet innuptæ donum exitiale Minervæ,

Et molem mirantur equi: primusq; Thymætes

Duci intra muros hortatur, & arce locari:

Sine dolo, seu iam Troiæ sic fata ferebant. 10

At Capys, & quorum melior sententia menti,

Aut pelago Danaum insidias, suspectaq; dona

Præcipitare iubent, subiectisq; vrere flammis:

Aut terebrare cauas vteri, & tentare latebras.

SCINDITVR incertum studia in contraria vulgus 15

Primus ibi ante omnes magna comitante caterua,

Laocoon ardens summa decurrit ab arce:

Et procul, O miseri, quæ tanta insania, ciues?

Creditis auectos hostes? aut vlla putatis

Dona carere dolis Danaum? sic notus Ulysses? 20

Aut hoc inclusi ligno occultantur Achivi:

Aut hæc in nostros fabricata est machina muros,

Inspectura domos, venturaq; desuper vrbi:

Aut aliquis latet error. E quo ne credite Teucri.

Quicquid id est, timeo Danaos, & dona ferentes. 25

Sic fatus, validis ingentem viribus hastam

In latus, inq; feri curuam compagibus aluum

Contorsit. Stetit illa tremens; vterog; recusso

Insonuere caue gemitumq; dedere cavernæ.

Et si fata deum, si mens non laua fuisset,

Impulerat ferro Argolicas scindere latebras :

Troiaque nunc staves, Priamique arx alta * maneres.

Ecce , manus iuuenem interea post terga reuinctum

Pastores magno ad regem clamore trahabant

5 Dardanidæ : qui se ignotum venientibus ultro ,

Hoc ipsum vt strueret, Troiamq; aperiret Achiuus,

Obtulerat, fidens animi, atque in vtrunq; paratus ,

Seu versare dolos, seu * certè occumbere morti,

Vndique visendi studio Troiana iuuentus

10 Circumsusa ruit, certantque illudere capto.

Accipe nunc Danaum insidias , et * crimine ab vno

Disce omnes.

Nanq; , vt conspectu in medio turbatus inermis

* Constitit, atq; oculis Phrygia agmina circūspexit:

15 Hen que nunc tellus, inquit, quæ me equora possunt

Accipere ? aut quid iam misero mihi denique restat?

Cui neq; apud Danaos vsquam locus , * insuper ipsi

Dardanidæ infensi pœnas cum sanguine poscunt.

 Mac. in Som.
 Scip. l. 1. c. 7.
 Alliteratio-
 nes. 3. 1. Italiā
 Hom. Iliad. v
 γῶν δ' ἐ δ' ἄ λ' ἄ
 νηϊαο, & c. Ma-
 crob. Sat. lib.
 5. cap. 3.
 * ve

Oraculū falso
 interpretatur
 Anchises.
 Narratio.
 Chiffino vul
 go cen. Iliad.
 §. v 649.
 * Teucros
 Tib. Donat.
 euolue Indi.
 * in
 κάρπαιος
 μός.
 * Alij matris
 cultri Cybe
 les, alij mater
 cultrix Cybe
 li. Cybele, à
 rotunditate, q̄
 terram deno
 tat. * Gnosia
 * maclabat
 Homeri ver
 sū imitatur:
 de quo Gel.
 li. 13. cap. 25.
 Ἰδομένηα
 Occasionē re
 cense vacan
 tis regni Cre
 tici, verissimi
 liorē narrati
 onē reddens.
 Alludit adie
 tymō Cyclā
 dum.
 * confita
 * remis
 * vario horta
 mine, agno
 scit Pont. in
 Actio, vt sic
 completio
 Celeumatis
 metrum Ana
 pesticum.

Audite o proceres, ait, & spes discite vestras.
Creta Iouis magni medio iacet insula ponto,
Mons Idaeus vbi, & gentis cunabula nostra.
Centum vrbes habitant magnas, vberima regna.
Maximus vnde pater (si rite audita recordor)
** Teucrus Rhœteas primum est aduectus * ad oras,*
Optauitque locum regno. nondum flum & arces
Pergameæ steterant, habitabant vallibus imis.
*Hinc * mater cultrix Cybèle, Corybantiaque ara,*
Idæumque nemus: hinc fida silentia sacris,
Et iuncti currum domina subiere leones.
Ergo agite, & Diuum ducunt quâ iussa, sequamur:
*Placemus ventos, & * Cnosia regna petamus.*
Nec longo distant cursu (modò Iuppiter adsit)
Tertia lux classem Cretæis sistet in oris.
*Sic fatus, meritos aris * maclauit honores,*
Taurum Neptuno, taurum tibi pulcher Apollo,
Nigram Hyemi pecudem, Zephyris felicibus albam.
Fama volat, pulsam regnis celsisse paternis
Idomeneâ ducem, desertaque littora Crete,
Hoste vocare domos, sedesque astare relictas.
Linquimus Ortygiæ portus, pelagoque volamus:
Bacchatamque iugis Naxon, viridemq; Donyfam,
Olearon, mineamque Paron, sparfasque per æquor
*Cycladas, & crebris legimus freta * concita * terris.*
*Nauticus exoritur * vario certamine clamor:*
Hortantur socij, Cretam proanosque petamus.
Prosequitur surgens à puppi ventus euntes:
Et tandem antiquis Curetum allabimur oris.
Ergo audius muros optata molior vrbis,

Pergameamq; voco: & lætam cognomine gentem
 Hortor amare focos, arcemq; attollere tectis.
 Famq; ferè sicco subductæ littore puppes,
 Connubijs aruisq; nouis operata iuuentus,
 Iura domosque dabam: subitò cùm tabida membris
 Corrupto cæli tractu, miserandaq; venit
 Arboribusque satisque lues, & lethifer annus.
 Linquebant dulcibus animas, aut egra trahebant
 Corpora: tum steriles exurere Sirius agros:
 Arebant herbe, & victum seges egra negabat.
 Rursus ad oraclum Ortygiæ, Phœbumq; remenso
 Hortatur pater ire mari, veniamq; precari:
 Quem fessis finem rebus ferat, vnde laborum
 Tentare auxilium iubeat, quo vertere cursus.
 Nox erat, & terris animalia somnus habebat:
 Effigies sacræ diuûm, Phrygiæque penates,
 Quos mecum à Troia, medijsq; ex ignibus vrbis
 Extuleram: visi ante oculos astare iacentis
 In somnis, multo manifesti lumine, quâ se
 Plena per insertas fundebat Luna fenestras.
 Tum sic affari, & curas his demere dictis:
 Quod tibi delato Ortygiam dicturus Apollo est,
 Hic canit, & tua nos en vltro ad limina mittit.
 Nos te, Dardania incensa, tuaq; arma secuti,
 Nos tumidum sub te permensi classibus equor,
 Fidem venturos tollemus in astra nepotes,
 Imperiumque vrbi dabimus: tu mœnia magnis
 Magna para, longuræque fugæ ne linque laborem.
 Mutanda sedes: non hæc tibi littora suasit,
 Delius aut Cretæ iussit considerare Apollo.

Pöt in actio.

273, 21.
 Periphrases
 poetica.
 Pestilentia
 descriptio.

468.
 Primis & vltimis versu
 dictionibus.
 inuicem adto
 nantibus mo
 raq; sponda
 ca liguorem
 expressit.
 Apolline. n.
 irato, pestis
 credebatur
 esse.
 A tēpotis de
 scrip̄tione.

163, 1
 Penates edo
 cēt in somnis
 Æneam quo
 tendat.
 Versus 10. ac
 centuū, quos
 totidē dictio
 nes singula
 singulos secū
 afferūt: quod
 est rarissimū,
 ἀναδορά
 μετακοσμός.
 ἀναδιπλα
 σις λαμβάνο
 κισμός.
 Alij post De
 lius p̄dictum
 subiiciunt.

ES

A loco.
Eoldē 4. vers.
Iegeris 128.
O Enotri Sy-
neresis: OE
notrij Synize
fis.
Frater Darda-
ni, quem cū
occidisset, pri-
mum in Cre-
tas, deinde ad
Phrygiam per-
uenit
*requirat.
n. f. i. c. soluta
locutio.

Sylan. exint.
Alliteratioge
minata.

Aneas patri
visa narrat.
Iubet Italiam
petere.
An. syl. & al-
lit. in medijs
& vltimis lo-
cis facta, con-
uertit i se au-
ditorem, nec
languere pa-
titur sua volu-
pate excita-
tū: quod Ser-
noster non a-
nimaduertit.
*moneret?
Nauis peri-
phras.
Mac. l. & c. 6.
Repetitur fe-
re ad verbū

Est locus, Hesperiam Graij cognomine dicunt:

Terra antiqua, potens armis atq; vberem glebā.

O enotrij coluere viri: nunc fama, minores

Italiam dixisse, ducis de nomine, gentem.

Hæ nobis propria sedes: hinc Dardanus ortus,

Fastusque pater, genus à quo principe nostrum.

Surge agè, & hæc lætus longæuo dicta parenti

Haud dubitanda refer. Coritum, terrasque * require

Ausonias: Dictæa negat tibi Juppiter arua.

Talibus attonitus visis, ac voce deorum,

(Nec sopor illud erat, sed coram agnoscere vultus,

Velatasque comas, presentiaque ora videbar:

Tum gelidus toto manabat corpore sudor)

Corripio è stratis corpus, tendoque supinas

Ad cælum cum voce manus: & mûnera libo

Intemerata focis. perfecto lætus honore

Ambrosen facio certum, remq; ordine pando.

Agnouit prolem ambiguam, geminosq; parentes,

Seque nouo veterum deceptum errore locorum.

Tum memorat: Nate Jliacis exercite fatis,

Sola mihi tales casus Cassandra canebat:

(Nunc repeto hæc generi portendere debita nostro,

Et sepe Hesperiam, sepe Jtala regna vocare)

Sed quis ad Hesperie venturos littora Teucros

Crederet? aut quem tum vates Cassandra. * moueret? 25

Cedamus Phæbo, & moniti meliora sequamur.

Sic ait, & cuncti dictis paremus ouantes.

Hanc quoque deserimus sedem, paucisque relictis

Vela damus, vastumque caua trabe currimus æquor.

Postquam altum tenuere rates, nec iam amplius ullæ

Appa-

Apparent terræ: cælum vndiq;, et vndiq; pontus:

Tum, mihi cœruleus supra caput astitit imber,
Noctem hyememq; ferēs, et inhorruit vnda tenēbris.

Continuò venti voluunt mare, magnaq; surgunt

5 Aequora: dispersi iactamur gurgite vasto.

Inuoluere diem nimbi, & nox humida cælum
Abstulit: ingeminant * abruptis nubibus ignes.

Excitimur cursu, & cecis erramus in vndis.

Ipse diem noctemq; negat discernere cælo,

10 Nec meminisse viæ media Palinurus in vnda.

Tres adeò incertos cœca caligine soles
Erramus pelago, toridem sine sydere noctes.

Quarto terra die primùm se attollere tandem

Visa, aperire procul montes, ac voluere fumum.

15 Vela cadunt, remis insurgimus: haud mora, nautæ

Adnixi torquent spumas, & cœrula verrunt.

Seruatum ex vndis Strophadum melittora primùm

Accipiunt. Strophades Graio stant nomine dictæ

Insulæ tonio in magno: quas dira Celæno

20 Harpyiæq; colunt altæ, Phineia postquam

Clausâ domus, mensasque metu liquere priores.

Tristius haud illis monstrum, nec seuior vlla

Pestis, & ira deūm, Strygijs sese extulit vndis.

Virginei volucrum vultus, fœdissima ventris

25 Prolunies, vncæq; manus, & pallida semper

Ora fame.

Huc ubi delati portus intrauimus, ecce

Lata boum passim campis armenta videmus,

Caprigenumq; pecus, nullo custode, per herbam.

Irruimus ferro, & diuos ipsumq; vocamus.

pag. 213, ver-
tu ultimo.

Tempestatu
descriptio, sic
vt 113, 27.

All. & syl. an.
115, 4.

Luc. in 2. Nic
hinc, nunc il-
linc abrupti.
nubibus ignes
*abrupti

Anno. syl. ex
interuallo.

Alliteratio
& comploio
poetæ fami-
liaris.

Annom. syll.
Pöt. in Actio.
208, 19.

Mac. l. 5. c. 2.

In Strophad-
as peruenit.
Vulgo Striua
li.

Fabula Har-
pyiarum.

Anno syllab.

Vide Rhod.
li. 16. cap. 26.

Dux Harpyiæ
basi cuidam
veteri opere
inest.

Vene-
tiis i templo

D. Martini
certū hodie

statuariis &
pictoribus fi-
gurandi mon-
itri præbent
exemplar.

- * partē prædamque
 ἐξ δ' αὖ δ' αὖτ',
 dabantur .n.
 Ioui prædatū
 decimæ.
 * subitō
 * plangorib*,
- In * prædam partemq; Iouem. tunc littore curuo
 Extruimusq; toros, dapibusq; epulamur opimis.
 At * subitæ horrifico lapsu de montibus adsunt.
 Harpyæ, & magnis quatiunt * clangoribus alas:
 Diripiuntque dapes, contactuque omnia sædant
 Immundo: tum vox tetrum dira inter odorem,
 Leguntur & Rursum in secessu longo, sub rupe cauata,
 112, 17.
 Vereres quo- Arboribus clausi circum atque horrentibus umbris,
 ties epulabā- Instruimus mensas, arisque reponimus ignem.
 tur, libabant
 Laribus, Rursum ex diuerso cæli, cæcisque latebris
 Syll. annom. Turba sonans prædam pedibus circumuolat uncis:
 Alliteratio, Polluit ore dapes, socijs tunc arma capestant
 Edico, & dira bellum cum gente gerendum.
 183, 9.
 Haud secus ac iussi faciunt, tectosque per herbam
 Disponunt enses, & scuta latentia condunt.
 Ergo, ubi delapsæ sonitum per curua dedere
 Littora, dat signum specula Misenus ab alta
 Misenus ceci- nit classicū,
 Annom. syll. Aere cauo: inuadunt socij, & noua prælia tentant,
 Obscenas pelagi ferro sædare volucres.
 Sed neq; vim plumis ullam, nec vulnera tergo
 Accipiunt: celerique fuga sub sydera lapsæ,
 Semesam prædam & vestigia sæda relinquunt.
 199, 10.
 Μέντιπρονῶν
 Ili. ver. 106. Vna in præcelsa consedit rupe Celeno,
 Infelix vates, rupitque hanc pectore vocem:
 Bellum etiam pro cæde bouum, stratisque iuuentis,
 25
 Laomedontiada, bellumne inferre paratis?
 Et patrio insontis Harpyas pellere regno?
 Accipite ergo animis, atque hæc mea figite dicta:
 Quæ Phæbo pater omnipotens mihi Phæbus Apollo
 Prædixit, vobis Furiarum ego maximæ pandō.
 Italiam
- Vaticinium
 Harpiæ durū
 & amarum.
 199, 10.
 Μέντιπρονῶν
 Ili. ver. 106.
 Versus plen⁹
 & grauis, qua
 lis, 106. 4.
 Φίβος.
 Ἀπώλλων.
 Vide Macr. l.
 5. c. vlt.

- Italiam cursu petitis, ventisque vocatis
 Ibitis Italiam, portusque intrare licebit.
 Sed non antè datam cingetis mœnibus urbem,
 Quàm vos dira fames, nostræque iniuria cœdis,
 5 Ambesas subigat malis absumere mensas.
 Dixit, & in sylvam pennis ablata refugit.
 Ac socijs subita gelidus formidine sanguis
 Dirigit: cecidere animi: nec iam amplius armis,
 Sed votis precibusque iubent exposcere pacem,
 10 Siue deæ, seu sint diræ obscœneque volucres.
 At pater Anchises passis de littore palmis
 Numina magna vocat, meritosque indicit honores:
 Dî prohibete minas, dî talem auertite casum,
 Et placidi seruate pios. tum littore funem
 15 Diripere, excussosque iubet laxare rudentes,
 Tendunt vela Noti: fugimus spumantibus vndis,
 Quà cursum ventusque gubernatorq; vocabant.
 Jam medio apparet fluctu nemorosa Zacynthos,
 Dulichiumque, Sameq; & Neritos ardua saxis:
 20 Effugimûs * Ithacæ scopulos, Laërtia regna:
 Et terram altricem seui execramur Vlyssis.
 Mox & Leucatæ nimbose cacumina montis,
 Et formidatus nautis aperitur Apollo,
 Hunc petimus fessi, & paræ succedimus vrbi.
 25 Anchora de prora iacitur, stant littore puppes.
 Ergo insperata tandem tellure positi,
 Lustramurque Ioui, votisque incendimus aras,
 Actiaque Iliacis celebramus littora ludis.
 Exercent patrias oleo labente palæstræ
 Nudati socij. inuat euasisse rotæ vrbes

Homœote-
 leuta.
 Repetitio.
 187, 27, 278.
 26.

Alliteratio.

170, 30.

Alliteratio.

Syll. annom.

185, 8.

Odyss. 11. adi
 Mæc. l. 5. c. 6.

Insulae sunt
 sub Imperio
 Vlyssis
 * scopulos
 Ithacæ vulg.
 Compare.
 Cæo ducato
 hodie. adi
 Char. vbi de
 Analogiaver.
 Iteris. Iteratè
 & 273, 21.
 Alludit ad lu-
 dos Actiacos
 institutos ab
 Augusto Cæ-
 sare, de victo
 Antonio ad
 Actiû, i hono-
 re Apollinis.

Argo-

81, 17. Maet.
in Som. Scip.
li. 2. c. 11. 215.
Alliteratio.

14, 9.
Inscriptio.

Rursus 239.
20. Superiore
aetate a Soly-
mano Turca-
rum Impera-
tore frustra
tentata. *1011*
* portus agno-
scit Probus. vi
de Chaonio
in Indic.
Ex Thebis Ly-
diis erat An-
dromacha.
est subaudit.
137, 15.
Alliteratio-
nes.
131, 24.
260, 15.

Cenotaphiū.
Lege. Ind. in
ver. Religio-
sa Subiti eue-
tus.
147, 20.

1. al. epithe-
ton.
Patho.

Argolicas, mediosq; fugam tenuisse per hostes,
Interea magnum sol circumuoluitur annum,
Et glacialis hyems Aquilonibus asperat undas,
Aere cauo clypeum, magni gestamen Abantis,
Postibus aduersis figo, & rem carmine signo:
(Aeneas hac de Danais victoribus arma)
Linquere tum portus iubeo, & considerare transtris,
Certatim socij feriunt mare, & aequora verrunt.
Protinus aërias Phæacum abscondimus arces,
Littoraq; Eperi legimus: * portuq; subimus
Chaonio, & celsam Butbroti ascendimus urbem,
Hic incredibilis rerum fama occupat aures,
Priamiden Helenum Graias regnare per vrbes,
Coniugio Aeacidae Pyrrhi sceptrisq; potitum,
Et patrio Andromachen iterum cessisse marito.
Obstupui: miroq; incensum pectus amore
Compellare virum, & casus cognoscere tantos.
Progredior portu, classes & littora linquens.
Solemneis tum fortè dapes, & tristia dona,
Ante urbem in luco, falsi Simoëntis ad unda m,
Libabat cineri Andromache, maneq; vocabat
Hectoreū ad tumulum: viridi quem cespite inanem,
Et geminas, causam lacrymis, sacrauerat aras.
Ut me conspexit venientem, & Troia circum
Arma amens vidit, magnis exterrita monstris
Diriguit visu in medio: calor ossa reliquit
Labitur, & longo vix tandem tempore satur:
Verane te facies, verus mihi nuntius affers
Note dea? viuis ne, aut, si lux alma recessit,
Hector ubi est? dixit, lacrymasq; effudit, & omnem
Impleuit

Implevit clamore locum. vix pauca furenti
Subijcio, & raris turbatus vocibus hisco:
Vino equidem, vitamq; extrema per omnia duco.

Anno. syll. ex
interuallo.
Alliteratio.

Ne dubita: nam vera vides.

5 Heu quis te casus deiectam coniuge tanto
Excipit? aut quæ digna satis fortuna reuisit?
Hectoris Andromache, Pyrrhin' connubia seruas?
Deiecit vultum, & demissa voce locuta est:

Semel corri-
puit, 293. 5.
Ann. syllæ. &
Alli. ex inter.
Oratio affe-
ctiuosa. quam
ducit ab exē
plo. simul ca-
sum suum ex-
plicans. Vide
Mac. l. 4 c. 6.
& Quin. li. 6.
c. 3.

O felix una ante alias Priamēia virgo,
10 Hostilem ad tumulum Troia sub mœnibus altis
Iussa mori: quæ sortitus non pertulit ullos,
Nec victoris heri tetigit captiua cubile.

Nos patria incensa diuersa per æquora vectæ,
Stirpis Achilleæ factus, iuuenemq; superbum,

15 Seruitio * enixæ tulimus: qui deinde secutus
Ledaam Hermionen, Lacedæmoniosq; hymenæos,
Me famulam famuloq; Heleno transmisit habēdā.
Ast illum, ereptæ magno inflammatus amore
Coniugis, & scelerum furys agitated Orestes,

Homæote-
leuta.
* enixē
Pyrrhus pa-
trē pro deo
colebat.
204, 27.

20 Excipit incautum, patriasque obruncat ad aras.
Morte Neoptolemi, regnorum reddita cessit
Pars Heleno: qui Chaonios cognomine campos,
Chaoniamque omnem Troiano a Chaone dixit:
Pergamaq; Iliacasq; iugis hanc addidit arcem.

7, 13-159. 9.
Pathos a lo-
co sacro.
Ann. syllab.
Καππακισ-
μὸς.

25 Sed tibi qui cursum venti, quæ fata dedere?
Aut quis te ignarum nostris deus appulit oris?
Quid puer Ascanius? superatē, & vescitur aura?
Quem tibi iam Troia.

Iteratio rela-
tium per gene-
ra.
29, 12.
1 Perissologia
Muliebriis su-
ra.
* nam.

Ecque * iam puero est amissæ cura parentis?

Ecquid in antiquam virtutem, animosq; viriles,

M Et

- Alliteratio.** *Et pater Aeneas, & auunculus excitat Hector ?
Talia fundebat lacrymans, longosq; ciebat
Incassum fletus : cum sese aymœnibus heros
Priamides multis Helenus comitantibus affert.
Agnoscitq; suos, letusq; ad mœnia ducit :
Et multum lacrymas verba inter singula fundit.
Procedo, & parvam Troiam, simulataq; magnis.
Pergama, & arentem Xanthi cognomine riuum.*
- Alliteratio.** *Agnosco, Scæq; amplector limina porta.
Necnon & Teucris socia simul vrbe fruuntur,
Illos porticibus rex accipiebat in amplis.
Aulaꝝ in medio libabant pocula Bacchi,
Impositis auro dapibus : paterasq; tenebant.
Iamq; dies alterq; dies processit : & aure
Vela vocant, tumidoq; inflatur carbasus Austro
His vatem aggredior dictis, ac talia quaeso:
Troiu gena interpres diuum, qui numina Phœbi,
Qui tripodas, Clarij lauros, qui sydera sentis,
Et volucrum linguas, & prepetis * omina penna:
Fare age (nanq; omnem cursum mihi prospera dixit
Relligio, & cuncti suaserunt numine diui
Italiam petere, & terras tentare repostas :
Sola nouum dictuque nefas Harpyia Celæno
Prodigium canit, & tristis denuntiat iras,
Obscœnamq; famem) qua prima pericula vito,
Quidve sequens tantos possim superare labores.
Hic Helenus, cœsis primùm de more iuuenis,
Exorat pacem diuum, vitasq; resolut
Sacriati capitis : meq; ad tua limina, Phœbe,
Ipse manu multo suspensum numine ducit.*

Helenus Tro
ianos in ho-
spitiũ ducit.
Sic falsi Si-
moentis 174.
20. & effigiẽ
Xanthi 191,5.

Sic aurai 268.
17. pictai 328.
19. vide Ind.
in 5. Pictat.

Alliteratio.
Ab Heleno
Aeneas petit
consilium.
ζύγυα vel
potus μισό.
ζύγυα.
* omnia im-
periti.

Sylla. annom.
re. re complo
dunt.
Vide 171, 23.
& 188, et.
Prodigium in
malam partẽ
sumitur.

373,9.
Sacra.

Alliteratio.

10

15

25

Atque

Atque hæc deinde canit diuino ex ore sacerdos.

Nate Dea (nam te maioribus ire per altum
Auspicijs manifesta fides : sic fata deum rex
Sortitur, voluitq; vices : is vertitur ordo)

3 Pauca tibi è multis, quò tutior hospita lustrès
Aequora, & Ausonio possis considerare portu,
Expeditam dictis : prohibent nam cætera Parca
Scire Helenum, fariq; vetat Saturnia Juno.

Principio Italiam, quam tu iam vere propinquam

10 Vicinosq; ignare paras inuadere portus,
Longa procul longis via diuidit inuia terris,
Antè & Trinacria lentandus remus in vnda,
Et salis Ausonij lustrandum nauibus æquor,
Inferniq; lacus, Aëæq; insula Circes :

15 Quam tuta possis urbem componere terra.
Signa tibi dicam, tu condita mente teneto.
Cum tibi sollicito secreti ad fluminis vndam
Littoreis ingens inuenta sub ilicibus sus,
Triginta capitum fœtus enixa iacebit,

20 Alba solo recubans, albi circum vbera nati:
* Is locus urbis erit, requies ea certa laborum.
Nec tu mensarum morsus horresce futuros.
Fata viam inuenient, aderitq; vocatus Apollo.
Has autem terras, Italiq; hanc littoris oram,

25 Proxima quæ nostris perfunditur æquoris æstu,
Effuge : cuncta malis habitantur mœnia Graijs.
Hic & Narycij posuerunt mœnia Locri:
Et Salentinos obsedit milite campos
Lyctius Idomeneus : hinc illa ducis Melibœi
Parua Philoctetæ subnixæ Perilia muro.

Helenus præmonet Aeneã de omnibus.

Alliteratio.

Mac in Som.
Scip. li. i. c. 7.

Versus affaber factus: de quo plura dicere, heu spaciis iniquis excludimur. Aëæ meminit Hom. Od. μ. ver. 3. te te complo dunt. Annon. syll. Quatuor sequentes versus reperias etiã pag. 306. ALBÆ origo.

Hic Docet Italiz partē versus Græciam vitãdam.

50. 19. 184. 12. ΣΑΜΟΤΡΑΚΗΣ, duplex M, ΠΕΡΑΙΑ Straboni & Stephano: nunc Pitigliano.

- Peregrina sacra. Sacrauit enim Aeneas patrio ritu, 282, 23.
- * omnia
- 191, 27. 188. 13.
- Alliteratio. Pöt. in Actio.
- Epiphonema protin. prate riti temporis Charif.
- Allit. altern. qua parte. Rhegium.
- * Implicata Mōstra explicat Syllan. & Charybdis: de quo Ho. Odyss. 22. Hyperbole. * Ad Hyppallage. * ἵπτανισμός. Rhod. li. 14. c. 3.
- * Alij pistrix, alij pritis, alij pistrix: de quibus in Indic. copiosius. 115, 25.
- Alliteratio.
- Quin, ubi transmissa steterint trans aquora classes,
Et positis aris iam vota in littore solues:
Purpureo velare comas adopertus amictu:
Ne qua inter sanctos ignes in honore deorum
Hostilis facies occurrat, & * omnia turbet. 5
Hunc socij morem sacrorum, hunc ipse teneto:
Hac casti maneant in religione nepotes.
Ast, ubi digressum Siculae te admouerit orę
Ventus, & angusti rarescent claustra Pelori:
Leua tibi tellus, & longo leua petantur 10
Aequora circuitu: dextrum fuge littus & vndas.
Hęc loca, vi quondam & vasta conuulsa ruina,
(TANTVM aui longinqua valet mutare vetustas)
Dissiluisse ferunt, cum protinus vtraque tellus
Vna foret: venit medio vi pontus, & vndis 15
Hesperium Siculo latus absce dit, aruaque & vrbes
Littore diductas angusto interluit aestu.
Dextrum Scylla latus, leuum * implacata Charybdis
Obsidet: atq; imo barathri ter gurgite vastos
Sorbet in abruptum fluctus, rursusque sub auras 20
Erigit alternos, & sydera verberat vnda.
* At Scyllam cęcis cohibet spelunca latebris
Ora extantem, & nauis in saxa trabentem.
Prima, hominis facies, & pulchro pectore virgo
Pube tenus; postrema, immani corpore * pistrix, 25
Delphinum caudas vtero commissa luporum.
Pręstat Trinacrij metas lustrare Pachyni
Cessantem, longos & circumflectere cursus;
Quam semel informem vasto vidisse sub antro
Scyllam, & cęruleis canibus resonantia saxa.*

Præterea, si qua est Heleno prudentia vati,
Si qua fides, animum si veris implet Apollo:
Unum illud tibi, nate Dea, præq; omnibus unum
Prædicam, & repetens iterumq; iterumq; monebo.

5 Junonis magnæ primùm prece numen adora.
Iunoni cane vota libens, dominamq; potentem
Supplicibus supera * donis: sic deniq; victor
Trinacria fines Italos mettere relicta.

Huc ubi delatus, Cum eam accesseris urbem,

10 Divinosq; lacus, & Auerna sonantia sylvis;
Insanam vatem aspicias, quæ rupe sub ima
Fata canit, folijsq; notas & nomina mandat,
Quæcumq; in folijs descripsit carmina virgo,

Digerit in numerum, atq; antro seclusa relinquit:

15 Illa manent immota locis, neque ab ordine cedunt.

Verùm eadem verso tenuis cum cardine ventus
Impulit, & teneras turbavit ianua frondes:
Nunquam deinde cauo volitantia prendere saxo,
Nec renocare situs, aut iungere carmina curat.

20 Inconsulti abeunt, sedemq; odere Sibyllæ.

Hic tibi ne qua moræ fuerint dispendia tanti:
Quamvis increpitent socij, & vi cursus in altum
Vela vocet, possisque sinus implere secundos:

Quin adeas vatem, precibusq; oracula poscas:

25 Ipsa canat, vocemque volens atq; ora resoluat.

Illam tibi Italij populos, venturaq; bella,
Et quo quenq; modo fugiasq; feraq; laborem,
Expedit, cursusq; dabit venerata * secundos.
Hæc sunt quæ nostra liceat te voce moneri.

Vade age, & ingentem factis fer ad æthera Troiam.

ἰπανάληψις.

Virgavit
Firm. deopif.
Dei, c. 1.

Alliteratio.

Macr. l. 3. c. 4.

Anaphora.

304, 22. Syll.

annominat.

* votis

171, 17

Vulgo lo La-

co di tre Per

gole.

Syll. annom.

Folia Sibyllæ.

Vaticinia car
mine Heroi-
co complectē
bantur.

Ann. syll. ex

interuallo.

Alliteratio.

Alliteratio.

Ann. syllab.

Idē ferē 273,

12.

Alliteratio.

* sacerdos.

Epilogus.

Pot. in Actio.

Hortatio.

Versus 9. ac-

centuum.

*Quæ postquam vates sic ore effatus amico est,
Dona dehinc auro grauiã secltoq; elephanto*

Callim. sig. Δῆ
209 versus
286. Crinit. 1.
25, cap. 9. 222.
11.
ἄνδρα δ' ἄνδρῶν.

*Imperat ad naues ferri: stipatq; carinis
Ingens argentum, Dodoneosq; lebetas,
Loricam consertam hamis auroq; trilicem,
Et conum insignis galeæ, cristasq; comant^{eis},*

5

ἑπιπλοῦρα.

Addit equos, additq; duces.

305, 11.

Συμμετρί-
μος.

Remigium supplet: socios simul instruit armis.

Interea classem velis aptare iubebat

10

Anchises, fieret vento mora ne qua ferenti.

Valedictio.

Quem Phœbi interpres multo compellat honore:

Quint. lib. 8.
cap. 6.

Coniugio Anchisa Veneris dignate superbo,

Cura deum, bis Pergameis erepte ruinis,

Ecce tibi Ausoniæ tellus: hanc arripe velis.

15

ἀνακλόρησθαι.

Demōstratio.

Et tamen hanc pelago præterlabare necesse est:

Ausonię pars illa procul, quam pandit Apollo.

Vade, ait, ô felix nati pietate, quid vltra

Pathos.

*subtemine
prisca exem-
plaria.

Pronehor, & fando surgent^{eis} demoror Austros?

Nec minus Andromache digressu mæsta supremo,

20

*Fert picturatas auri * sub tegmine vestes,*

Macr. Saturn.
li. 4. c. 6.

Ascanij di-
gnitas.

Et Phrygiam Ascanio chlamydem: nec cedit honori:

Textilibusq; onerat donis: ac talia fatur:

Pathos ab
imagine ab-
sentis.

ἑμοίω.

Amplificatio
per distribu-
tionem.

protæcondi-
mia.

Accipe & hæc, manuum tibi quæ monimēta mearum

Sint puer, & longum Andromaches testētur amorem²⁵

Coniugis Hecloree: cape dona extrema tuorum,

O mihi sola mei super Astyanactis imago.

Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat:

Et nunc equali tecum pubesceret æuo.

Hos ego digrediens lacrymis affabar obortis,

Viuite

- Viuite felices quibus est fortuna peracta
 Jam sua: nos alia ex alijs in fata vocamur.
 Vobis parta quies, nullum maris æquor arandum,
 Arua neque Ausonia semper cedentia retro
 5 Querenda: effigiem Xanthi, Troiamq; videtis,
 Quam vestrae fecere manus: melioribus opto
 Auspicijs, & quæ fuerit minus obuia Graijs.
 Si quando Tybrim, vicinaq; Tybridis arua
 Intraro, gentiq; mea data mœnia cernam:
 10 Cognatasque vrbes olim, populosq; propinquos
 Epeiro Hesperia, quibus idem Dardanus auctor,
 Atque idem casus, vnam faciemus vtranque
 Troiam animis: maneat nostros ea cura nepotes.
 Prouehimur pelago vicina Ceraunia iuxta:
 15 Unde iter Italiam, cursusq; breuissimus undis.
 Sol ruit interea, & montes vmburantur opaci.
 Sternimur optate gremio telluris ad undam
 Sortiti remos, passimq; in littore sicco
 Corpora curamus: fessos sopor irrigat artus.
 20 Nec dum orbem medium nox horis acta subibat,
 Haud seguis strato surgit Palinurus, & omnes
 Explorat ventos, atque auribus aëra captat.
 Sydera cuncta notat tacito labentia cælo:
 Arcturum, * pluuiasq; Hyadas geminosq; Triones,
 25 Armatumq; auro circumspicit oriona.
 Postquam cuncta videt cælo constare sereno,
 Dat clarum è puppi signum: nos castra mouemus,
 Tentamusq; viam, & velorum pandimus alas.
 Iamq; rubescebat stellis aurora fugatis:
 Cùm procul obscuros colles, humilemq; videmus

Viuit felices,
 quibus sua, &c.
 notanda lo-
 quedi forma.
 16, 3, 6.

174, 20 : 176, 7.

Alliteratio.
 Alludit ad
 amplitudinē
 Romani Im-
 perij.
 Syl. ann. ex
 interuallo.

Nunc la Ci-
 mera.
 168. 14.
 Temporis de
 scriptio.

Alliteratio.

Στρυμονί-
 μός.
 a vocalis af-
 fultus atten-
 tionī aptus: vt
 116, 8. 147, 9.
 Locum ex O-
 dyf. 5, confert
 Mac. l. 5, c. 11.
 *plidas
 Spondaicus
 versus.
 Castra de na-
 uibus.
 ficut, Pelago-
 q; volamus.

- ἠναφωρὰ. *Italiam. Italiam primus conclamat Achates,*
 Anaphora. *Italiam lato socij clamore salutant.*
 ταυτολογία. *Tum pater Anchises magnum cratera corona*
 Mos coronæ di pocula: 66 *Induit, implevitq; mero: diuosque vocavit*
 23. 135, 10. *Stans celsa in puppi.* 5
 279, 17. 239, 17.
 Votum Anchisa. *Dij, maris & terræ tempestatumq; potentes,*
 Triplex allit. *Ferte viam vento facilem, & spirate secundi.*
Crebrescunt optatæ aura: portusq; patescit
fam propior, templumq; apparet in arce Minervæ.
Vela legunt socij, & proras ad littora torquent. 10
 Portus descibitur. *Portus ab Eoo fluctu curuatur in arcum:*
Obiectæ salsa spumant aspergine cautes:
Ipse latet, gemino dimittunt brachia muro
Turriti scopuli: refugitq; à littore templum.
 Primum omen. *Quatuor hîc, primum omen, equos in gramine vidi* 5
 420, 30. *Tondentes campum latè, candore niuali.*
 Hyperbole, *Et pater Anchises, Bellum ô terra hospita portas:*
 Antiphrasis. *Bello armantur equi: bellum hæc armenta minantur.*
 Reddit ratio nem. *Sed tamen ydem olim curru succedere sucti*
 ἀνακόληθον. *Quadrupedes, & frena iugo concordia ferre,* 20
 Alliteratio. *Spes est pacis, ait. tum numina sancta precamur*
 178. 3. Ph. am. *Palladis armisonæ, quæ prima accepit ouantes:*
 titulo, Fulgentius. ver. *Et capita ante aras Phrygio velamur amictu:*
 eodem nos *Præceptisq; Heleni, dederat quæ maxima, rite*
 Christiani itidem amictu. *Iunoni Argivæ iussos adolemus honores.* 25
 Spondaicus vers. *Haud mora, continuò perfectis ordine votis,*
 Pôt. in actio. *Cornua velatarum obuertimus antenarum:*
 Regrediuntur Troiani ex Italia, petitori alteri latus. *Graingenumq; domos, suspectaq; linquimus arua.*
 Ind in v. Ta. *Hinc sinus Herculei (si vera est fama) Tarenti*
 xxi. *Cernitur: attollit se diua Lacinia contrâ,*

- Caulomisq; arcēs, & nāuī frāgūm scylūceum.
 Tum procul è fluctu Trinacria cernitur Aetna :
 Et gemitum ingentem pelagi, pulsataque saxa
 Audimus longè, fractasq; ad littora voces :
- 5 Exultantq; vada, atque aestu miscentur arenæ.
 Et pater Anthises, Nimirum hæc illa Charymbdis :
 Hos Helenus scopulos, hæc saxa horrenda canebat.
 Eripite ô socij, pariterq; insurgite remis.
 Haud minus ac iussi faciunt: primusq; rudentem
- 10 contorsit, laevas proram Palinurus ad vndas :
 Laenam cuncta cohors remis ventisq; petiuit.
 Tollimur in cælum curuato gurgite, & iidem
 Subducta ad manes imos * descendimus vnda.
 Ter scopuli clamorem inter caua saxa dedere :
- 15 Ter spumam elisam & rorantia vidimus astra.
 Interea fessos ventus cum sole reliquit :
 Ignariq; via Cyclopum allabimur oris.
 Portus ab accessu ventorum immotus, & ingens
 Ipse, sed horripicis iuxta tonat Aetna ruinis :
- 20 Interdumq; atram prorumpit ad æthera nubem,
 Turbine fumantem piceo, & cadente fauilla :
 Attollitq; globos flammarum, & sydera lambit :
 Interdum scopulos auulsaque viscera montis
 Erigit eructans, liquefactaq; saxa sub auras
- 25 Cum gemitu gomerat, fundoq; exęstuat imo.
 Fama est, Enceladi semustum fulmine corpus
 Urgeri mole hac, ingentemq; insuper Aetnam
 Impositam, ruptis flammam expirare caminis :
 Et, fessum quoties * mutat latus, intremere omnem
 Murmure Trinacriam, & cælum subtexere fumo.

Require Scylacæum in Ind.
 Trinacria Æt
 na, à tribus
 promōtorijs.
 Complosio.

An succinēti
 tibi hos ver
 sus, vel audiē
 ti, Ætne & pe
 lagi gemitus
 aures non fe
 rit ?

17, 14.

Hypotyposis,
 Quid excogi
 tatus ad cō
 parādā admiratiōē ?

* defedimus
 Odyll. Vide
 Macr. l. 5. c. 6.
 Anaphora.

268, 29.

Ætne descri
 ptio.
 Pont hunc lo
 cū examinat
 in Ant. cōtra
 Virgil. masti
 gas. Vide Gel.
 lib. 17, c. 10.

47, 7

Idē Pōr. cod.
 Sic supra, pul
 sataque laxa.

151, 5

Idē Pōr. cod.

351, 19.

In annomi
 nantium syl.
 altern.

* motat

Sicilia mon-
strifica.

Æthra prius

Ennij fuit :

Mac. l. 6. c. 4.

Mora spōdai

ca apta rei, de

qua agitur.

Iterat 189, 12

Hysterō pre-

ron in sensu.

Achemeni-

des.

147, 27.

promissa 22,

12.

77, 26.

Decorum.

11, 25.

Alliterario.

Insinuatio.

Confutatio.

Quidam spō

deū faciētes,

ī cōtrahebāt

in synalce-

phen, quod

non probat

Charif. p. 8.

Tribrachus,

sedibuscadēs

in pentheini

meri longat.

At Pōt inuta

to numero :

pereo homi-

nū manibus.

vt sit com-

plōsio,

Noctem illam tecti syluis immania monstra
Perferimus, nec quæ sonitum det caussa videmus.

Nam neq; erant astrorum ignes, nec lucidus æthra

Sydera polus: obscuro sed nubila cælo,

Et Lunam in nimbo nox intempesta tenebat.

Postera iamq; dies primo surgebat Eoo,

Humentemq; Aurora polo dimouerat umbram:

Cum subito è syluis, macie confecta suprema,

Ignoti noua forma viri, miserandaq; cultu

Procedit, supplexq; manus ad littora tendit.

Respicimus: dira illuuiēs, immissaq; barba,

Consertum tegmen spinis: at cætera Graius,

Et quondam patrijs ad Troiam missus in armis.

Isg; vbi Dardanios habitus & Troia vidit

Arma procul, paulum aspectu conterritus hæsit,

Continuitq; gradum: mox sese ad littora præcepit

Cum fletu precibusq; tulit: Per sydera testor,

Per superos, atque hoc celi spirabile numen;

Tollite me Teucris, quascunque abducite terras,

Hoc sat erit: sciō me Danais è classibus vnum,

Et bello fliacos fateor petiisse penates.

Pro quo, si sceleris tanta est iniuria nostri,

Spargite me in fluctus, vastoq; immergite ponto.

Si pereo manibus hominum, periisse iuuabit.

Dixerat: & genua amplexus, genibusq; volutans

Hærebat. Qui sit, fari, quo sanguine cretus,

Hortamur: quæ deinde agitet fortuna fateri.

Ipse pater dextram Anchises, haud multa moratus,

Dat iuueni, atq; animum præsentis pignore firmat.

Ille hæc, deposita tandem formidine, fatur:

- Sum patria ex Ithaca, comes infelicis Ulyssi,
 Nomine Achæmenides, Troiam genitore * Adamaſto
 Paupere (mansissetq; vti nam fortuna) profectus.
 Hic me, dum trepidi crudelia limina linquunt,
 5 Immemores socij vasto Cyclopiſ in antro
 Deſeruerunt: domus sanie dapibusq; cruentis
 Intus opaca, ingens: ipse arduus, altaq; pulſat
 Sydera, (Dij talem terris auertite peſtem)
 Nec viſu facilis, nec dictu affabilis vlli,
 10 Viſceribus miſerorum, & ſanguine veſcitur atro.
 Vidi egomet, duo de numero cum corpora noſtro
 Preſſa manu magna, medio reſupinus in antro
 Frangeret ad ſaxum, ſanieq; * aſperſa natarent
 Limina: vidi, atro cum membra fluentia tabo
 15 Manderet, & tepidi tremere ſub dentibus artus.
 Haud impunè quidem: nec talia paſſus Ulyſſes,
 Oblitus ve ſui eſt Ithacus diſcrimine tanto.
 Nam ſimul expletus dapibus, vinoq; ſepultus,
 Cervicem inflexam poſuit, iacuitq; per antrum
 20 Immenſum, ſaniem eructans & fruſtra cruento
 Per ſomnum commiſſa mero: nos magna precati
 Numina, ſortitiq; vices, vna vndique circum
 Fundimur, & telo lumen * terebramus acuto
 Ingens, quod torua ſolum ſub fronte latebat,
 25 Argolici clypei aut Phæbeæ lampadis inſtar:
 Et tandem læti ſociorum vlcificimur vmbraſ.
 Sed* fugite ô miſeri, fugite, atq; à littore funem
 Rumpite.
 Nam qualis quantuſq; cauo Polyphemus in antro
 Lanigeras claudit pecudes, atq; vbera preſſat:

Qui ſit. 187,

19
 * Adamaſco
 obſtinatiſſi-
 mè Aldini
 codices.

Cur hic ſit.

Deſcriptio
 anti Cyclo-
 piſ.

Antonoma-
 ſiæ ſpecies à
 corpore ſum-
 pta.

Pathos p ex-
 clamationē,
 Mac. l. 5, c. 14.
 Pathos ab at-
 teſtatione.

μυταξιμῶς.

* experſa

343, 85.

Arte labora-
 tus verſus, præ-
 ter cætera. d, t,
 r, literarū fre-
 quentia.

Epitheton à
 loco.

Mac. l. 5, c. 14.

Tmeſis.

Añ. ſyl ex int.

* tenebramus

Alliteratio.

* pari ex affe-
 ctu ingemina-
 tur 166, 2. &
 161, 19.

Polyphemus:
 ſecundum Lu-
 cilium pedes
 longus ducentos.
 Lege Cri-
 nit. l. 17. c. 3.

Centum alij curua hæc habitant ad littora vulgò
Inſandi Cyclopes, & altis montibus errant.

Pathos ex tē-
pore
Comiseratio
nem mouet
à circumſtan-
tijs.

Tertia iam Lunæ ſe cornua lumine complent,
Cùm vitam in ſyluis, inter deſerta ferarum
Luſtra domosq; traho: vaſtoſq; ab rupe Cyclopas
Proſpicio, ſonitumq; pedum vocemq; tremiſco.

Victum infelicem, bæccas, lapidoſaq; corna,
Dant rami, & vulſis paſcunt radicibus herbæ.

* primam

Omnia colluſtrans, hanc * primùm ad littora claſſem
Conſpexi venientem: huic me, quæcunq; fuiſſet,

Addixi, ſatis eſt gentem effuſiſſe nefandam.

Vos animam hanc potius quocunq; abſumite letho.

Vix ea ſatus erat, ſummo cùm monte videmus

Ipfum inter pecudes vaſta ſe mole mouentem

Paſtorem Polyphemum, & littora nota petentem.

Monſtrū horrèdū, informe, ingēs, cui lumen ademptū.

Trunca * manum pinus regit, & veſtigia firmat:

Lanigeræ comitantur oues. ea ſola voluptas,

Solamenq; mali, * de collo fiſtula pendet.

Poſtquam altos tetigit fluctus, & ad æquora venit,

Luminis effoſſi fluidum lauit inde cruorem,

Dentibus infrendens gemitu: graditurq; per æquor

Iam medium, nec dum fluctus latera ardua tinxit.

Nos procul inde fugam trepidi celerare, recepto

Supplice, ſic merito: tacitiq; incidere funem:

* Verrimus & proni certantibus æquora remis.

Senſit, & ad ſonitum vocis veſtigia torſit.

Verùm vbi nulla datur dextram affectare poteſtas,

Nec potis Ionios fluctus æquare ſequendo:

Clamorem immenſum tollit, quo pontus & omnes

Intre-

All. & ſyl. an.
Homœotel.
verſ.

Alliteratio.
Polyphemus.
* manu

Vide Quint.
lib 8. cap. 4.

* Hoc non ul-
li ſubdititiū
putant, q̄ nec

Homerus, quē
hic noſter ſe-
quitur, huius
fiſtulæ memi-
nerit.

Ex concurſu
earundē vo-
caliū magna
fit vocalitati

acceſſio.
* Vertimus i
docti.

294, 11.
id eſt, dum ſe
quæretur.

Intremuere unda, penitusque exterrita tellus
 *Italia, curuisque immugit Aetna caavernis.
 At genus è syluis Cyclopum, & montibus altis
 Excitum ruit ad portus, & littora complet.

5 Cernimus astantes nec quicquam lumine toruo
 Aetnaeos fratres, caelo capita alta ferentes,
 Concilium horrendum: quales cum vertice celso
 Aerię quercus, aut coniferę cyparissi
 Constiterant, sylua alta Jouis, lucusve Dianę.

10 Precipites metus acer agit, quocunque rudentes
 Excutere, & ventis intendere vela secundis.
 Contra iussa * monent Heleni, Scyllā atq; Carybdim
 Inter vtranque viam lethi discrimine paruo.
 Nūteneant cursus: certum est dare lintea retro.

15 Ecce autem Boreas angusta a sede Pelori
 Missus adest: viuo preteruehor ostia saxo
 Pantagię, Megarosque sinus, Tapsumque iacentem.
 Talia monstrabat relegens errata retrorsum
 Littora Achemenides, comes infelicis Ulyssi.

20 Sycanio pregenta sinu iacet insula contra
 Plemmyrium vndosum: nomen dixere priores
 Ortygiam. Alpheum fama est huc Elidis amnem
 Occultas egisse vias subter mare, qui nunc
 Ore Arētusa tuo Siculis confunditur vndis.

25 Numina magna loci iussi veneramur: & inde
 Exupero prepingue solum stagnantis Elori.
 Hinc altas cautes, proiectaque saxa Pachyni
 Radimus: & fatis nunquam concessa moueri
 Apparet Camarina procul, campi que Geloi,
 Immanis que Gela, fluij cognomine dicta.

Hyperbole.
 *Trinacria,
 Actua, Mon-
 gibello &
 Moncibel Pe-
 trarcha quasi
 Mulciber: de
 quo in Stoi-
 co.
 Aetnos, i.
 magnos. Rh.
 lib. 11 c. 56.
 Allit. cū inle-
 quēti versu.

214, 24.
 * mouent
 331, 26;

Faro di Me-
 fina, Pātagi-
 es Plin. Pan-
 chus Ptolō-
 mæo.
 Sex trisylla-
 borum conti-
 nuatio implet
 numerum, vt
 167, 10.
 Ortygia, qua
 si venulta.
 Alpheus cū
 Arethusa fō-
 te Alabus.
 Ptolemæo.
 Pōt. in Aëtio.
 Ε'λ'ά'ρη.
 Periphrasis,
 promōtorij,
 vulgū Cauo-
 palaro.
 Camarina,
 vrbs prope pa-
 ludem.
 Chæiza vul-
 go.

Arduus

Agragas Me-
la: alij Agri-
genum.

Alliteratio.

Hypallage.

Selinus Plin.

Properat cele-

ritate da&lyli

cafeuadere Li-

lybeia saxa.

Drepana Pli.

Trapant vul-

gus.

* actis.

Pathos a mi-

norii.

171,9.

Quod supra

Poeta ex plo-

na sua inde-

scripsit, vide

Mac. li 5. c. 2.

Epilogus.

*Ardus inde Agragas ostentat maxima longè
Mœnia, magnanimum quondam generator equorū.*

Teque datis linquo ventis palmosa Selinis,

Et vada dura lego saxis Lilybeia cæcis.

Hinc Drepani me portus & illætabilis ora

*Accipit. hinc pelagi tot tempestatibus * actus,*

Heu genitorem, omnis curæ casusq; leuamen,

Amitto Anchisen. hinc me pater optime fessum

Deseris, heu tantis nequicquam erepte periclis.

Nec vates Helenus, cum multa horrenda moneret,

Hos mihi prædixit luctus, non dira Celæno.

Hic labor extremus, longarum hæc meta viarum.

Hinc me digressum vestris deus appulit oris.

Sic pater Aeneas intentis omnibus vnus

Fata renarrabat diuim, cursusq; docebat.

Conticuit tandem, factoque hinc sine quieuit.

A D I L O N.

Vritur in quarto Dido, flammasq; fatetur.

HERENNII MODESTINI I. C. 20

in III. librum Aeneidos Argumentum.

Maro hunc

lib. ad exem-

plū III. Ar-

gonaunicōn

Apollonij effi-

griauit. vide

Mac. l. 5. c. 17.

* Videt.

De Didone &

Aenea id to-

tū a Marone

cōfictū, quod

ipsa epigram-

mate Græco

apud Auson.

sōquetia est.

At regina graui Veneris iam carpitur igne.

Consultitur soror Anna: placet succumbere amanti.

Fiunt sacra deis, onerantur numina donis.

Itur venatum: Veneris clam fœdera iungunt.

acti fama volat: monitus tunc nomine diuum

Aeneas, classēq; fugæ sociosq; parabat.

Sensit amans Dido precibus conata morari.

*Postquam fata * iubent, nec iam datur vlla facultas,*

Conscenditq; pyram, dixitq; nouissima verba,

Et vitam infelix multo cum sanguine fudit.

P. U. M.

P. V. M. AENEIDOS
LIBER QVARTVS.



T regina graui iam dudum sa-
cia cura,
Vulnus alit venis, & cæco carpi-
tur igni.

*M*ulta vivi virtus animo, mul-
tusque recurſat

10 *G*entis honos: hærent infixi pectore vultus,
*V*erbaq; : nec placidam membris dat cura quietem.
*P*oſtera Phœbea luſtrabat lampade terras,
*H*umentemq; aurora polo dimouerat vmbra,
*C*um ſic vnanimem alloquitur male ſana ſororem:

15 *A*nna ſoror, quæ me ſuſpenſam inſomnia * terrent.
*Q*uis nouus hic noſtris ſucceſſit ſedibus hoſpes?
*Q*uem ſeſe ore ferens. quàm forti pectore & armis?
*C*redo equidem (nec vana fides) genus eſſe deorum.
*D*ECENERES animos timor arguit. heu quibus ille

20 *L*actatus fatiſ, quæ bella exhauſta canebat?
*S*i mihi non animo fixum immotumque ſederet,
*N*e cui me vincolo vellem ſociare iugali,
*P*oſtquam primus amor deceptam morte ſefellit:
*S*i non perteſum thalami tædæq; fuiſſet:

25 *H*uic vni forſan potui ſuccumbere culpa.
*A*nna (fatebor enim) miſeri poſt fata Si chæi.
*C*onjugis, & ſparſos fraternæ cæde penates,
*S*olus hic inflexit ſenſus, animumq; labantem
*I*mpulit: agnoſco veteris veſtigia flammæ.
*S*ed mihi vel tellus optem prius ima debiſcat,

Quid hæc ex-
plicatione ſe-
darius?

Fluunt ipſi le-
niter numeri
nulla arte,
nullaq; cura
temperati.
Syll. annom.
228, 5.
ἐπιναφικὰ.

Diei ortus de-
ſcriptio, qua-
lis ferè 184.6.
mal. ſan.

ὁ ἐν ἐπιναφικῶν
τασκήν.

Amantis ora-
tio.

* terret? vide-
bis Mac. pag.
5 d' Char. pa.
67. & 199. no-
ſtra edit.

Hiatu nume-
rus ſolidiſcit,
191, 5.

Alliteratio.
de quo 122,
17.

33, 25.
Syll. annom:
378, 8. 447. 59.

Vel

Obtestatio,
in qua ratio-
nis consilio
appetitui al-
quantulum
resistit.
* violo,
* resoluo.
peroratio.

Σιγματιο-
μῆς.

Salutatio.
Obiurgatio
vice proposi-
tionis.

141, 24.

Cōfutatō ab
inutili.

Tyros, vel Ty-
rus, Sor He-
brais, Sur-
vulgō, aliquā
do ditōnis
Venera.

A necessario
non Γαιτῆ-
λας, sed Γαι-
τῶλις appel-
lat Artemi-
dorus: ex
quo defendi-
tur illud Ovi-
dij, Quid du-
bitas vincitā
Getulo me
tradere Iar-
bæ?

* Hunc
A consequen-
tibus.

Vnissyllabæ
voces versus
stabiliant re-
norem.

Peroratio.
* Quassate-
que rates.

Vel pater omnipotens adigat me fulmine ad umbras.

Pallentes umbras Erebi, noctemq; profundam:

Antè pudor quam te * violo, aut tua iura * resoluā.

Ille meos, primus qui me sibi iunxit, amores

Abstulit: ille habeat secum, seruetq; sepulchro.

Sic effata, sinum lacrymis impleuit obortis.

Anna refert: O luce magis dilecta sorori,

Solane perpetua mœrens carpere iuuenta?

Nec dulces natos, Veneris nec præmia noris?

Id cinerem aut manes credis curare sepultos?

Estō: agram nulli quondam flexere mariti,

Non Libya, non antiè Tyro despectus farbas,

Ductoresq; alij, quos Africa terra triumphis

Dives alit: placitōne etiam pugnabis amori?

Nec venit in mentem, quorum confederis aruis?

Hinc Getula vrbes, genus insuperabile bello,

Et Numidæ infreni cingunt, & inhospita Syrtis:

Hinc deserta siti regio, lateq; furentes

Barcai, quid bella Tyro surgentia dicam,

Germanique minas?

Dijs equidem auspiciis reor & Junone secunda

* Huc cursum Hiacas vento tenuisse carinas.

Quam tu urbem soror hanc cernes, quæ surgere regna

Coniugio tali, Teucrum comitantibus armis

Punica se quantis attollet gloria rebus?

Tu modò posce deos veniam, sacrisque litatis

Indulge hospitio, causasque innecte morandi:

Dum pelago desæuit hyems, & aquosus urion:

* Quassatæq; rates, & non tractabile cælum.

His dictis incensum animum inflammavit amore,

Spemque

Spemq; dedit dubia menti, soluitq; pudorem.
 Principio delubra adeunt, pacemque per aras
 Exquirunt: maestant lectas de more bidentis

* Legifera Cereris, Phœboq; patrique Lyæo:

5 Iunoni ante omnes, cui vincla iugalia cura.
 Ipsa tenens dextra pateram pulcherrima Dido
 Candentis vaccæ media inter cornua fundit:

Aut ante ora deum pingues spatatur ad aras,
 Instauratq; diem donis: pecudumque reclusis

10 Pectoribus inhians, spiritantia consulit exta.

HEU vatum ignara mentes, quid vota furentem,

Quid delubra iuuant? est mollis flamma medulas
 Interea, & tacitum vivit sub pectore vulnus.

Uritur infelix Dido, totaque vagatur

15 Urbe furens: qualis coniecta cerua sagitta,
 Quam procul incautam nemora inter Crassia fixit
 Pastor agens telis, liquitq; volatile ferrum,
 Nescius: illa fuga sylvas saltusque peragrat
 Diætos, hæret lateri lethalis arundo.

20 Nunc media Aeneam secum per mœnia ducit,
 Sidoniaeque ostentat opes, urbemque paratam.
 Incipit effari, raediaq; in voce resistit.

Nunc eadem labente die conuiuia querit:
 Iliacosque iterum demens audire labores

25 Exposcit, pendet iterum narrantis ab ore.
 Post, ubi digressi, lumenq; obscura vicissim
 Luna premit, suadentq; cadentia sydera somnos:
 Sola domo mæret vacua, stratisque relictis
 Incubat: illum absens absentem auditq; videtq;.

Aut gremio Ascanium, genitoris imagine captum,

N Detinet,

Maer. 187.

20, 25. Hostia consultatoria, Mac. li. 3, c. 5.

* Frugifera Iuno pronuba. Hunc quidem locum. Mac. exposuerat.

Sat. li. 3, c. 11. ceterum iniuria temporum ea expositio desideratur. Hostia consultatoria.

Exclamatio.

Cōp. ex Illi 2. ver. 475.

Mac. li. 5, c. 6. 325, 25. 88, 27. Allite.

Alliteratio.

Amplificat.

Vis amoris, Apoliopelis.

Naso. Narrantis coniunx pœdet ab ore vixi, 137. 14. Sigmatismos Pathos.

Detinet, infandum si fallere possit amorem.

Negligentes
reddit amor.

Non cœpta assurgunt turres, non arma iuuentus

Exercet, portus ve aut propugnacula bello

Tuta parant: pendent opera interrupta, minaq;

Alliteratio.
Allit. cō in se-
quēti versu.

Murorum ingentes, æquatq; machina cœlo.

Quam simul ac tali persensit peste teneri

Cara Iouis coniux, nec famam obstare furori,

Alliteratio.
te te complodunt.

Talibus aggreditur Venerem Saturnia dictis:

Iliad. v. v. 33.

Egregiam verò laudem & spolia ampla resertis,

Ironia, qua
argumentū a
turpi propo-
nit.

Tuq; puerq; tuus, magnūq; memorabile * nomen, 10

Una dolo diuinū si scœmina victa duorum * est.

* nomen.

Nec me aded fallit, veritam te mœnia nostra,

A causā inho-

Suspiciā habuisse domos Carthaginis alta.

nesta.

Sed quis erit modus? aut quo nunc certamine tanto?

* est alij de-

Quin potius pacem aeternam, pactosq; hymenæos 15

lent.

Exercemus? habes quod tota mente petisti.

Alliteratio.

Ardet amans Dido, traxitq; per ossa furor m.

Consilium.

A facili, ante

Communem hunc ergo populum, paribusque regamus

cedenti, &

Auspicijs: liceat Phrygio seruire marito,

opportuno.

Dotalesq; tuæ Tyrios permittere dextræ.

Epilogus.

Alliteratio.

Olli (sensit enim simulata mente locutam,

* aduertet

Quo regnum Italia Libycas * auerteret oras)

Venus appro-

Sic contra est ingressa Venus: Quis talia demens

bat sententiā

Abnuat? aut tecum malit contendere bello?

Iunonis.

Alliteratio.

Si modò, quod memoras, factum fortuna sequatur. 25

Allit. ex int.

Sed fatis incerta feror, si Iuppiter vnā

135, 18.

Esse velit Tyrijs urbem Troiaq; profectis,

Allit. 202, 29

Miscerive probet populos, aut scœdera iungi.

Excip. 336, 13

Tu coniux, tibi fas animum tentare precando

Suls. 267, 23.

Perge, sequar, tum sic excepit regia Iuno.

Allit. 202, 29

Excip. 336, 13

Suls. 267, 23.

Mecum

Mecum erit iste labor, nunc qua ratione, quod instat,

* Conferi possit, paucis, aduerte, docebo.

Venatum Aeneas, vnaq; miserrima Dido

In nemus ire parant, ubi primos crastinus ortus

9 Extulerit Titan, radijsque retexerit orbem.

His ego nigrantem commissa grandine nimbum,

Dum trepidant alæ, saltusq; indagine cingunt,

Desuper infundam, & tonitru cælum omne ciebo.

Diffugient comites, & nocte tegentur opaca.

10 Speluncam Dido, dux & Troianus eandem

Deuenient: adero, & tua si mihi certa voluntas,

Connubio iungam stabili, propriamq; dicabo.

Hic hymeneus erit. Non aduersata petenti

Annuit, atque dolis risit Cytherea repertis?

15 Oceanum interea surgens aurora * reliquit:

11 * portis iubare exorto delecta iuuentus:

Retia cara, plage, lato venabula ferro,

Massyliq; ruunt equites, & odora canum vis.

Reginam thalamo cunctantem ad limina primi

20 Pænorum expectant: ostroq; insignis & auro

Stat sonipes, ac frena ferox spumantia mandit.

Tandem progreditur magna stipante caterua,

Sidoniam picto chlamydem circumdata limbo:

Cui pharetra ex * auro crines nodantur in aurum,

25 Aurea purpuream subnectit fibula vestem.

Nec non & Phrygij comites, & letus filius

Incedunt. ipse ante alios pulcherrimus omnes

Infert se socium Aeneas, atq; agmina iungit.

Qualis, ubi Hybernæ Lyciam, Xanthiq; fluentæ

Deserit, ac Delum maternam inuisit Apollo,

* Quo feri-
Narratio, &
consilium.

A circumsan-
tiis facilitatē
rei ostendit.

Astutia Iuno
nis, 194, 17.

Indago, Græ-
cè εὐρυ-
μῆς & plaga-
rū series in

uatros arre-
ctarū signifi-
catur.

reperitur.

194, 21.
Legimus &

113, 19.

Venus an-
nuuit.

* relinquit
* portans im-
peritē admo-
dum legitis.

Bremius, dū
reia putat eē
quarti casus.

Allit. eū inse-
quenti versis.
Plenus & so-
nor⁹ versus.

Allit duplex
Oui q̄ limb⁹
obibat aute⁹
* humero.

Anadiplotis,
nā & pulcher-
rimę genitri-
cis filius: vt

196, 23.
Compar.

Hic poeta vñ
imitat⁹ fuif-
se Callima-
chū. Qu. l. 8. c.

- Rhod. lib. & c. 3. *Instauratq; choros : mistiq; altaria circum*
 Ficti cur, in *Crete, squē, Dryopesq; fremunt, pictiq; Agathyrsi :*
 Indice disse- *Ipse iugis Cynibi graditur, molliq; fluentem*
 ruimus, 349, *Fronde premit crinem fingens, atque implicat auro :*
 23. *Tela sonant humeris. haud illo segnior ibat*
 Iliad. α. v. 45. *Aeneas : tantum egregio decus enitet ore.*
 τὸξ ἀμύων *Postquam altos ventū in montes, atq; inuia lustra,*
 ἔχων, &c. *Ecce ferę saxi deiectę vertice caprę*
 Venationis *Decurrere iugis : alia de parte patentis*
 descriptio. *Transmittunt cursu campos, atq; agmina cerui*
 e terminatę *Puluerulenta fuga glomerant. montesq; relinquunt.*
 dictiones au- *At puer Ascanius medijs in vallibus acri*
 ribus satisfac- *Gaudet equo : iamq; bos cursu, iam præterit illos :*
 ciunt. *Spumantemq; dari pecora inter inertia votis*
 Mac. li. 6. c. 4. *Optat aprum, aut fuluum descendere monte leonem.*
 Alliteratio. *Interea magno misceri murmure cælum*
 Obserua iu- *Incipit : insequitur commista grandine nimbus.*
 uenilem affe- *Et Tyrij comites passim, & Troiana iuuentus.*
 ctū maiora vi *Dardanius hepos Veneris, diuersa per agros*
 ribus optan- *Tecta metu petiere : ruunt de montibus amnes.*
 tem. Aul. Ge. *Speluncam Dido, dux & Troianus eandem*
 2. c. 26. *Deueniunt : prima & Tellus & pronuba Iuno*
 αὐτακισμός. *Dant signum : fulsere ignes & conscius ather*
 193, 6. *Connubij, summoq; vlularunt vertice Nymphę*
 Syll. annom. *Ille dies primus lethi, primusque malorum*
Causa fuit. neque enim specie fama ve mouetur,
Nec iam furtiuum Dido meditatur amorem :
 Legim^s 193 *Coniugium vocat, hoc prætexit nomine culpam.*
 10. *Extemplo Libyę magnas it fama per vrbes :*
 Coniugium ** FAMA, malum quo non aliud velocius ullum :*
 Didonis & *Mobili-*
 Aenez.
 Prodigia in-
 auspicarum
 nuptiarum.
 διακοτή.

* Fama ma-
lum, qua
ma ma com-
plodunt.

Mobili-

Mobilitate viget, viresque acquirit eundo.
 Parua metu primò, mox sese attollit in auras :
 Ingrediturq; solo, & caput inter nubila condit.
 Illam Terra parens, ira irritata deorum,
 5 Extremam (ut perhibent) Cæo Enceladoque sororẽ
 Progeniuit, pedibus celerem, & pernicibus alis :
 Monstrũ horrendũ, ingens: cui quot sunt corpore plu-
 Tot vigiles oculi * subter (mirabile dictu) (ma,
*Sedibus optatis * gemina super arbore sidunt:*

Discolor vnde auri per ramos aura refulsit.

Quale solet syluis brumali frigore viscum

Fronde virere noua, quod non sua seminat arbor,

Et croceo saetu teretes circundare truncos:

Talis erat species auri frondentis opaca

Illice, sic leni crepitabat bractea vento.

Corripit extemplo Aeneas, auidusque refringit

Cunctantem, & vatis portat sub tecta Sibyllae.

Nec minus interea Misenum in littore Teucris

Flebant, & cineri ingrato suprema ferebant.

Principio pinguem tegdis & robore secto

Ingentem struxere pyram: cui frondibus atris.

Intextunt latera, & ferales ante cupressos

Constituunt, decorantq; super fulgentibus armis.

Pars calidos latices & abena vndantio flammis

Expediunt, corpusq; lauant frigentis, & vngunt.

Fit gemitus: tum membra toro defleta reponant.

Purpu-

Purpureasq; super vestes, velamina nota,
Coniungunt. pars ingenti subiere phevetro,
Triste ministerium, & subiectam more parentum
Auerſi tenuere facem. congesta cremantur

5 Thurea, dona dapes, fuso cratères oliuo.

Postquam collapsi cineres, & flamma quieuit,
Reliquias vino & bibulam lauere fauillam:
Ossaq; lecta cado texit Chorineus abens.

Idem ter socios pura circumtulit vnda,

10 Spargens rore leui & ramo felicitis * oliuæ:

Lustravitque viros, dixitq; nouissima verba.

At pius Aeneas ingenti mole sepulchrum

Imponitq; suaque arma viro, remumque, tubamque,

Monte sub aërio, qui nunc Misenus ab illo

15 Dicitur, eternumque tenet per secula nomen.

His actis, properè exequitur præcepta Sibylla.

Spelunca alta fuit, vastoque immanis hiatu,

Scrupea, tuta lacu nigro, nemorumque tenebris:

Quam super haud vllæ poterant impunè volantes

20 Tendere iter pennis: talis sese halitus atris

Faucibus effundens supera ad conuexa ferebat.

Vnde locum Graij dixerunt nomine * Aornon.

Quatuor hinc primùm n * n̄ grantes terga iuuenços

Constituit: frontique inmergit vna sacerdos:

25 Et summas carpens media iter cornua setas,

Ignibus imponit sacris libamina prima,

Voce vocans Hecaten, cæloque Ereboq; potentem.

Supponunt alij cultros, tepidumq; cruorem

Suscipiunt pateris: ipse atris velleris agnam

Aeneas matri Eumenidum, magnæq; sorori

Apposito.

par. i. genito-
rū, vt in Ind.
contrā quā
Ser.

Vino nigro
extinguitur
rogus Patro-
cli, Iliad. 4. &
aurea phiala
duplice adipe
conduntur
eiusdē ossi.

* oliuæ vt re-
feras adiuſtra
uit. 210, 26.
Macr. l. 5. c. 7.
monumētū.
250, 27.

260, 17.
Misenus mōs
à Miseno ibi
sepulto: sic
Caicta, 274.

25.
AVERN I
descriptio.
ἀνασποφά.

* Auernum.
Etymon.

216 29.
* nigrantis
cos. con com-
plodunt.

Syll. annom.
παραμύθου.
105, 10. 163.
18. 238, 8.
248, 23.

Ense

Taurā appel-
lat Varro.

Ita crebro
verum auspi-
catur.

167. 18.

Staxorā.
Iud. v. Procul
Prof. sacris.
non iniuri;
passim Laici.

Ingrediūtur
infernum.

Firm. l. de di-
uino pignio,
cap. 11.

*Umbriam.

Comparatio.

151, 25.
Syll. anom.

69, 28.
Qui 8, v. 1.
EREBI filii,
Macr. l. 7.

Alliteratio.
Vide Ind. in
ver. Aucis.
Alliteratio.

Ense ferit, sterilemque tibi Proserpina vaccam,

Tum Stygio regi nocturnas inchoat aras,

Et solida imponit taurorum viscera flammis,

Pingue superque oleum fundens ardentibus extis.

Ecce autem primi sub lumina solis & ortus,

Sub pedibus mugire solum, & iuga caepa moueri

Sylvarum, visaque canes ululare per umbram,

Aduentante dea. Procul, ô procul este profani,

Conclamat vates; totoque absistite luco,

Tuque inuade viam, vaginaque eripe ferrum:

Nunc animis opus Aenea, nunc pectore firmo.

Tantum effata furens antro se immisit aperto.

Ille ducem haud timidis vadentem passibus aequat.

Dij, quibus imperium est animarum, umbraque silentes,

Et Chaos, & Pblegethon, loca nocte silentia late,

Sit mihi fas audita loqui: sit numine vestro

Pandere res alta terra & caligine mersas

Ibant obscuri sola sub nocte per umbras,

Perque domos Ditis vacuas, & inania regna.

Quale per incertam lunam sub luce maligna

Est iter in syluis, ubi caelum condidit umbra

Iuppiter, & rebus nox abstulit atra colorem.

Vestibulum ante ipsum, primisque in faucibus Orci,

Luctus & ultices posuere cubilia Curae:

Pallantesque habitant Morbi, tristisque Senectus,

Et Metus, & malesuada Fames, & turpis Egestas.

Terribiles visu formae, Lethumque Laborque:

Tum consanguineus Lethi Sopor, & mala mentis

Gaudia, mortiferumque aduerso in limine Bellum,

Ferreaque Eumenidum thalami, & discordia demens,

Vipereum

Vipereum crinem vittis innexa cruentis.
 In medio ramos annosq; brachia pandit
 Ulmus opaca, ingens, quam Sedem somnia vulgò
 Vana tenere ferunt, folijsq; sub omnibus herent.
 5 Multaq; præterea variarum monstra ferarum,
 Centauri in foribus stabant, Scyllæq; bifformes,
 Et centum geminus Briareus, ac belua Lerne,
 Horrendum stridens, flammisq; armata Chimæra,
 Gorgones: Harpyæq; & forma tricorporis umbræ.
 10 Corripit hic subita trepidus formidine ferrum
 Aeneas strictamq; aciem venientibus offert.
 Et ni docta comes tenuis sine corpore vitas
 Admoneat volitare caua sub imagine formæ,
 Irruat, & frustra ferro diuerberet umbras.
 15 Hinc via Tartarei quæ fert Acherontis ad undas:
 Turbidus hic ceno, vastaq; voragine gurgis
 Aestuat, atque omnem Cocyto eructat arenam.
 Portior has horrendus aquas & flumina seruat
 Terribili squalore Chavon: cui plurima mento
 20 Canicies inculca iacet: stant lumina flamma:
 Sordidus ex humeris nodo dependet amictus.
 Ipse ratem conto subigit, velisq; ministrat,
 Et ferruginea subuectat corpora cymba,
 Jam senior: sed cruda deo viridisq; senectus.
 15 Huc omnis turba ad ripas effusa ruebat,
 Matres, atque viri, defunctaq; corpora vita
 Magnanimùm heroum, pueri, innuptaq; puellæ,
 Impositiq; rogis iuuenes ante ora parentum:
 Quàm multa in syluis autumnii frigore primo
 Lapsa cadunt folia: aut ad terram gurgite ab alto

Quàm

Rhod. 1. 6. 6. 9.
 186, 16. 195.
 7. 280, 10.

223, 14.
 374, 18. Qui
 & Agzon, ll.
 α v α 01. 37
 Βριάρειω κα-
 λίσσι θισί,
 ἀνδρῶς δὲ τὰ
 πάντες Ἀ-
 γαίω, &c.
 huiusmodi
 dionyma,
 quæ apud Ho-
 merum, con-
 gessimus in
 Ind. v. Pote-
 stur. Per deos
 aut antiquos
 accipit, licet
 recentiores p
 homines.

354, 16.

Charon.

sub. Polyse-
 mus scimo
 263, 11.
 Syll. annom.
 Homæote-
 lenta.
 Pathos à iu-
 uenta.
 Hos versicu-
 los reperies
 pag. 101, ubi
 eadē ipsa cō-
 paratio præci-
 dit.
 Tapinosis.

Synecdoche, *Quam multa glomerantur aues, vbi frigidus annus*
 id est frigida *Trans pontum fugat, & terris immittit apricis.*
 hyems
 Alias produ- *Stabant orantes primi transmittere cursum:*
 xit a, 16, 30. *Tendebantq; manus ripae ulterioris amore.*
 66, 17. 217, 30
 o p Gracif- *Nauita sed tristis nunc hos, nunc accipit illos:*
 mus
 Syll. aff. gem. *Asi alios longè summos arcet arena.*
 ius & tu adio *Aeneas (miratus enim, motusq; tumultu)*
 nant a fin. ex *Dic, ait, o virgo, quid vult concursus ad amnem?*
 interuallo. *Quid ve petunt anima? vel quo discrimen ripas*
 ἀνορθῶ.
 9 ac. ennuum *Haelinguunt, illa remis vada liuida verrunt?*
 versus
 Epanaphora. *Olli sic breuiter fata est longeva sacerdos:*
 Qualis etiam *Anchisa generate, deum certissima proles,*
 esse deberent *Cocyci stagna alta vides, Stygiamq; paludem,*
 sacerdotes no *Dij cuius iurare timent & fallere numen.*
 stri, vnde pre- *Hac omnis, quam cernis, inops inhumataq; turba est:*
 sbyteri dican *Portior ille, Charon: hi, quos vehit vnda, sepulti.*
 tur. *Nec ripas datur horrendas, nec rauca fluenta*
 Styx iuramen *Transportare prius, quam sedibus ossa quierunt.*
 tum deorum. *Centum errant annos, volitantq; haec littora circum:*
 Vide Indi. in *Tum demum admi si stagna exoptata reui sunt.*
 ver. Portitor. *Constitit Anchisa fatus, & vestigia pressit,*
Multa putans, sortemq; animo miseratus iniquam.
Cernit ibi maestos, & mortis honore carentes,
 Rhod. lib. 12, *Leucaspin, & Lyciae ductorem classis Orontem:*
 cap 14. *Quos simul a Troia ventosa per equora vectos*
 214, 8. & alij *Obruit Auster, aqua inuolens nauemq; virosque.*
 plentj; in lo- *Ecce gubernator sese Palinurus agebat,*
 cis. *Qui Libyco nuper cursu, dum sydera seruat,*
 Suprà 12. *Exciderat puppi medijs effusus in vndis.*
 Patho. *Hunc vbi vix multa maestum cognouit in umbra,*
 Leucaspis ali- *Sic*
 as non memi-
 nit.
 38, 10.
 gub. καβερνῶ
 τος, Palinu-
 rus agebat se,
 qui apud su-
 peros nauem.
 ἀχαριστός.
 Alliteratio.

Sic prior alloquitur: Quis te Palinure deorum
Eripuit nobis, medioque sub equore mersit?

Dic age, namque mihi fallax haud ante reperitus,
Hoc uno responso animum delusit Apollo:

5 Qui fore te ponto incolumem, sineq; canebar
Venturum Ausonios, en hec promissa fides est?

Ille autem: Neque te Phœbi cortina sefellit,
Dux Anchisiade, nec me deus equore mersit.

Namque gubernatum multa vi forte reuulsum,

10 Cui datus hegebam custos, cursusque regebam:
Præcipitans iraxi mecum, maria in aspera iuro,

Non ullum pro me tantum cepisse timorem,
Quam tua ne spoliata armis, excussa magistro,
Deficeret tantis navis surgentibus undis.

15 Tres Notus hybernas immensa per æquora noctes
Vexit me violentus aqua: vix lumine quarto

Prospexi Italiam, summa sublimis ab unda.

Paulatim adnabam terras, & iam tuta tenebam:

Nigens crudelis madida cum veste grauatam,

20 Prensantemq; uncis manibus capita aspera montis,
Ferro inuasisset, prædamque ignara putasset.

Nunc me fluctus habet, versantque in littore venti.

Quod te per cæli incundum lumen, & auras,

Per genitorem oro, per spem surgentis filii,

25 Eripe me his inuicte malis: aut tu mihi terram
Inyce (namque potes) portusque require Velinos.

Aut tu, si qua via est, si quare tibi diua creatrix

Ostendit (neque enim, credo, sine aumine diuini

Flumina tanta paras, Stygiamque innare paludem)

Dædextram misero, & tecum me tolle per undas.

Fuit autem
Somnus. v. 17
24, 1, 20.

κατὰ τὸ σιω-
τῶμενον.

Vide 212, 21.
242, 4.

Armis, i. gu-
bernaculo,
clauo, vnde
fortasse Ar-
miraglio ho-
die: nisi po-
tius ab ἀρμα-
λῆτης, vel
ἀλμυρῆς,
vide in Stoic.
Pathos ex tē-
pore.
Syll. annom.
* & deest in
aliis.

Precatio.
Ex II. a Macr.
lib. 5, cap. 7.
9. accent. ver.
Rhod. lib. 9.
cap. 24.
Anticipatio
poet. cā.
Adi. Gell. lib.
10, cap. 16. &
Pont. in Ant.
à Virgil. stan-
tem.
9. accent. ver.

Sedibus ut saltem placidis in morte quiescam.

Talia fatus erat, cœpit cum talia vates:

Unde hæc ô Palinure tibi tam dira cupido?

Tu Stygias inhumatus aquas, amnemque seuerum

Eumenidum aspicias? ripamve iniussus abibis?

Desine fata deum flecti sperare precando,

Sed cape dicta memor, duri solatia casus.

Nam tua finitimi longè lateque per vrbes

Prodigijs acti cœlestibus ossa piabunt,

Et statuent tumulum, & tumulo solennia mittent:

Aeternumque locus Palinuri nomen habebit.

His dictis curæ emotæ, pulsusque parumper

Corde dolor tristi: gaudet cognomine terræ.

Ergo iter inceptum peragunt, fluuioq; propinquant.

Nauiita quos iam inde ut Stygia prospexit ab vnda

Per tacitum nemus ire, pedemque aduerrere ripæ.

Sic prior aggreditur dictis, atque increpat vltro:

Quisquis es, armatus qui nostra ad flumina cedis,

Fare age quid venias: iâ istinc & cōprime gressum.

Umbrarum hic locus est, Somni, Noctisq; sopore:

Corpora vna nefas Stygia vectare carina.

Nec verò Alciden me sum letatus euntem

Accepisse lacu, nec Thesæa, Pirithoumq;

Dijs quanquam geniti, atq; iniuicti viribus essent.

Tartareum ille manu custodem in vincla petiuit.

Ipsius à solio regis traxitque tementem:

Hi dominam Ditis thalamo deducere adorti.

Quæ contrà breuiter fata est Amphr ysia vates:

Nulla hic insidie tales: absiste moueri:

Nec vim tela ferunt, licet ingens ianitor antro.

Acer-

32.21.

Alliteratio.

14.9.

252.15.

Semiu. 30. 21

Vers. 9. accer.

Nav. per epen

thicin.

331.30.

Ventus 9. ac-

centuum.

Cymba. 257.

17.

Pisistratus:

Θυσίον, Πισ-

τράτου θεόν

ἀποδιδόντα

τέρας vel ἴπε

κυσία τόξια

dom. ἰστρού

ἰαρ. Adi Rho

dil. 13. ca. 17.

Apolinea.

Amphytus

aut. huius

Thesæa hic est,

apud quem

Apollo diui-

nitate est pri-

mar.

Aeternum latrans ex aequae terreat umbras:

Castra licet patrii seruet Proserpina lumen.

Troius Aeneas, pietate insignis & armis,

Ad genitorem, imas Erebi descendit ad umbras.

5 Si te nulla mouet tanta pietatis imago,

* At ramum hunc (aperit ramum qui veste latebat)

Agnoscas, tumida ex ina tum corda residunt.

Nec plura his. Ille admirans venerabile donum

Fatalis virgæ, longa post tempora visum.

10 Cœruleam aduertit puppim, ripeq; propinquat.

Inde alias animas, quæ per iuga longa sedebant,

Deturbat, laxatq; foros: simul accipit alueo

Ingentem Aeneam: gemuit sub pondere cymba

Sutiles, & multam accepit rimosa paludem.

15 Tandem trans fluvium incolumes vatemq; virumq;

Informi limo glaucaque exponit in vluæ.

Cerberus hæc ingens latratu regna trifauci

Personat, aduerso recubans immanis in antro.

Cui vates horrere videns iam colla colubris,

20 Melle soporatum & medicatis frugibus offam

Obijcit, ille fame rabida tria guttura pandens,

Corripit obiectam: atque immania terga resoluit

Fusus humi, totoque ingens extenditur antro.

Occupat Aeneas aditum, custode sepulcro,

25 Euaditque celer ripam irremeabilis vnda.

Continuò auditæ voces, vagitus & ingens.

Infantumq; animæ flentes in limine primo:

Quos dulcis vitæ exsortes, & ab vberibus raptos

Abstulit atra dies, & funera mensit acerbo.

Hos iuxta falso damnati crimine mortis.

Mulctur autem
ditus asylla
banim sine
medio uersus
consonantia
* Ad 425.

καλέματα
siue ἀρχαῖ
λογα
2.9.1.17.

iug. Ion tran-
stra, sedilia.
Fori a ferēdo
ἰδῶλια Gre-
cè: inde Fori-
culi. alueo. f.
cimbz. Alueū
etiā appellat
Liuius, quo
Remus & Ro-
mulus exposi-
tizquē Plutar-
chus ἀνάστ.
reg. pers. 249-
17.
Syll. annom.
a finita.

224. 22.
sepulcro, f. so-
mno, inducta
ossa sopori-
fera.
Limbū vo-
cāt Christiani
INFANTES.
153. 11.
Periphrasis.
387. 21.
Damnati fal-
so crimine
mortis.

9. accent. ver.
e finite voces
numerū con-
diunt. Mi-
nos. Infon-
tes, qui sibi
mortem con-
sciuerunt.

Proi: an: pro-
fudere. san-
guinem.

239. 11.

* Fas obstat.

* innabilis.

103. 3.

116. 25.

Lugentes

campi.

AMANTES.

Celant per e-

Nonius Dif-

ferent.

Pathos ab at

restatione.

Item Græcos

secutus autho-

res ad finem

versus dictio-

nes quinq;

syllabarū col-

locavit: 96. 4.

113. 18. 25. 6.

21.

* umbras.

Comparatio.

i. prima men-

sis parte.

Pathos.

Subandi te.

20. accēt. verif.

Purgatio.

Nec verò hæc sine sorte data, sine iudice sedes.

Quæstor Minos vram mouet ille silentium

Conciliumque vocat, vitasq; & crimina discit.

Proxima deinde tenent mesti loca, qui sibi lethum

Infontes perperere manu, lucemque perosi

Projecere animas: quàm vellent ethere in alto

Nunc & pauperiem, & duros perferre labores

** Fata obstant, tristisque palus* inamabilis vnda*

Alligat, & nouies Styx interfusa coërcet.

Nec procul hinc partem fusi monstrantur in omnē

Lugentes campi: sic illos nomine dicunt.

Hic, quos durus amor crudeli tabe peredit,

Secreti celant calles, & myrtea circum

Sylua tegit: cure non ipsa in morte relinquunt.

His Phædrā Procrinq; locis, mæstamq; Eriphylen,

Crudelis nati monstrantem vulnera cernit:

Euadnenq; & Pasiphaën. his Laodamia

It comes, & iuuenis quondam, nunc fœmina, Cæneus,

Rursus & in veterem fâto reuoluta figuram.

Inter quas Phœnissa recens a vulnere Dido

Errabat sylua in magna. quam Troius heros,

Ut primùm iuxta stetit, agnouitque per umbram*

Obscuram, qualem primo qui surgere mense,

Aut videt, aut vidisse putat per nubila Lunam:

Demisit lacrimas, dulcique affatus amore est:

Infelix Dido, verus mihi nuntius ergo

Venerat extinctam ferroque extrema secutam.

Funeris heu tibi causa fuis. per sydera iuro,

Per superos, & si qua fides tellure sub ima est,

Inuitus regina tuo de litore cessi.

Sed me iussa deum, quæ nunc has ire per umbras,
Per loca senta situ cogunt, noctemq; profundam,
Imperijs egere suis, nec credere quini,
Hunc tantum tibi me discessu ferre dolorem.

5 Siste gradum, teq; aspectu ne subtrahere nostro.
Quem fugis? extremum fato quod te alloquor, hoc est.
Talibus Aeneas ardentem & torua tuentem
Lenibat dictis animum, lacrymasq; ciebat.

¶ Illa solo fixos oculos aversa tenebat:

10 Nec magis incepto vultum sermone mouetur,
Quàm si dura silex, aut steter Marpesia cantes.
Tandem proripuit sese, atque inimica refugit
In nemus umbriferum: coniux ubi pristinus illi
Respondet curis, æquatq; Si chaos amorem.

15 Nec minus Aeneas casu percussus iniquo,
Prosequitur lacrymans lōgè, & * miseratus euntē est.
Inde datum molitur iter: iamque astra tenebant
Ultima, quæ bello clari secreta frequentant.

Hic illi occurrit Tydeus, hinc inclytus armis

20 Parthenopæus, & Adraſti pallentis imago.
Hic multum fleti ad superos, belloq; caduci
Dardanidæ, quos ille omnes longo ordine cernens
Ingemuit, Glaucumq; Medontaq;, Therſilochemq;
Treis. Antenoridas, Cereriq; sacrum Polybeten,

25 Idemq; etiam currus, etiam arma tenentem.
Circumstant animæ dextra lænaque frequentes.
Nec vidisse semel satis est: inuat vsq; morari,
Et conferre gradum, & ueniendi discere causas.
At Danaum proceres, Agamemnoniæq; phalanges,
Ut videre virum, fulgentiaq; arma per umbras,

10. accēt. verſ.
190, 2.
Adnomina-
tio.

266, 28. Gell.
lib. 4. cap. 16.
Verſ. 9. accēt.
202, 6. 260, 8

Idē ferē 127,
8. Græciſmus.
Pathos ex ha-
bitu.
Comparatio.

Priſtinus.

*miseratur
euntē. 144, 5.
Bello caſi.
Cōmemorat
eos qui ad
Thebas occu-
buere.

Parthenopæū
Atlanctē filiū
facit Diodo-
rus in 5. fuit
itaq; ei pater
Melanion cō-
trā Ser.
Arſilochem,
Acanias, He-
licaon.
Pathos 124,
30.
Pōt. in Actio.
Syll. annom.
Armatus
enim deſcen-
derat.

160, l. 1.

160, l. 2.

160, l. 3.

160, l. 4.

160, l. 5.

160, l. 6.

160, l. 7.

160, l. 8.

160, l. 9.

160, l. 10.

160, l. 11.

160, l. 12.

160, l. 13.

160, l. 14.

160, l. 15.

160, l. 16.

160, l. 17.

160, l. 18.

160, l. 19.

160, l. 20.

160, l. 21.

160, l. 22.

160, l. 23.

160, l. 24.

160, l. 25.

160, l. 26.

160, l. 27.

160, l. 28.

160, l. 29.

160, l. 30.

160, l. 31.

160, l. 32.

160, l. 33.

160, l. 34.

160, l. 35.

160, l. 36.

160, l. 37.

160, l. 38.

160, l. 39.

160, l. 40.

Ingenti trepidare metu: pars vertere terga,
 Ceu quondam petiere rates: pars tollere vocem
 Exiguam: inceptus clamor frustratur hiantes.
 Atq; hic Priamiden laniatum corpore toto
 Deiphobum vidit. lacerum crudeliter ora:
 Ora, manusq; ambas, populataq; tempora raptis
 Auribus, & truncas inhonesto vulnere nares.
 Vix adeo agnovit pavit ante, & dira tegentem
 Supplicia: & notis compellat vocibus ultro:
 Deiphobe armipotens, genus alto à sanguine Teucris,
 Quis tam crudelis optavit sumere pœnas?
 Cui tantum de te licuit? mihi fama suprema
 Nocte tulit fessum vasta te cœde Pelasgum
 Procubuisse super confusæ stragis acervum.
 Tunc egomet tumulum Rhœteo in littore inanem
 Constitui, & magna manes ter voce vocavi.
 Nomen & arma locum servant: tæmice nequius
 Conspicere, & patria decedens ponere terra.
 Atq; hęc Priamides: Nihil ô tibi amice relictum est:
 Omnia Deiphobo solvisti, & funeris umbris.
 Sed me fata mea & scelus exitiale Læonæ
 His misere malis: illa hæc monumenta reliquit.
 Nanq; ut supremam falsa inter gaudia noctem
 Egerimus, nosti: & nimium meminisse necesse est:
 Cum fatalis equus saltu super ardua venit
 Pergama, & armatum peditem attulit alio.
 Illa chorum simulans, evanescens orgia circum
 Ducebat Phrygias: flammâ media ipsa tenebat
 Ingentem, & summa Danaos ex arce vocabat.
 Tum me confectum curis, somnoq; gravatum
 Infelix

- Infelix habuit thalamus: pressitq; iacentem
 Dulcis & alta quies, placidaq; simillima morti.
 Egregia interea coniux arma omnia tectis
 Emonet, & fidum capiti subduxerat ensem:
- 5 Intra tecta vocat Menelaum, & limina pandit:
 Scilicet id magnum sperans fore munus amanti,
 Et famam extinguere veterum sic posse malorum.
 Quid moror? irrumpunt thalamo comes additur vna
 Hortator scelerum Æcolides. Dū talia Graijs
- 10 Instaurate, pio si pœnas ore reposco.
 Sed te qui vinum casus, age fare vicissim,
 Attulerint, pelagine venis erroribus ætus?
 An monitu diuū? an quæ te fortuna fatigat,
 Ut tristis sine sole domos, loca turbida, adires?
- 15 Hac vice sermonum roscis Aurora quadrigis
 Iam medium æthereo cursu traiecerunt axem:
 Et fors omne datum traherent per talia tempus:
 Sed comes admonuit, breuiterq; affata Sibylla est:
 Nox ruit Æneæ, nos flendo ducimus horas.
- 20 Hic locus est, partibus ubi se via findit in ambas:
 Dexteræ, quæ Ditis magni sub mœnia tendit,
 Hæc iter Elysium nobis: at læua malorum
 Exercet pœnas, & ad impia Tartara mittit.
 Deiphobus contrà: Ne sequi magna sacerdos:
- 25 Discedam: explebo numerum, reddarq; tenebris.
 Id decus, in nostrum: melioribus vtere satis.
 Tantum effatus, & in verbo vestigia torsit.
 Respicit Æneas subito, & sub rupe sinistra
 Mœnia lata videt triplici circumdata muro:
 Quæ rapidus flammis ambit torrentibus amnis

Ionia.

Vlyses è Sily
 pho Acoli f.
 Pæthes per ex
 clamationē.

Alias bigis
 inuehitur, vt
 275, 16.
 Nox quando
 incipiat, Ma.
 Sat. 1. c. 3.
 Alliteratio.
 nox & nos in
 uicē alludat.
 10. accēt. vers.
 I N F E R O ſ
 duplex via.
 ad Gorgiam
 Platonis.

ad Macr. in
 somn. Scip. L.
 1. c. 15.
 186, 27.
 Versus maxi
 mē artificio
 sus, & finis.
 Syl. 22. ex int.
 258, 12.

De igne con-
fentit cum ve-
ritate Euāge-
lica. nā. Mat-
thēi 25. & Lu-
cā 13. Illic
erit fletus &
fridor den-
tium.

* bello.

275, 5. Allit.

* hēsit: 201, 5.

247, 18.

Rhadaman-
thus.

F V R E S.

Alliteratio.

138, 3.

Homer. de
Tartaro.

* æthereum
Nota. pubes
deicit.

Tartareus Phlegethon, torquetq; sonantia saxa.
Porta aduersa, ingens, solidoq; adamante columna:
Vis vt nulla virum, non ipsi excindere * ferro
Cœlicolæ valeant. stat ferrea turris ad auras:
Tisiphoneq; sedens, palla succincta cruenta,
Vestibulum insomnis seruat noctesq; diesq;
Hinc exaudiri gemitus, & seua sonare
Verbera: tum stridor ferri, tractæq; catena.
Constitit Aeneas, strepitumq; exterritus *hausit:
Quæ scelerum facies? ô virgo effare, quibus ve
Urgentur pœnis? quis tantus plangor ad auras?
Tum vates sic orsa loqui: Dux inclyte Teucrum,
Nulli fas casto sceleratum insistere limen.
Sed me, cum lucis Hecate præfedit Auernis,
Ipsa deum pœnas docuit, perq; omnia duxit.
Gnosius hæc Rhadamanthus habet durissima regna:
Castigatq; auditq; dolos: subigitq; fateri,
Quæ quis apud Superos, furto letatus inani,
Distulit in seram commissa piacula mortem.
Continuò fontis vltix accincta flagello
Tisiphone quatit insultans, toruosq; sinistra
Intentans anguis, vocat agmina seua sororum.
Tum demum horrissono stridentes cardine sacre
Panduntur portæ. cernis custodia qualis
Vestibulo sedeat? facies que limina seruet?
Quinquaginta atris immanis hiatus Hydra
Seuior intus habet sedem. tum Tartarus ipse
Bis patet in præceps tantum, tenditq; sub umbras,
Quantus ad * ætherium cœli suspectus olympum.
Hic genus antiquum terræ, Titania pubes,
Fulmine

Fulmine deiecti, fundo voluntur in imo.
 Hic & Aloidas geminos, immania vidi
 Corpora: qui manibus magnum rescindere cœlum
 Aggressi, superisq; Iouem detrudere regnis.
 5 Vidi & crudelis dantem Salmonea pœnas,
 Dum flammâs Iouis, & sonitus imitatur olympi.
 Quatuor hic inuectus equis, & lampada quassans,
 Per Graiùm populos, mediq; per Elidis urbem
 Ibat ouans, diuùmq; sibi poscebat honorem:
 10 Deyens, qui nimbos, & non imitabile fulmen,
 Aere & cornipedum cursu * simularat equorum.
 At pater omnipotens densa inter nubila telum
 Contorsit (non ille faces, nec fumea tedis
 Lumina) præcipitemq; immani turbine adegit.
 15 Nec non & Tityon terræ * omnipotentis alumnum
 Cernere erat: per tota nouem cui iugera corpus
 Porrigitur: rostroq; immanis vultur obunco
 Immortale iecur * tundens, sæcundaq; pennis
 Viscera, rimaturq; epulis, habitatq; sub alto
 20 Pectore: nec fibris requies datur vlla renatis.
 Quid memorem Lapithas, Ixiona, Pirithoumq;
 Quos super atra siles iamiam lapsura, cadentique
 Imminet assimilis: lucent genialibus altis
 Aurea fulcra toris, epulaq; ante ora paratæ
 25 Regifico luxu, Furiarum maxima iuxta
 Accubat, & manibus prohibet contingere mensas:
 Exurgitq; facem attollens, atq; intonat ore.
 Hic quibus inuisi fratres, dum vita manebat,
 Pulsatusve parens, & fraus innexa clienti:
 Aut qui diuitijs soli incubuere repertis,

Ex Iphime-
 dea Aloei vxo
 re & Neptūo.
 vide Od. 7.

Syll. annom.
 Idem de Me-
 tello Pio Sall.
 apud Macr.

Sat. 3. c. 13. &
 Crinit. de ho-
 dice l. 2. c. 10.

Hinc falso pu-
 tat Volaterra
 nus tormenti
 aenci usum,
 quâ bombat-
 dam dicimus,
 antiquis etiã
 fuisse tempe-
 ribus.

300, 19.

* simularer
 Pathos a ma-
 teria.

Repere con-
 torsit.

De Tityo
 Od. 7.

* oi parentis.

Libido latè
 patens. 325, 7.

Pathos a mo-
 * tōdens. (do.

Paſcitur in-
 quirendo.

Pathos a mo-
 do.

Hypermeter.
 quanquã alij

q; adimunt.
 Delignat in-
 certã vitã ty-

rannorſi eſſe.
 Conſcientia.

263, 21. 237,

26 te re com-
 plo dunt.

Nec

Pathos a cau-
sa.

ADULTERI.
& alij.

Pathos a mo-
do.

Ne videatur
pugnare cum

eo: quod ait
p. 247, ver. 22.

ruatur. Pon.
in Ant. cōtra

Iulium Hygi-
nū, qui hunc

locum apud
Gellialpat p.

10. cap. 16. Pa-
thos a causa.

Imitatio Va-
rij de morte:

vt est apud
Macr. l. 6. c. 1.

Et est Home-
& Hostij poe-
tae nostri imi-
tatio, vt docet

Macr. l. 5. c. 7.

& l. 6. c. 5.

Vide 161, s.

Ramum figit
Aeneas Proter

pinx. 123, 11.

LOC I lati.

* virecta in
Ind.

verl. & accēt.
s. Des beatē.

Nec partem posuere suis: quæ maxima turba est;

Quiq; ob adulterium casti, quiq; arma secuti

Impia, nec veriti dominorum fallere dexteras:

Inclusi pœnam expectant. ne quere doteri,

Quam pœnā: aut quæ forma viros fortunave mersit.

Saxum ingens voluunt alij, radijsq; rotarum

Disiuncti pendenti: sedet, aterrumq; sedebit

Infelix Theseus: Phlegyasq; miserans omnes

Admonet, & magna testatur voce per umbras:

DISCITE iustitiam moniti, & non temnere diuos.

Vendidi hic auro patriam, dominumq; potentem

Imposuit: fixit leges pretio, atque refixit:

Hic thalamum inuasit natae, vetitosq; hymenaeos:

Ausi omnes immane nefas, ausoq; potiti.

Non, mihi si lingua centum sint, oraq; centum,

Ferrea vox, omnes scelerum comprehendere formas,

Omnia pœnarum percurrere nomina possem,

Hæc ubi dicta dedit Phœbi longæua sacerdos,

Sed iam age carpe viam, & susceptū perfice munus:

Acceleremus, ait. Cyclopum educta carminis

Mœnia conspicio, atq; aduerso fornice portas,

Hæc ubi nos præcepta iubent deponere dona.

Dixerat: & pariter gressi per opaca viarum

Corripiunt spatium medium, foribusq; propinquant.

Occupat Aeneas aditum, corpusq; recenti

Spargit aqua, ramumq; aduerso in limine figit.

His demum exactis, perficito munere diuæ,

Deuenere locos lætos, & amana vireta

Fortunatorum nemorum, sedesq; beatas.

Largior hic campos æther & lumine vestit

Frebus erebi,
at neutraliter
Grecè τὸ ἴσσο
βουε

Sophocles:
κατάπερ εὐ-
γυνή κατὰ πρὸν
ἴσσοε.

Polyyndetō.

Alliter. binā.
* alacris in te
sto agnoscit
Charitus.

Orditur ex
abrupto pro-
pter vehemē-
tiam affectus.
it it complodunt.

124; 25.

* sic te tua
268; 19 Tibu.
Me meā pau-
pertas.

te te complodunt.

* quid si sale
pro salo. & eo
quā vulgo Spi-
neta dicūt, quā
σάλας Poly-
bius vocat in.

Nā & Hirtius
in Africano
bello: Naues
onerarias, quā
longius à por-
tu in salo sta-
bant, insēdit.

Venimus, & magnos Erebi tranquimus amnes.

Atque huic responsum paucis ita reddidit heros:

Nulli certa domus: lucis habitamus opacis,

Riparumque toros & prata recentia rivis

Incolimus. sed vos (si fert ita corde voluntas)

Hoc superate iugum, & facili iam tramite sistam.

Dixit; & antetulit gressum, composque nitentes

Desuper ostentat; dehinc summa cacumina linquunt.

At pater Anchises penitus conualle viventi

Inclusas animas, superumque ad lumen ituras,

Lustrabat studio recolens: omnemque suorum

Fortè recensēbat numerum, carosque nepotes

Fataque fortunasque virum, mortesque manusque

Isque ubi tendentem aduersum per gramina vidit

Aeneam, * alacris palmas utraque tetendit:

Effusaque genis lacrymas, & uxor excidit ore:

Venisti tandem, tuaque expectata parenti

Vicit iter durum pietas, datur ora tueri

Nate tua, & notas audire & reddere voces.

Sic equidem ducebam animo, rebarque futurum,

Tempora dinumerans: nec * me mea cura sefellit.

Quas ego te terras, & quanta per equora vectum

Accipio, quantis iactatum nate periculis!

Quam metui, ne quid Libyæ tibi regna nocerent!

Ille autem: Tua me, genitor, tua tristis imago

Sæpius occurrens, hæc limina tendere adegit.

Stant * sale Tyrreno classes, da iungere dextram,

Da genitor: teque amplexu ne subtrahere nostro.

Sic memorans, largo fletu simul ora rigabat.

Terræ conatus ibi collo dare brachia circum,

Ter frustra comprehensa manus effugit imago,
 Par lenibus ventis, volucrique simillima somno.
 Interea videt Aeneas in valle reducta
 Seclusum nemus, & virgulta sonantia* syluis,
 5 Lethæumque, domos placidas qui prænata, amnem.
 Hunc circum innumera gentes populique volabant:
 Ac veluti in pratis, ubi apes æstate serena
 Floribus insidunt varijs, & candida circum
 Lilia funduntur: strepit omnis murmure campus.
 10 Hurefcit visu subito, caussasque requirit
 Inscius Aeneas, quæ sint ea flumina porro,
 Quive viri tanto complerint agmine ripas.
 Tum pater Anchises: Anima, quibus altera fato
 Corpora debentur, Lethæi ad fluminis undam
 15 Securos latices & longa obliuia potant.
 Has equidem memorare tibi atque ostendere coram,
 Jam pridem hanc prolem cupio enumerare meorum:
 Quò magis Italia tandem latere reperta,
 O pater, anne aliquas ad cælum hinc ire putandum est
 20 Sublimeis animas? iterumque ad tarda reuerti
 Corpora? quæ lucis miseris tam dira cupido?
 Dicam equidem, nec te suspensum nate tenebo,
 Suscipit Anchises, atque ordine singula pandit.
 Principio cælum, ac terras, camposque liquentes,
 25 Lucentemque globum Luna, Titaniaque astra
 Spiritus intus alit: totamque infusa per artus
 Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.
 Inde hominum pecudumq; genus; vitæq; volantum,
 Et quæ marmoreo fert monstra sub equore pontus.
 Igneus est ollis vigor & cælestis origo

163, 20. Ana-
 phora.

Alliteratiões
 geminæ. 323-

30. & 1146.

* Sylue,
 435, 18.

Comparatio.

Alliteratio.

su su complo
 dunt.

Alliteratio.

Lethæi annē
 cur induxe-
 rint poetæ, vi

de apud Fir-
 de diu. præm-

c. 22. 269, 19.
 Firm. eodem

11. accent vet.
 Elegans pa-

thos. Animas re-
 nasci.

32, 21. 256, 3.
 333, 28.

Loc^o philoso-
 phicus 94, 15.

Spiritum ac
 mentem, esse

Deū Laët. do-
 cet de fals. re.

l. 1. c. 5. 60, 2.
 Mac. in Som.

Scip. l. 1, c. 14.
 80. 17.

Marmor, æ-
 quor, pontus.

idem apud
 poetam.

Syll. annom.
 Alliteratio. 1.
 262. 17. Passio-
 nes Macr. in
 somn. Scip. 1.
 1. c. 8.
 Rhod. lib. 3.
 c. 24.
 Anima cum
 sint immorta-
 les, quomodo
 pœnas infero-
 rum sentiet,
 docet Fir. de
 diu. præ. c. 20.
 Triplex pur-
 gatio. 264. 39.
 Inuictum
 Fortassis allu-
 dit ad lustra-
 tiones fune-
 bres, quæ fie-
 bant fumis ite-
 spargenda
 aqua, item
 cremando.
 Prius poe-
 tas de relurre-
 ctione au dis-
 se, idem Fir. l.
 de diu. præ. ca.
 22. Rhod. l. 12.
 c. 14. 273. 17.
 426. 14.
 Legere, vide
 re, vt Omnia
 pellegeret o-
 culis. 294. 24.
 Mira inuictio
 poetæ, p. quâ
 ad Romanas
 historias di-
 greditur.
 te tua, sic me
 mea, 266, 21.

*Seminibus, quantum non noxia corpora tardant,
 Terreniq; hebetant artus, moribundaque membra.
 Hinc metuunt, cupiuntq; dolent, gaudentq;: nec auras
 Respiciunt clausæ tenebris & carcere cæco.
 Quin & supremo cum lumine vita reliquit,
 Non tamen omne malum miseris, nec funditus omnes
 Corporeæ excedunt pestes: penitusq; necesse est
 Multa diu concreta modis inolescere miris.
 Ergo exercentur pœnis, veterumque malorum
 Supplicia expendunt: aliæ panduntur inanes
 Suspensæ ad ventos: alijs sub gurgite vasto
 Infectum eluitur scelus: aut exuritur igni.
 VISQVE suos patimur manes, exinde per amplum
 Mittimur Elysium, & pauci læta arua tenemus:
 Donec longa dies perfecto temporis orbe
 Concretam exemit labem, purumq; reliquit
 Aethereum sensum, atque auræ simplicis ignem.
 Has omnes, ubi mille rotam voluere per annos,
 Lethæum ad fluuium deus euocat agmine magno:
 Scilicet immemores supra vç conuexa reuisant,
 Rursus & incipiant in corpora velle reuerti.
 Dixerat Anchises: natumque Sibyllam
 Conuentus trahit in medios, turbamq; sonantem:
 Et tumulum capit, vnde omnes longo ordine possit
 Aduersos legere, & venientum discere vultus.
 Nunc age, Dardaniam prolem quæ deinde sequatur
 Gloria, qui maneant Itala de gente nepotes,
 Illustris animas, nostrumq; in nomen iuras,
 Expediam dictis, & te tua fata docebo.
 Ille (vides?) pura inuenis qui nititur hasta.*

- Proxima sorte tenet lucis loca : primus ad auras
 Aethereas Italo commistus sanguine surget,
 Sylvius, Albanum nomen, tua posthuma proles.
 Quem tibi longaeuo serum Launia coniux
 Educet syluis regem, regumq; parentem:
 Unde genus longa nostrum dominabitur Alba.
 Proximus ille, Procas, Troianae gloria gentis,
 Et capys, & Numitor, & qui te nomine reddat,
 Sylvius Aeneas, pariter pietate vel armis.
- 10 Egregius, si vnquara regnandam acceperit Albam.
 Qui iuuenes quantas ostentant aspice vixes,
 Atque umbrata gerunt ciuili tempora quercu.
 Hi tibi Nomentum, & Gabios, urbemq; Fidenam,
 Hi collatinas imponent montibus arces:
- 15 Pomerios, castrumque Iuui, Bolamq; Coramque.
 Haec tunc noxina erunt, nunc sunt sine nomine terra.
 Quin & auo comitem sese Mauertius addet
 Romulus, Assaraci quem sanguinis ista mater
 Educet. vident ut geminae stant strigae criatae
- 20 Et pater ipse suos superbum iam signat honores
 En huius nate auspicijs illa incluta Roma
 Imperium terris, animos aequabit olympo:
 Septemque vna sibi muro circumdabit arces:
 Felix prole virum: qualis Berecythia mater
- 25 Inuohitur curru Phrygias currua per urbes,
 Leta deum partu, centum complexa nepotes,
 Omnes caelicolas, omnes supera alta tenentes.
 Huc geminas nunc flecte acies, hanc aspice gentem,
 Romanosque tuos. hec Caesar, & omnis Iuli
 Progenies, magnum caeli ventura sub axem.

Gracos multos è moenib. Helena Priamo sciscitanti indicat. Hunc hoc loco imitatur Vergil. Post. pl. Gel. l. 2. c. 16. *reddet. Cōditores vrbiū ciuica corona insignitos fingit, tanquā seruatores vrbiū. 433. Inuē. Sar. ro: An Fidenatū. Gabiorūq; esse potestas. Cast. In Castrum nouū Ptolemæo. 9. accent ver. Nomina harum vrbiū recentiora habes in And. v. Bolam.

R O M A .

120, 23.
 66, 30.

Epauaphora. pot. in Actio. Saccet. ver. 48. 4. Ultra æquinoctialem. Nam Romana arma ad

Hic

O Enopliā ve
nerunt, quæ
sunt ultra æ
quinoctialē.]

Eadē 205, 8.

393, 16.

Aeripedē p

aeripedē per

synaresin,

vel potius syn

ephonefin,

quasi cursu

cū ventis cer-

tātem, vt sen-

tit Diome-

des quanquā

nullā comple-

xionem agno-

scēs Apronia

m^a aeripedē

git, i. habentē

pedes ex ære

solidos & in-

de fatigabi-

les: vt Homie-

rus χαλκίπυ-

δακ ἰππῆς.

Numa Pōpi-

lius. 78 2 In-

cana procana

Char. nos in

Indice Rho.

1. 3. c. 5.

* quū Hadria

nas sortis cō

suleret quo

animo in se

esset Traian^{us}

imperator,

obuenisse illi

hos versus tra-

dit Sparta-

aus.

Hic vir, hī est, tibi quem promitti sapius audis,

Augustus Caesar, diuinum genus: aurea condet

Cecula qui rursus Latio, regnata per arua

Saturno quondam: super & Garamantas & Indos

Proferet imperium: iacet extra sydera tellus,

Extra anni Solisq; vias, ubi cœlifer Atlas.

Axem humero torquet stellis ardentibus aptum:

Huius in aduentu iam nunc & Caspia regna

Responsis horrent diuim, & Maotica tellus,

Et septem gemini turbant trepida ostia Nili.

Neo vero Alcides tantum telluris obiuit,

Fixerit eripidem ceruam licet, aut Erymanthi

Placarie nemora, & Lernam tremefecerit arcu:

Nec qui pampineis victor iuga flectit habenis

Liber, agens celso Nyse de vertice tigres.

Et dubitamus adhuc virtutem extendere factis?

Aut metus Ausonia prohibet consistere terra?

* Quis procul ille autem ramis insignis oliuæ,

Sacra ferens? nosco crines incanaque menta

Regis Romani: primus qui legibus urbem

Fundabit, Curibus paruis, & paupere terra

Missus in imperium magnum, cui deinde subibit,

Oti qui rumpet patriæ, residesq; mouebit

Tullus in arma viros, & iam desueta triumphis

Agmina, quem iuxta sequitur iactantior Ancus,

Nunc quoq; iam nimium gaudens popularibus auris.

Vis & Tarquinius reges, animamque superbam

Uxoris Brutus, faceseq; videre receptus?

Consulis imperium hic primus, seuasque secures

Accipiet: matosque pater, noua bella mouentes,

Ad pœnam pulchra pro libertate vocabit,
 Infelix, utcumque ferent ea fata* minores:
 Vincet amor patrie laudumq; immensa cupido.
 Quin Decios Drusosq; procul, scænumq; securi
 5 Aspice Torquatum, & referentem signa Camillum.
 Ille autem, paribus quas fulgère certis in armis,
 Concordes animæ nunc, & dum nocte premuntur,
 His quantum inter se bellum, si lumina viæ
 Attigerint, quantas acies stragemq; ciebunt:
 10 Aggeribus socer Alpinis, atque arce Monæci
 Descendens, gener aduersis instructus Eois.
 Ne pueri, ne tanta animis astuescite bella:
 Neu patrie validas in viscera vertite vires.
 Tuq; prior, tu parce, genus qui ducis olympo;
 15 Projice tela manu, sanguis meus.
 Ille triumphata Capitolia ad alta Corinthe
 Victoraget currum, cæsis insignis Achivis:
 Eruet ille Argos Agamemnonias que Mycenæ:
 Ipsumque Aeaciden, genus armpotentis Achilli,
 20 Ultus auos Troiæ, templâ & temerata Mineræ.
 Quis te, magne Cato, tacitum, aut te Cossæ relinquat?
 Quis Gracchi genus? aut geminos, duo fulmina belli,
 Scipiadas, cladem Libyæ? paruoque potentem
 Fabritium? vel te sulcò Serrane serentem?
 25 Quò fessum rapitis Faby? tu Maximus ille es,
 Vnus qui nobis cunctandò resurcis rem.
 Excudent alijs spirantia mollis fra.
 Credo equidem, viuosq; ducent de marmore vultus:
 Orabunt causas melius: cœlique meatus
 Describent radio, & surgentia sydera dicent.

πρωταρισμός.
 Exemplum Rō
 manę fortitudi-
 dinis.

*nepotes:

270. 29.

Allit. gemin-
 Camillus vr-
 bę ciuibus;
 & ciues vrbi
 reddidit.

ἀλφαρισμός.
 Monico vul-
 go, loc Pom-
 peius, gen Cę-
 sar, v litera al-
 fustus.

Corinthus E-
 phyra poetis.
 Mumii dicit
 Achaicum.

Pont in Ant.
 locū tutatur
 quem Fauēt.
 accusat apud.

Gel. l. 10, c. 16
 Eutip. tamen
 Orestē, Argos

vibem Pello-
 ponneci, sedē
 regiam fecit.
 Agamemno.

25. Pro Scipio
 nidus in Ind.
 σιγμαρισ-

μός. Cunctan-
 ctiā & versus
 vni syllabo

clausi. 68, 25.
 Per era Co-
 rinthios indi-

cat, per mar-
 mor Paris, p-
 actionē can-
 satum Athe-

niētes p altio-
 n. miā Aegy-
 ptiōs, & Qual
 aas.

Tu regere imperio populos Romane memento,
(He tibi erunt artes) pacique imponere morem;
PARCERE subiectis, & debellare superbos.

Marcellus filius Octaviae sororis Augusti, quem Augustus sibi adoptavit.

Sic pater Anchises: atque hec mirantibus addit:
Aspice, ut insignis spolijs Marcellus opimis
Ingreditur, victor que viros supereminet omnes.
Hic rem Romanam magno turbante tumultu
Sistet eques: sternet Pœnos, Gallumque rebellem;
Tertiaque arma patri suspendet capta Quirino.

na na cōplodunt. 4. 7. 11.

Alludit ad immaturam mortem.

9. accent. ver. Alludit ad Marcelli comitatum propter Æ. lilitatem.

Aique hic Aeneas (una nanque ire videbat
Egregium forma iuuenem, & fulgentibus armis:
Sed frons leta parum, & deiecto lumine vultu)
Quis, pater, ille virum qui sic comitatur euntem?
Filius? an ne aliquis magna de stirpe nepotum?
Quis strepidus circa comitum? quātū instar in ipso est!
Sed nox atra caput tristi circumvolat umbra.

Tum pater Anchises lacrymis ingressus obortis,
O nate, ingentem luctum ne quere tuorum,
Ostendent terris hunc tantum fata, neque ultra
Esse sinent. Nimum vobis Romana propago
Visa potens, superi, propria hæc si dona fuissent.

Mau. expecta-
tis, vel epen-
thesis, vel pa-
renthesis, si
Grāmaticos.
audiamus.
N. M. C. Tuf.
g. i. Maors, in-
quit, qui ma-
gna veteret,
no. pinatus
est.

Quantos ille virum magnam Mauortis ad urbem
Campus aget gemitus, vel que Tyberine videbis
Funera, cum tumulum præterlabere recentem.
Nec puer Iliaca quisquam de gente Latinos
In tantum spe tollet auos, nec Romula quondam
Ullo se tantum tellus iactabit alumno.

Heu pietas, heu prisca fides, inuisa que bello
Dextera, non illi quisquam se impunè tulisset
Obuius armato, seu cum pedes iret in hostem,

- Seu spumantis equi foderet calcaribus armos.
 Heu miserande puer, si quæ fata aspera rumpas,
 Tu Marcellus eris. manibus date lilia plenis.
 Purpureos spargam flores: animamque nepotis
 5 His saltem accumuleum donis, & fungar inani
 Munere. Sic tota passim regione vagantur
 Aëris in campis latis, atque omnia lustrant,
 Quæ postquam Anchises natum per singula duxit,
 Incenditque animum famæ venientis amore:
 10 Ex in bella viro memorat, quæ deinde gerenda:
 Laurentesque docet populos, vibemque Latini:
 Et quo quenque modo fugiatque laborem,
 Sunt geminæ Somni portæ: quarum altera fertur
 Cornea, qua veris facilis datur exitus umbris:
 15 Altera candenti perfecta nitens elephanto:
 Sed falsa ad cælum mittunt in somnia manes.
 His ubi tum natum Anchises vnaq; Sibyllam
 Prosequitur dictis portaq; emitti eburna:
 Ille viam secat ad naues, sociosque reuisit.
 20 Tum se ad Caietæ recto fert littore portum.
 Anchora de prora iacitur, stant littore puppes.

Pathos.
 Siqua, profu-
 quo, aliquo
 mo. 10, vt 111.
 18. Si qua fata
 finant.

Conclusio.

264, 30.
 Pöt. in actio.
 Hinc eclogâ
 orditur Auto-
 nius, cui titu-
 lus est Cupi-
 do cruciatus.

179, 27.

294, 27.
 Ex Homerâ
 Odyf. lib. 19.
 In lom. è v. 7.
 174, Char. pa-
 67. Ad Mac.
 in lom Sci. l.
 1. cap. 3.

Æneas ebur-
 nea porta ad
 superos emit-
 titur. 274, 15.
 Idē 173, 25.

25

ADILON.

Septimus Æneam reddit fatalibus aruis.

S 2 HEREN.

HERENNII MODESTINI I. C.

in septimum librum Æneidos.

ARGUMENTVM.

Tum deinde,
364, 16.
Sic post dein
de, 24, 13.
278, 16

Hic quoq; Caietam sepelit: tum deinde profectus
Laurentum venit: hanc verbis cognouit Iuli
Fatalem terram. Mensis en velcimur, inquit.

279, 24.
284, 6. 285, 13.

Centum oratores veniam pacemque perentes
Ad regem mittit, lectos tum sorte, Latinum:
Qui cum pace etiam naræ connubia pactus.

286, 19.
290, 21.

Hoc sorte Alecto Iunonis dissipat ira.

Tu. vni syllabæ
voces au
spicandis ver
sibus & narra
tionibus ido
nem, quæ a da
ctylis fouean
tur, vi hic. &
123, 26. 169,
1. 294, 21.

Concurrunt dictis, quamuis pia fata repugnent.

vel, quod etiã
vilitatis fit a
spondens, vt
vi 72, 17. 111,
12. 137, 23.
304, 16. 404,
5. 101, 2. 276
7. & aliibi.

Belli causa fuit violatus vulnere ceruus.

Tum gentes socia arma parant, fremit arma iuuentus.

P. V. M. ÆNEIDO S15

LIBER SEPTIMVM.



T quoq; lictaribus nostris Æneia
nutrix

*A*eternam moriens famam Caieta
ta dedisti.

*E*t nunc seruat honos sedem tuus
ossaque nomen

Hesperia in magna (si qua est ea gloria) signat.

Exequiæ.

At pius exequijs Æneas rite solutis,

it it complodunt.

Aggere composito tumuli, postquam alta quierunt
Aequora, tendit iter velis, portumq; relinquit

All. gemina.
Liptores.

Aspirant auræ in noctem: nec candida cursum

Mac 1. 6, c. 4.
Ody 3. vide

Luna negat: splendet tremulo sub lumine pontus.

Mac. 1. 5. c. 12.

Proxima Circeæ raduntur litora terræ,

Diues

Dives inaccessos ubi Solis filia lucos
 Assiduoresonat cantus: tectisque superbis
 Krit odoratam nocturna in lumina cedrum,
 Arguto tenues percurrrens pectine telas.
 5 Hinc exaudiri gemitus, & que leonum
 Vincla recusantum, & sera sub nocte rudentum:
 Setigerique sues, atque in præsepibus urfi
 Squire, ac formæ magnorum ululare luporum
 Quos hominum ex facie dea sæna potentibus herbis
 10 Induerat Circe in vultus ac terga ferarum.
 Quæ ne monstra p̄i paterentur talia Troës,
 Delati in portus, neu litora dira subirent,
 Neptunus ventis implevit vela secundis:
 Atq; fugam dedit, & præter vada seruida vexit.
 15 lamque rubescebat radijs mare, & æthere ab alto
 Aurora in roseis fulgebat lucea bigis:
 Cùm venti posuere, omnisque repente resedit
 Flatus, & in lento luctantur marmore tonse.
 Atque, hîc Aeneas ingentem ex aquore lucum
 20 Prospicit. hunc inter fluuio Tybernius amæno
 Vorticibus rapidis & multa stans arena
 In mare prorumpit: variæ circumque supraque
 Assuetæ ripis volucres & fluminis æluo
 Æthera mulcebant cantu, lucoque volabant.
 25 Fletere iter socijs, terræque aduerrere proas
 Imperat: & letus fluuio succedit opaco.
 Nunc age, qui reges, Erato, quæ tempora rerum,
 Quis Latio antiquo fuerit status, aduena classem
 Cùm primùm Ausonjs exercitus appulit oris,
 Expediam, & primæ reuocabo exordia pugnae.

Alludit ad fabulã qua Circe dicta est formis brutorũ humanas mutare. Fere idẽ 11. 3. 162. 7. Ex Od. x. Ad Macr. l. 7. c. 8. Alliteratio.

21, 22. Alligemin.

187, 11.

281, 8.

181, 29.

Roseis unde

ροδῶδ' ἀκρο-

λοῖς ἠέ.

Lucea, crocea

κροκόθεν-

πλοῖς.

Aeneas Italiã

ingreditur.

ἀναπροφῶ.

303, 22.

119, 12.

ere ter alludit.

Inuocatio. In his VI. posterioribus libris Homari Iliadem imitatur.

246, 16. 389,

29.

Ex magnificis
istis, maxime
q; numerosis
verbis dictis
q; sola admi-
ratio q̄ritur.

Hic orditur
Æneæ bella
& res in Ita-
lia gestas. In
hanc aut nar-
rationē spar-
git semina &
causas belli.
Nos de Mari-
ca in Indice
contra quam
Serruius.

* Duo enim
fuisse infantu
li filij Latino
scribuntur,
quos occidit
Amata, cum
regnū ad Æ-
neā iam per-
uentum esse t
L A V R V S.

161, 1. Alliter.
cum con com
plodunt.

fer. Phœ syl.
annominat.
Laurentes à
laurō.

Fortentum.
Stridere apes
dicuntur 205
20. id est vnā
demisere,

205, 21.
Alliteratio.
μαρτυρ.

Tu vatem, tu diua mone. dicam horrida bella:

Dicam acies, actosq; animis in funera reges,

Tyrrhenamq; manum, totamq; sub arma coactam

Hesperiam. maior rerum mihi nascitur ordo:

Maius opus moueo. Rex arua Latinus & vrbes

jam senior longa placidas in pace regebat.

Hunc Fauno & Nympha geniū Laurente Marica

Accipimus. Fauno Picus pater: isq; parentem

Te Saturne refert: tu sanguinis vltimus autor.

Filius huic, fato diuinum, prolesq; virilis

Nulla fuit: * primaq; oriens crepta iuuenta est.

Sola domum & tantas seruabat filia sedes,

jam matura viro, iam plenis nubilis annis.

Multi illam magno è Latio, totaq; petebant

Aufonia: petit ante alios pulcherrimus omnes

Turnus, auis atavisq; potens: quem regia coniux

Adiungi generum miro properabat amore:

Sed varijs portenta deum terroribus obstant.

Laurus erat tecti medio in penetralibus altis,

Sacra comam, multosq; metu seruata per annos:

Quam pater inuentam primas cum conderet arces,

ipse ferebatur Phœbo sacrasse Latinus,

Laurentisque ab ea nomen posuisse colonis:

Huius apes summum densæ (mirabile dictu)

Stridore ingenti, liquidum trans athera vectæ,

Obsedere apicem: & pedibus per mutua nexis

Examen subitum ramo frondente pependit.

Continuò vates, Externum cernimus, inquit,

Aduentare vivum: & partes petere agmen easdem

Partibus ex iisdem, & summa dominarier arce.

Præterea

Præterea castis adolet * dum altaria tedis,
 Et iuxta genitorem astat Lavinia virgo,
 Visa (nefas) longis comprehendere crinibus ignem,
 Atq; omnem ornatum flamma crepitante cremari:
 5 Regalesq; accensa comas, accensa coronam
 Insignem gemmis: tum fumida lumine fuluo
 Involui, ac totis Vulcanum spargere teclis.
 Id verò horrendum ac visu mirabile ferri.
 Nanq; fore illustrem fama satisq; canebant
 10 Ipsam, sed populo magnum portendere bellum.
 At rex sollicitus monst'ris, oracula Fauni
 Fatidici genitoris adit, lucosq; sub alta
 Consulit Alburna, nemorum quæ maxima sacro
 Fonte sonat, seuamq; exhalat opaca Mephitim.
 15 Hinc Italæ gentes, omnisq; O Enotria tellus,
 In dubijs responsa petunt: huc dona sacerdos
 *Contulit, & casarum ouium sub nocte silenti
 Pellibus incubuit stratis, somnosq; petiuit:
 Multa modis simulachra videt volitantia miris,
 20 Et varias audit voces, fruiturq; deorum
 Colloquio, atq; imis Acheronta effatur Auernis.
 Hic & tum pater ipse petens responsa Latinus,
 Centum lanigeras mactabat rite bidentes:
 Atq; harum effultus tergo stratisque iacebat
 25 Uelleribus: subita ex alto vox reddita luco est:
 Ne pete connubijs natam sociare Latinis,
 O mea progenies: thalamis neu crede paratis.
 Externi * veniunt generi: qui sanguine nostrum
 Nomen in astra ferant, quorumque à stirpe nepotes,
 Omnia sub pedibus, quæ Sol utrunq; recurrens

N. in Differ.
 v. Castitas.
 * cum
 Syl. añ. cū in-
 sequenti ver.
 Ignis porten-
 tum regium.
 quale signifi-
 cavit regē, fo-
 re Ascanium,
 159, 26.

All. & syl. añ.

Alliter. cū in-
 sequenti ver.
 à fando Fau-
 ni.

Mephitis deā
 grauissimi
 odoris est.

* Cum tulit,
 206, 23. 278,
 2.
 Rhod. lib. 14.
 cap. 47.
 All. geminæ
 47, 11.
 ἀλακτιμὲς.

165, 28. 167,
 21.
 Responsa
 Fauni.
 283, 20.
 * venient.
 283, 22.

278; 17.

Tmesis. 194.

29.

Epitheton à
corpore.Egestas præ-
dicta per Hat-
pyiam
Metonymia.
Syl. annom.
quad. antono-
masia.173; 5.
Religiosum
enim erat mē-
sam edere.Bona peri-
phras.9 accentuum
versus.Alliteratio.
ma ma com-
plodunt.59, 10, 13, 2, 3.
288, 29, 7, 1,
24.*Aspiciunt Oceanum, vertique regique videbunt.**Hæc responsa patris Fauni, monitusq; silenti
Nocte datos, non ipse suo premit ore Latinus:**Sed circum latè volitans iam fama per urbes
Ausonias tulerat, cum Laomedontia pubes
Gramineo ripæ reliquit ab aggere classem.**Aeneas, primiq; duces, & pulcher Jūlus,
Corpora sub ramis deponunt arboris altæ:
Instituntq; dapces, & adorea liba per herbas
Subiiciunt epulis (sic Iuppiter ipse monebat)
Et cereale solum pomis agrestibus augent.**Consumptis hinc fortè alijs, ut vertere morsus
Exiguam in Cererem penuria adegit edendi:
Et violare manu mālisque audacibus orbem
Fatalis crusti, patulis nec parcere quadris:**Heus, etiam mensas consumimus, inquit Jūlus.
Nec plura alludens. ea vox audita laborum
Prima tulit finem: primamq; loquentis ab ore
Eripuit pater, ac stupefactus numine pressit.**Continuò, Salve fati mibi debita tellus,
Vosque, ait, ò fidi Troia saluete penates.**Hic domus, hæc patria est. genitor mibi talia nanq;
(Nunc repeto) Anchises fatorum arcana reliquit.**Cum te nate famas ignota ad littora vectum
Accisis coget dapibus consumere mensas,
Tum sperare domos defessus, ibiq; memento
Prima locare manus, molirique aggere tecta.**Hæc erat illa famas: hæc nos suprema manebant,
Exitijs positura modum.**Quare agite, & primo leti cum lumine solis,*

Qua

Que loca, qui ve habeant homines, vbi mœnia gentis,
Vestigemus, & a portu diuersa petamus.

Nunc pateras libate Ioui, precibusq; vocate
Anchisen genitorem, & vina reponite mensis.

Sic deinde effatus, frondenti tempora ramo
Implicat: & Geniumq; loci, primamque deorum
Tellurem, Nymphasque, & adhuc ignota precatur

Flumina: tum noctem, noctisque orientia signa,
Ideaumq; Iouem, Phrygiamque ex ordine matrem

Inuocat, & duplices Cœloq; Ereboque parentes.

Hic pater omnipotens ter cœlo clarus ab alto
Intonuit, radiisq; ardentem lucis & auro
Ipse manu quatiens ostendit ab æthere nubem.

* Diditur hic subito Troiana per agmina rumor,

Aduenisse diem quo debita mœnia condant.

Certatim instaurant epulas, atque omine magno
Cratêras lati statuunt, & vina coronant.

Postera cum * prima lustrabat lampade terras
Orta dies, urbem, & fines, & littora gentis

Diuersi explorant: hæc fontis stagna Numici,
Hunc Tybrim fluium: hinc fortes habitare Latinos

Tum satus Anchisa, deletos ordine ab omni
Centum oratores augusta ad mœnia regis
Ire iubet, ramis velatos Palladis omnes:

25 Donaq; ferre viro, pacemq; exposcere Teueris.

Haud mora: festinant iussi, rapidisque feruntur
Passibus ipse humili designat mœnia fossa,
Moliturq; locum: primasque in littore sedes,

Castrorum in morem, pinnis atque aggere cingit.
Tanque iter emensi, turres ac tecta Latinorum

pat. metonymia.

Signū lētitia.
Firm. l. 1. c. 15.
ra ra complō
dunt. 216, 27.
Genius est cō
ditio naturæ.

Mac. l. 3. c. r.

251, 27.
Alliteratio.

Deditur
Diditur, id est
spargitur: Lu-
cretianū ver-
bum. 312, 4.
Metonymia,
fere idē 133,
10

* Primo 189,
11.
id est vada.
282, 22.

283, 24.

Olea signum
pacis 63, 10.
& 306, 17.

237, 27.

Hypermetrus
252, 1. 290, 18
285, 18.

Ar-

Alludit ad Romanum mo-
rem exercen-
di tyrones. vi
de Vegetium.
Allite. terna.
κατάφρονις;

Nuncius.
Syll. annom.

Regia Pici
descriptio.

186, 16. 195.
7. 253, 3.

Domū ab Au-
gustio in pala-
tio factam p̄
transitū lau-
dat.

Epianaphora.
Proceleusima
ticus.

Rhod. lib. 14.
cap. 58.

* accumbere

Macr. l. 6. c. 5.
imag. i. vagi-
na.

Alliteratio.
265, 20.

* que

cur ter inuicē
adsonat.

Fortassis allu-
dit ad Capri-
tolium Ro-
manum.

295, 2. 397, 27.

Pont. in Ant
& Macr. 104,
& lib. 6. c. 8.

Alliteratio.

Ardua cernebant iuuenes, maroq; subibant.
Ante urbem pueri & primæuo flore iuuentus
Exercentur equis, domitantq; in puluere currus:
Aut acris tendunt arcus: aut lenta lacertis
Spicula contorquent, cursuq; iclumq; laceffunt.
Cum prouectus equo longæui regis ad aures
Nuntius ingentis ignota in veste reportat
Aduenisse viros: ille intra tecta vocari
Imperat, & solio medius conſedit auito.
Tectum angustū, ingens, centum sublimē columnis, 10
Urbe fuit summa, Laurentis regia Pici,
Horrendum syluis & relligione parentum.
Hinc scepra accipere, & primos attollere fasces
Regibus omen erat: hoc illis curia templum:
Hæ sacris sedes epulis: hic aræ e' cæso 15
Perpetuis soliti patres * considerare mensis.
Quinetiam veterum effigies ex ordine auorum
Antiqua ex cedro, Italusque, paterque Sabinus,
Viuisator, curuam seruans sub imagine falcem,
Saturnusq; senex, Janiq; bifrontis imago, 20
Vestibulo astabant: aliq; ab origine reges,
Martia * qui ob patriam pugnando vulnere possi.
Multaq; præterea sacris in postibus arma
Captiui pendent currus, curuæq; secures,
Et cristæ capitum, & portarum ingentia claustra, 25
Spiculaq; clypeiq; ereptaq; rostra carinis.
Ipse Quirinali lituo, paruaq; sedebat
Succinctus trabea, lauaq; ancile gerebat
Picus equum domitor: quem capta cupidine coniux
Aurea percussum virga, versumq; venenis,

Fecit aussem Circe, sparsuq; coloribus alas.

Tali intus templo diuūm, patriaq; Latinus
Sede sedens, Teucros ad sese in tecta vocauit:
Atq; hæc ingressis placido prior edidit ore:

5 Dicitæ Dardanida (neq; enim nescimus & urbem,
Et genus: auditiq; aduertitis equore cursum)

Quid petitis? quæ causa rates, aut cuius egentes
Litus ad Ausonium tot per vada cingula vixit?
Sine errore via, seu tempestatibus æli,

10 Qualia multa mari nauta patiuntur in alto,
Fluminis intrastis ripas, portuq; sedetis:
Ne fugite hospitium: ne ve ignorete Latinos

Saturni gentem, haud vinclo, nec legibus equam,
Sponte sua, veterisq; dei se more tenentem.

15 Atq; equidem memini (fama est obscurior annis)
Auruncos ita ferre senes: his ortus ut agris

Dardanus, Idæas Phrygiæ penetravit ad vrbes,
Threiciamq; Samum, quæ nunc Samotheacia fertur.
Hinc illum Coriti Tyrrhena ab sede profectum,

20 Aurea nunc solio stellantis regia cæli
Accipit, & numerum diuorum altaribus auget.
Dixerat: & dicta Ilioneus sic voce secutus:

Rex, genus egregium Fauni, nec fluctibus actos
Atra subegit hyems vestris succedere terris:

25 Nec hydus regione via, litibusve si fellit:

Consilio hanc omnes animisq; volentibus urbem
Afferimus, pulsique regnis, quæ maxima quondam
Extremo veniens Sol aspiciet olympo.

Ab Ioue principium generis: Ioue Dardana pubes
Gaudet auo. rex ipse Iouis de gente suprema

Syll. annot.

Interrogatio.

Odysseus 3 Vide
Macr. l. 5. c. 8.

Alliteratio.

Ius hospitale.

Alludit ad Sa-
turni tempo-
ra aurea: leges
enim natum
Saturni tem-
poribus desig-
nant poetæ.

Apollonius
Atlantidos in-
sulam vocat:
quondam Sa-
mos Darda-
nia & Leuco-
sia, hodie Sā-
mandache.
Ilioneus Tro-
ianorum ora-
tor ad Latinū,
qui & ad Di-
danem, 128,
17.

Narratio.
Alliteratio cū
i sequenti ver-
Commenda-
tio Aeneæ ab
opibus & ge-
nere.

Tro-

Troius Aeneas tua nos ad limina misit.
 Quanta per Idæos seuis effusa Mycenis
 Tempestas ierit campos, quibus actus uterque
 Europeæ atque Asiæ concurrerit orbis
 Audist' & si quem tellus extrema refluxo
 Submouet Oceano, & si quem extenta plagarum
 Quatuor in medio dirimit plâga solis iniqui.
 Diluuiio ex illo tot vastâ per æquora vecti,
 Dijs sedem exiguam patrijs, litusq; rogamus

Ratio petiti-
 nis ab vili.

Syltote.

Verecundè di-
 cit, id est Tro-
 ianos, reliqui
 as Troia.

9 accentuum
 versus.

Obtestatio.

Ab honesto.

*precantia, vt
 sit hyperme-
 ter.

A necessitate.

id est stagna.

279, 20.

δοτακισμός.

D O N A.

132, 13, 133,

25.

Alli geminæ.

Anaphora.

Pathos ab ha-
 bitu mirâris.

Innocuum, & cunctis vnamq; auramq; patentem

Non erimus regno indecores: nec vestra feretur

Fama lenis, tantiq; abolefcet gratia facti:

Nec Troiam Ausonios gremio excepisse pigebit.

Fata per Aeneæ iuro, dextramque potentem,

Sive fide, seu quis bello est expertus & armis:

Multi nos populi, multæ (ne temne, quod vltro

Praferimus manibus vittas ac verba * precantum)

Et petiere sibi, & voluere adiungere gentes.

Sed nos fata deum vestras exquirere terras

Imperijs egere suis. hinc Dardanus ortus,

Hac reperit: iussisq; ingentibus vrget Apollo

Tyrhenû ad Tybrim, et fontis vada sacra Numici.

Dat tibi præterea fortunæ parua prioris

Munera, reliquias Troia ex ardente receptas.

Hoc pater Anchises auro libabat ad aras:

Hoc Priami gestamen erat, cum iura vocatis

More daret populis: sceptrumq; sacerq; tiaras,

Hiadumque labor, vestes.

Talibus Ilieni dictis, defixa Latinus

Obtritu tenet ora: soloque immobilis hæret,

Intentos voluens oculos, nec purpura regem
 Picta mouet, nec scepra mouent Priameia tantum,
 Quantum in conuivio natæ talamoq; moratur,
 Et veteris Fauni voluit sub pectore sortem.

281, 19.

Hunc illum fatis externa à sede profectum
 Portendi generum, paribusque in regna vocari
 Auspicys: hinc progeniem virtute futuram
 Egregiam, & totum que viribus occupet orbem.
 Tandem letus ait: *Dij nostra incepta secudent,*

293, 28.

Auguriumque suum: dubitur Troiane quod optas.
 Munera nec sperno: non vobis, rege Latino,
 Diuitis vber agri, Troie re opulentia deerit.
 Ipse modo *Æneas* (nostri si tanta cupido est,
 Si iungi hospitio properat, socius & que vocari)

Imprecatio.
 Alludit ad suam cogitationem magis quam ad petitionem Troianorum. nec sperno, Liptores.
 * ve

Adueniat, vultus ne ve exhorrescat amicos.
 Pars mihi erit dextram tetigisse tyranni.
 Vos contra regi mea nunc mandata referte.

Fides. + iacis

Est mihi nata, viro gentis quam iungere nostræ
 Non patrio ex adyto sortes, non plurima cælo
 Monstra sinunt, generos externis: ffere ab oris:
 (Hoc Latio restare canunt) qui sanguine nostrum
 Nomen in astra ferant, hunc illum poscere fata
 Et reor, & si quid veri mens augurat, opto.

Epanaphora.
 277, 28.

Hæc effatus, equos numero pater eligit omni.
 25 Stabant trecentum mitidi in præsepibus altis.
 Omnibus extemplo Teucris iubet ordine duci
 Instratos ostro alipedes, pictisq; tapetis.

279, 22.
 Equi, regia dona.

Aurca pectoribus demissa monilia pendent:
 Telecti auro, sulum mandunt sub dentibus aurum.
 Absenti *Æneæ* currum, geminosq; iugales

cap vite 138.
 18, 3, 2, 21.

Hom. Iliade

13. 25.

*Semine ab ætherio, spirantes naribus ignem,
Florum de gente, patri quos dædala Circe
Supposita de matre nothos furata creauit.*

Alliteratio.

*Talibus Aeneadæ donis dictisque Latini
Sublimes in equis redeunt, pacemque reportant.
Ecce autem Inachijs sese referebat ab Argis.*

abusq; , sicut
adulq; : 395.

*Sæua Iouis coniux, aurasque inuicta tenebat,
Et letum Aeneam, classemque ex æthere longè
Dardaniam Siculo prospexit abusque Pachyno.*

Pathetica ora
tio, quam Ma
cr. examinat
lib. 4. cap. 2.
Initium ab ec
phoneti

*Moliri iam tecta videt, iam fidere terræ,
Deseruisse rates: Stetit acri fixa dolore:*

Tum quassans caput, hæc effudit pectore dicta:

Heu stirpem inuisam, & satis contraria nostris

Fata Phrygum. num Sigeis occumbere campis?

Num capti potuere capi? num incensa cremauit

Troia viros? medias acies, mediosque per ignis

Inuenere viam? at, credo, mea numina tandem

Fessa iacent: odijs aut exaturata quieui:

Quinetiam patria excussos infesta per undas

Ausæ sequi, & profugis toto me opponere ponto.

Absumptæ in Teucros vires cælique marisque.

Quid Syrtes, aut Scylla mihi, quid vasta Charybdis

Profui? optato conduntur Tybridis æluo,

Securi pelagi, atque mei. Mars perdere gentem

Immanem Lapithum valuit: concessit in iras

Ipse deum antiquam genitor Calydonæ Diæ:

Quod scelus aut Lapithis tantum, aut Calydone meo?

At ego magna Iouis coniux, nil linquere inausum

Quæ potui? infelix, quæ memet in omnia verti,

Vincor ab Aenea, quod si mea numina non sunt

*Quod scelus aut Lapithis tantum, aut Calydone meo?
At ego magna Iouis coniux, nil linquere inausum
Quæ potui? infelix, quæ memet in omnia verti,
Vincor ab Aenea, quod si mea numina non sunt*

Magna

Magna satis, dubitè haud equidè implorare quàm usquàm
 Flectere si nequeo superos, Acheronta mouebo. (est,
 Non dabitur regnis (esto) prohibere Latinis,
 Atque immota manet satis Lauinia coniux:
 At trahere, atque moras tantis licet addere rebus:
 Ac licet amborum populos excindere regum.
 Hic gener atque socer coëant mercede suorum.
 Sanguine Troiano & Rutulo dotabere virgo:
 Et Bellona manet te pronuba, nec face tantum
 Cisseis* pregnans igneis enixa iugales:
 Quin idem Veneri partus suus, & Paris alter,
 Funestæque iterum recidua in Pergama tede.
 Hec ubi dicta dedit, terras horrendas petiuit:
 Luctificam Alecto dirarum ab sede sororum,
 Infernisque ciet tenebris: cui tristia bella,
 Frequens, insidiæque & crimina noxia cordi.
 Odit & ipse pater Pluton, odere sorores
 Tartareæ monstrum tot sese vertit in ora:
 Tam seque facies, tot pullulat atra colubris.
 Quam furo his acuit verbis, ac talia fatur:
 Nunc mihi da proprium virgo sata Nocte laborem,
 Hinc operam: nec nos ter honos, infracta ve cedat
 Fama loco: neu connubijs ambire Latinum
 Aeneadè possint, Italos ve obsidere fines.
 Tu potes vnanimis armare in prælia fratres,
 Atque odijs versare domos: tu verbera tectis,
 Funereasque inferre faces: tibi nomina mille,
 Nulle nocendi artes: sæcundum concute pectus.
 Dissice compositam pacem, sere crimina belli:
 Arma velit, poscatque simul, rapiatque iuuentus.

2, 27. 9. accen-
 tuum verius.
 Confirmat se
 ad nocendū.
 Confutatio.

220022.

Maledicit Tu
 no Argumen
 tum à simili.
 * prægnans
 Amplificatio
 ab historia.
 200, 20. 357,
 21.
 Ecce Acherō
 ta mouet.
 289. 24.
 Alectio in ac
 culatio, vt
 Dido, 201, 19.
 Amplificatio
 Pater naturæ
 nomē est. Or
 pheus. n. fu
 rias Plutonis
 & Proserpinę
 filias in hym
 nis canit.
 Petitio.
 Noctē: varia
 uit secundum
 Æschylū, qui
 eandem No
 ctē genitas
 existimauit.
 A facili. 391,
 16.
 Anadiplosis.
 Horatio.

Ex in

- Alliter. ex in-
 teruallo. *Exin Gorgoneis Alecto infesta venenis*
Principio Latium & Laurentius testa tyranni
Celsa petit, tacitumq; obsedit limen Amate.
- 187, 28. 391,
 30 *Quam super aduentu Teucrum, Turniq; hymenæi,*
Fœminæ ardentem curaq; iraq; coquebant.
- Furia immit-
 tit curam.
 Figura pertur-
 bata. *Huic dea cœruleis vnum de crinibus anguem*
Coniicit, inque sinum præcordia ad intima subdit:
Quo furibunda domum monstro permisceat omnem.
Ite inter vestes & leuia pectora lapsus
Voluitur attu nullo, fallitq; furentem
Vipeream inspirans animam. fit tortile collo
Aurum ingens coluber: fit longa tenia vitæ:
Innectitq; comas, & membris lubricus errat.
231. 10. 124, 21
 Epanaphora. *Ac dum prima lues vdo sublapsa veneno*
Pertentat sensus, atque ossibus implicat ignem,
Nec dum animus toto percepit pectore flammam:
Mollius & solito matruu de more locuta est,
Multa super nata lacrymās, Phrygijsq; hymenæis:
Exulibusne datur ducenda Lavinia Teucris,
O genitor? nec te miseret nataq; tuiq;?
Nec matris miseret, quam primo Aquilone relinquet
Perfidus, alta petens, abducta virgine prædo?
** At non sic Phrygius penetrat Lacedæmona pastor,*
Ledaamq; Helenam Troianas vexit ad arcus?
Quid tua sancta fides, quid cura antiqua tuorum,
Et consanguineo toties data dextera Turno?
Si gener externa petitur de gente Latinis.
Idq; sedet, Fœniq; premunt te iussa parentis:
Omnem equidem sceptris terram que libera nostris
- Hypallage.
 133, 6. *Dissidet, externam reor, & sic dicere diuos.*
- Allit. alten.
 Exclamatio
 continens p-
 positionem.
 παράδειγμα
 1. narratio ex-
 emplo deter-
 rentis.
 Pathos à tur-
 pi.
 * An
 * verbes?
 Ab honesto.

Et Turno, si prima domus repetatur origo,

Inachus Acrisiusq; patres, mediq; Mycenæ.

His ubi nequicquam dictis experta, Latinum
Contra stare videt: penitusq; in viscera lapsum

5 Serpentis furiale malum, totamq; pererrat:
Tum verò infelix ingentibus excitat monstris,
Immensam sine more furit lymphata per urbem.

Ceu quondam torto volitans sub verbere turbo,
Quem pueri magno in gyro vacua atria circum

10 Intenti ludo exercent: ille actus habena
Curvatis fertur spacijs: stupet inscia turba,

* Impubisque manus mirata volubile buxum,

Dant animos plagæ, non fur su segnior illo

Per medias vrbes agitur, populosque feroces.

15 Quin etiam in sylvas, simulato numine Bacchi,
Maius adorta nefas, maioremq; orsa furorem,

Euolat: & natam frondosis monibus abdit,
Quò talamum eripiat Teucris, tedasq; moretur:

Euobe Bacche, fremens, solum te virgine dignum

20 Vociferans, etenim mollis tibi sumere thyrsos,

Te lustrare choros, sacrum tibi pascere crimem.

Fama, volat: furijque accensas pectore matres

Idem omnes simul ardor agit, noua querere dicta.

Deseruere domos: ventis dant colla comasq;.

25 Ast alię tremulis vlulatibus exhera complent,

Pampineasque gerunt incinctę pellibus hastas:

Ipsa inter medias flagrantem feruida pinum

Sustinet, ac natę Turnique canit hymenæos,

Sanguineam torquens aciem: * toruumq; repente

Clamat, sò matres audite * ubi queq; Latine.

T

Lymphata:
Catull. Epi-
thal Qui tum
alacres pas-
sim. lymphata
mente fu-
rebant.

Compara-
tio. Tib. l. 1.
eleg. 1. eadem
viti cōp. 200.
5. nā & rapā-
rō raiçev di
æi à Græcis.

Alliteratio.
* Impubes
Syll. annom.
Vt vim furo-
ris exprimat,
fingit bacchā
tem.

Bacchanalia
nefas vocat
pp Romano-
rum legē, qua
cautū est de
Bacchanalib.
Euobe, adila
dic. Bacchicū
furorē canit
Cat. Epithal.
& Colum. in
Hortis.

h habet vim
literæ, vt 379.
23.

110, 19.
* toruumque
* vbiunque
vbiunque
Pro quæcun-
que.

Si

*Si qua pijs animis manet infelicis Amatae
 Gratia si iuris materni cura remordet:
 Soluite crinales vittas, capite orgia mecum.
 Talem inter sylvas, inter deserta ferarum,
 Reginam Alecto stimulis agit undique Bacchi,
 Postquam visa satis primos acuisse furores,
 Consiliumq; omnemq; domum vertisse Latini:
 Protinus hinc fuscis tristis dea tollitur alis
 Audacis Rutuli ad muros: quam dicitur urbem
 Acrisoneis Danaë fundasse colonis,
 Præcipiti delata Noto. locus Ardea quondam
 Dictus quis, & nunc magnum* manet Ardea nomē.
 Sed fortuna fuit. tectis hic Turnus in altis
 Jam mediam nigra carpebat nocte quietem:
 Alecto toruam faciem & furialia membra
 * Exiit: in vultus sese transformat aniles,
 Et frontem obscenam rugis arat, induit albos
 Cum vitta crines: tum ramum innectit oliuæ.
 Fit Calybe Junonis anus, templiq; sacerdos;
 Et iuueni ante oculos his se cum vocibus offert.
 Turne tot in cassum fusos patiere labores?
 Et tua Dardanij transcribi scepra colonis?
 Rex tibi coniugium & quæsitæ sanguine dotes
 Abnegat, externusq; in regnum quæritur hères.
 In nunc, ingratis offert & irrise periclis;
 Tyrrhenas isterne acies: tege pace Latinos.
 Hæc adeò tibi me, placida cum nocte iaceres,
 Ipsa palam fari omnipotens Saturnia iussit.
 Quare age, & armari pubem, portisq; moueri
 Latus in arma para: & Phrygios, qui flumine pulchro
 Confe-*

119, 27.

Horatio ab
officio.

29, 13.

fa fa complo.
dunt.Ardea nunc
oppidulum
Syll. annom.

* tenet 295.

21, 352. 11.

119, 120. Ar-

dea colonia

Mycenæorū.

Humis. Meta-

morphosin. I

autem sul no-

minis refert.

Ouid. 14.

* Exit, &

Alecto in Ca-

lyben.

Exasperat ab

ingratitude-

ne.

Propositio.

Ironia.

Esprobatō

Ab autorita-

te.

Consilium.

9 accent. ver.

Consedere, duces, pictasq; exure carinas,
 Caelestium vis magna iubet, rex ipse Latinus,
 Ni dare coniugium, & dicto parere fatetur,
 Sentiat, & tandem Turnum experiatur in armis.

Hic iuuenis vatem irridens, sic orsa vicissim
 Ore refert: Classes inuectas Tybridis* vndam,
 Non, ut vere, meas effugit nuntius aures:
 Ne tantos mihi finge metus: nec regia Iuno
 Immemor est nostri.

10 Sed te victa situ, veriq; effata senectus
 O mater, curis nequicquam exerceo, & arma
 Regum inter falsa vatem formidine ludit,
 Cura tibi, diuim effigies & templa tueri:
 Bella viri pacemq; * gerant, quis bella gerenda.

15 Talibus Allecto dictis exarsit in iras,
 At iuueni anti subitus tremor occupat artus:
 Diriguere oculi: tot Erinnys sibilat hydrys,
 Tantaq; se facies aperit: tum flammea torquens
 Lumina, cum stantem & quarentem dicere plura.

20 Reppulit, & geminos erexit trinibus angues:
 Verberaq; insonuit, * rabidoq; haec addidit ore:
 En ego victa situ, quam veri effata senectus
 Arma inter regum falsa formidine ludit.
 Respice ad haec: adsum dirarum ab sede sororum:

25 Bella manu lethumq; gero.

Sic effata, faciem itueni coniecit, & atro
 Lumine fumantem s fixit sub pectore tadas.
 Olli somnum ingens rupit pauor, ossaq; & artus
 Per fudit toto proruptus corpore sudor.
 Arma amens fremit, arma toro rectisq; requirit.

Conclusio ab
 honesto.

vis, i. Iuno: vt
 ira magna
 deum, 237, 8.

Non nihil, &
 huc pertin et.

Vi superum,
 &c. 111, 4. Ho

rum memor

Ausonius in-

quit: Et soror
 & coniux fra

tris, regina
 Deū vis, qver.

adscribi de-

bet, ex antiq̄s
 exēplaribus,

quartus, vbi
 de Monosyl-

labis deorum
 ludit* a luce.

* gerent.

Alludit ad cō-

ditionem ira-

torum.

An non facit
 Poete arsum

ma, vt audiē-

tibus hęc no-

bis capilli ip-

si furrigatur,

animulq; hor-

rescat.

* rapido

219. 19.

Reijcit contu-

meliam.

285, 14.

Ad mouendā
 hęc spectant,

admirationē
 Ira viuat san-

guinem.
 Exprimt ve-

hementiā af-

fectus.

147, 20. 155

14 401. 26

Hiatus cū in se
quenti versu
Comparatio ..
* aquat Fumi
dus. Sed aqua
vis, ruemur in
Ind. v. pictur.
so accēt. vers.
infrequens.

Indicatur bel
lum:

Hypermetrus,
qualis 385, 38.
Syll. annom.

Alliteratio.

Epitheton à
corpore Cha
rit. 102. 328,
26.

i. Alleto.
Alliteratio.

* laborum Oc
calio belli.

Hac belli cau
sam, tanquam
leuam, uidet.

Maer. contra
quē Pontanus
pro Marone
merito stat in
Ant.

Ferum, i. cer
uum, sicut pro
equo. 138, 27.

240, 30.

Sauit amor ferri, & scelerata insania belli:
Ira super: magno veluti cū flamma sonore
Virgea suggeritur costis vndantis abenti,
Exultantq; aestu latice: furtintus* atque vis,
Fumidus atq; altè spumis exuberat amnis:
Nec iam se capit vnda, volat vapor ater ad auras.
Ergo iter ad regem, polluta pace, Latinum
Indicit primis iuuenum, & iubet arma parari:
Tutari Italiam, detrudere finibus hostem:
Se satis ambobus Teucrisque venire Latini. & que.
Hæc vbi dicta dedit, diuosque in vota vocauit.
Certatim sese, Rutuli exhortantur in arma.
Hunc decus egregium formæ mouet, atq; iuuent:
Hunc atavi reges, hunc claris dextera factis.
Dum Turnus Rutulos animi audacibus implet,
Alecto in Teucros Stygijs se concitat alis,
Arte noua speculata locum, quo littore pulcher
Insidijs cursuq; feras agitabat filus
Hic subitam canibus rabiem Cocytia virgo
Obiicit, & noto nares contingit odore,
Ut ceruum ardentes agerent: quæ prima* malorum
Causa fuit, belloq; animos accendit agrestes.
Cervus erat forma præstanti & cornibus ingens,
Tyrhidae pueri quem matris ab ubere raptum
Nutrebant, Tyrhusque pater: cui regia parent
Armenta, & latè custodia credita campi.
Assuetum imperijs soror omni Syluia cura
Mollibus intexens ornabat cornua fertis:
Petebatq; ferum, puroque in fonte lauabat.
Ille manum patiens, mensq; assuetus herili,

Errabat

Errabat syluis, rursusq; ad limina nota
 Ipse domum sera quamuis nocte se ferebat.
 Hunc procul errantem rapida venantis Iuli
 Commouere canes: fluuio cum forte secundo
 5 Deflueret, ripaq; aestus viridante leuaret.
 Ipse etiam eximia laudis succensus amore
 Ascanius, curuo dixerit spicula cornu:
 Nec dextra erranti deus absuit, adtaq; multo
 Perque vterum sonitu perque ilia venit arundo.
 10 Saucius at quadrupes nota intra tecta refugit,
 Successitq; gemens stabulis: questuque, cruentus,
 Atq; imploranti similis, tectum omne repleuit.
 Syluia prima soror palmis percussa lacertos
 Auxilium vocat, & duros clamat agrestes.
 15 Olli (pestitis enim tacitis latet aspera syluis)
 Improvisi adsunt: hic torre armatus obuoluo,
 Stipitis hic grandis nodis. quod cuiq; repertum
 Rimanti, telum ira * facit. vocat agmina Tyrribus,
 Quadrifidam quercum cuneis ut forte coactis
 20 Scindebat, rapta spirans immanè securi.
 At saeva è speculis tempus dea nocta nocendi,
 Ardua tecta petit, stabuli & de culmine summo
 Pastorale canit signum, cornuque recuruo
 Tartaream intendit vocem: qua protinus omne
 25 Contremuit nemus, & syluae intonuere profunda.
 Audit & Trivia longè lacus: audit amnis
 Sulfurea Nar albus aqua, fontesq; Velini:
 Et trepidæ matres, pressere ad pectora natos.
 Tum verò ad vocem celeres, qua buccina signum
 Dira dedit, raptis concurrunt undique telis

se ter alludit.

Alludit ad na-
 turam cerui.

Spiculorū in-
 tortio, 29. 20.
 291, 7. 347, 29
 412, 16. 415
 12.

Synthesis.
 Conflictatio
 isthæc nō mo-
 do non vitio-
 sa, sed quasi
 floscul^o rarior
 inter prata nē
 te t.

Conclamare
 verbū est mi-
 litare.

Olli, i. illi. ex
 quo quollī
 vulgò nōnul-
 los audio esse
 rentes.
 * fuit.

49, 29. 433, 13
 44, 26.

Corno vulgò
 est Cornett.

Alliteratio.
 Velia, quæ He-
 lia Plinio, Hye-
 la Straboni.

Pathos. Pro-
 bat hoc versu-
 culo Quint l.
 8. c. 1. contingere eadē cla-
 ritate et ex
 accidentibus
 posse.

Indomiti agricola, nec non & Troia pubes
 Ascanio auxilium castris effudit apertis.

Sic præunte,
 219. 18 Hom.
 ἀναπτόνο
 τις χαμυνύ-
 ται. Hypoty-
 pofis Solutio
 in tertio loco
 Comparatio,
 qua defcribit
 quomodo
 creuerit tu-
 mulus hunc
 autē locum
 cōparat cū si-
 mili ex Ili. d.
 Mac. l. 5. c. 13
 367. 10.
 * exit

Direrere acies, non iam certamine agrefli,
 Stipitibus duris agitur, sudibus ve præustis:

Sed ferro ancipiti decernunt: atraq; latè
 Horrescit strictis seges ensibus; atraq; fulgent
 Sole laceffita, & lucem sub nubila iactant.

Fluctus uti primo cœpit cūm albescere vento,
 Paulatim sese tollit mare, & altius vndas
 Erigit, inde imo consurgit ad æthera fundo.

Hic iuuenis primam ante aciem stridente sagitta,
 Natorum Tyrrihi fuerat qui maximus, Almon
 Sternitur. * hæsit enim sub gutture vulnus, & vda
 Vocis iter, tenuemq; inclusit sanguine vitam.

Pathos à cau-
 sa: à fortuna.
 151. 12. 374.
 76.
 Inde reditus.
 Hinc campus
 pro exercitu
 vulgo, & ac-
 campar, & scā
 par. nisi poste-
 rius à χαμυ-
 malis.
 cœl con. vt re-
 stuis cœlū per-
 ce, quā cor-
 207.
 Ironia.

Corpora multa virūm circa, seniorq; Galesus,
 Dum pati medium se offert: iustissimus vnus

Qui fuit, Ausonysq; olim ditissimus aruis:

Quinque greges illi balantum, quinque redibant
 Armenta, & terram centum vertebat aratriis.

Atq; ea per campos æquodum Marte geruntur,
 Promissi dea facta potens, vbi sanguine bellum
 Imbuit, & primæ commisit funera pugnae:

Deserit Hesperiam, & cœli conuexa per auras,
 Iunonem victrix affatur voce superba:

En perfecta tibi bello discordia tristi:

Dic in amicitiam coëant, & sædera iungant:

Quandoquidem Ausonio respersi sanguine Teucros.

359. 8.
 9. accent. ver.

Hoc etiam his addam, tua si mihi certa voluntas,
 Finitimas in bella feram rumoribus vrbes:

273. 9.

Accendamq; animos insani Martis amore,

Undiq;

Vndiq; vt auxilio veniant: spargam arma per agros.

Tum contra Iuno: Terrorum & fraudis abūde est.

Stant belli caussæ: pugnatur comminus armis.

Quæ fors prima dedit, sanguis nonus imbuuit arma.

5 Talia * connūbia & tales celebrent hymenæos

Egregium Veneris genus, & rex ipse Latinus.

Te super aetherias errare licentius auras

Haud pater * ipse velit, summi regnator olympi.

Cede locis: ego si qua super fortuna laborum est,

10 ipsa regam. Taleis dederat Saturnia voces.

Illam autem attollit stridentes anguibus alas,

Cocytique petit sedem, supera ardua linquens,

Est locus, Italiæ * In medio, sub montibus altis,

Nobilis, & fama multis memoratus in oris,

15 Ansancti valles. densis hunc frondibus atrum

Urget utrinque latus nemoris, medioq; fragosus

Dat sonitum saxi & torto vertice torrens.

Hic specus horrendum, & seui spiracula Ditis

Monstrantur: ruptoq; ingens Acheronte vorago

20 Pestiferas aperit fauces: quies condita Erinnyis

Inuisum numen, terras cælumq; * leuabat.

Nec minus interea extremam Saturnia bello

Imponit regina manum. ruit omnis in urbem

Pastorum ex acie numerus: cæsosq; reportant,

25 Almonem puerum, fœdatisq; ora Galeis:

Implorantq; deos, obiectanturq; Latinum.

Turnus adest, medioq; in crimine, cædis & ignis

Terrorem ingeminat: Teucrosque in regna vocari,

Stirpem admisceri Phrygiam, se limine pelli.

Tum, quorum attonitæ Baccho nemora auia matres

Abūde, sicut
Charisii, vbi
de analogia.

* coniugia

Tropus Sylla

le: alias nu-

semper loga.

* ille.

9 accent. ver.

Vide Corytiæ

virgo, 290. 19

Alliteratio.

* in deest in

alijs.

464, 6.

Alludit ad hi

storiã. Et. n.

Ansanctus in

Hirpinis lo-

cus, quæ qui

intrauere, lu-

bito emoritur.

* leuauit.

Hiatus cū in-

sequenti ver-

su.

4. accent. ver-

sus, q ab exi-

guior nō est

28; 6.

Cōsonāt vlti-

mæ versus vo-

cales cū vlti-

mā secūdi lo-

ci, & prima

tertij, sicut
290, 1. & alibi
plerunque.

Alliteration.

378, 26.

Comparatio

ex Il. Homer.

16, & Ennij.

25. Lege Mac.

l. 6. cap. 3.

186, 28.

Exemplū stu-

dij pacis in-

princ. pe. Lati-

nus bellū dis-

suadet.

Vanicinum.

Mos qui sit,

Mac. Sat. 3. c. 8

hunc locum

citans.

Indicat quā-

late iperaue-

rint Romani.

Proper. Et do-

mus intacta

te tremis Ara-

bix 273, 13.

Belli portæ de

quibus etiam

120, 29.

Ianus bifrōs,

& quadrifrōs.

Insultant thiasis (neq; enim leue nomen Amata)

Undique collecti cœunt, Martemq; fatigant.

Ilicet infandum cuncti contra omina bellum,

Contra fata delum, peruerso numine poscunt.

Certatim regis circūstant tecta Latini.

Ille, velut pelagi rupes immota, resistit.

Vt pelagi rupes, magno veniente fragore,

Quæ sese, multis circum latrantibus undis,

Mole tenet: scopuli nequicquam, & spū mea circum

Saxa fremunt, lateriq; illisa refunditur alga.

Verum ubi nulla datur cœcum exuperare potestas

Consilium, & seua nutu Junonis eunt res:

Multa deos aurasq; pater testatus inanes,

Frangimur heu satis, inquit, ferimurq; pre cella.

Ipsi has sacrilego pendetis sanguine pœnas,

O miseri, te Turne nefas, te triste manebit

Supplicium: votisque deos venerabere scriis.

Nam Mibi parta quies, omnisque in limine portus:

Funere felici spoliior. Nec plura locutus,

Sepsit se tectis, rerumq; reliquit habenas.

Mos erat Hesperio in Latio: quem protinus vrbes

Albanę coluere sacrum, nunc maxima rerum

Roma colit, cum prima mouent in prœlia Martem:

Sive Getis inferre manu lacrymabile bellum,

Hycanisve Arabisve parant, seu tendere ad Indos,

Auroramq; sequi, Parthosq; repscere signa.

Sunt geminae Belli portæ (sic nomine dicunt)

Relligione sacra & seui formidine Martis

Centum ærei claudunt vestes, æternaque ferri

Robora: nec custos absistit limine Ianus.

Has,

His, ubi certa sedet patribus sententia pugnae,
 Ipse, quirinali trabea cinctuq; Gabino
 Insignis, reserat stridentia limina consul:
 Ipse vocat pugnas, sequitur tum cetera pubes,
 5 Aereaq; assensu conspirant cornua rauco.
 Hoc & tum Aeneidis indicere bella Latinus
 More iubebatur, tristisq; recludere portas.
 Abstulit tactu pater, aduersusque refugit
 Fœda ministeria, & cœcis se condidit umbris.
 10 Tum regina de sum cœlo delapsa, morantes
 Impulit ipsa manu portas, & cardine verso
 Belli fœturos rumpit Satorni à pœstēs:
 Ardet inexcitata Ausonia atq; immobilis antē.
 Pars pedes ire parat campis, pars arduus altis
 15 Puluerulentus * equis furit: omnes arma requirunt.
 Pars leuis clypeos & spicula lucida tergent:
 Aruina pingui, subiguntq; in cote secures:
 Signaq; ferre iuuat, sonitusque audire tubarum.
 Quinq; aded magne positis incudibus vrbes
 20 Tela nouant, Atina potens, Tyburq; superbum,
 Ardea, Crustumeriq; & turriter àntemq;
 Tegmina tuta cauant caput, flectuntq; salignas
 Umbonum crates: alij thoracas abenos,
 Aut leuis ocreas lento ducunt argento.
 25 Vomere hic & falcis honos, hic omnis aratri
 Cessit amor: recoquunt patrios fornacibus enses.
 Classica iamque sonant: it bello tessera signum.
 Hic galeam relictis trepidus rapit: ille frementis
 Ad iuga cogit equos, clypeumq; auroq; trilicem
 Loricam induitur, fidoq; accingitur ense.

Rhod. l. 7. c. 8.
qui sit in-
gnis consul.

291, 23. 302,
18. Hiatus cū
inlequēti ver-
su.

Vulgus accen-
debatur, cū vi-
disset portas
sue spōte ape-
riri.
Belli appara-
tus.

παρασκευασ-
ει παρασκευα-
* eques

Pars arduus,
sicut pubes de
icē, 263, 1. &
Pars ornix, 2
202, 21.

Tybur, Tiboli
nunc & Tioli.
σπορ παλαιο-
ver. Crutt. 52.

3.
fal. ficulnæ ho-
die probatur.

323, 15.
Spondaicus
versus. Vide
Bedamde me-
trica ratione.
Deserunt a-
gri, cura bel-
lorum.

Accingitur en-
sis, 40, 9. 199,
17. 387, 4.
403, 2.

Pan-

Comparatio.

232. 13.

Alliteratio.

Epitheton.

345. 12.

Ex II. B. apud

Mac. l. 5. c. 14.

Catalogus du-

cum, qui Tur-

nū secuti sūt.

In quo tamē

prætermittū-

tur aliquot q.

pugnantes in

ducuntur, &

fit secus, quā

ab Homero

fit obseruatū.

Vide Pont in

Ant. & Macr.

l. 5. c. 15.

* Quam vt ra-

peretur i hoc

bellum, quo

Fastidiū & fa-

tietatē exclu-

dit hac narra-

tione.

Lege Iust. lib.

Synecdoche,

Alliteratio.

* Ex industria

Poetæ mira,

voces tres in-

cipiunt ab a-

spiratione, o-

mnes autem

à vocali.

Pandite nunc Heliconæ deæ, cunctusq; mouetq;

Qui bello ex cū regēs, quā quenq; secute

Complerint campos acies, quibus Italia iam tum

Floruerit terra alma viris, quibus arserit armis.

Et meministis enim diuæ, & memorare potestis:

Ad nos vix tenuis fama perlabitur aura.

Primus init bellum Tyrrhenis asper ab oris

Contemptor diuū Mezentius, agminaq; armat.

Filius huic iuxta Lausus, quo pulchrior alter

Non fuit, excepto Laurentis corpore Turni:

Lausus equū domitor, debellatorq; ferarum,

Ducit Agyllina nequicquam ex vrbe secutos

Mille viros: dignus patrijs qui * latior esset

Imperijs, & cui pater haud Mezentius esset.

Post hos insignem palma per gramina currum

Victoresq; ostentat equos satus Hercule pulchro

Pulcher Auentinus: clypeoq; insigne paternum,

Centum angues, cinctamq; gerit serpentibus hydram.

Collis Auentini sylua quem Rhea sacerdos

Furtiuum partu sub luminis edidit anras,

Mista deo mulier, postquam Laurentia victor

Geryone extincto Tyrrhinius attigit arua,

Tyrrhenosq; boues in flumine lauit iberas.

Pila manu sauosque gerunt in bella dolones:

Et tereti pugnans mucrone, veruq; Sabello.

Ipse pedes tegmen torquens immane leonis,

Terribili impexum seta, cum dentibus albis,

Indutus capiti, sic regia tecta subibat.

Horridus, Herculeoq; humeros innexus amictu.

Tum gemini fratres Tyburta moenia linquunt.

Fratris

Fratris Tyburti dictam cognomine gentem,
 Catillusq; acerq; Coras, Argina iuventus:
 Et primam ante aciem densa inter tela feruntur,
 Ceu duo nubigena cum vertice mentis ab alto
 5 Descendunt Centauri, Homolen, Oibryngq; niualem
 Linqentes: cui su rapido dat euntibus ingens
 Sylua locum, & magno cedunt virgulta fragore.
 Nec praneſtinae fundator defuit urbis,
 Vulcano genitum pecora inter agrestia regem,
 10 Inuentumq; foecis, omnis quem credidit aetas,
 Caculus. hunc legio late comitatur agrestis:
 Quique altum Praneſte viri, quique arua Gabinae
 Junonis, gelidumq; * Anienem, & rosida riuus
 Hernica saxa calunt: quos diues Anagnia pascit,
 15 Quos Amasene pater non illis omnibus arma,
 Nec clypei, curvūs ve sonant. pars maxima glandes
 Liuentis plumbi spargit: pars spicula gestat
 Bina manu, fuluosq; lupi de pelle galeros
 Tegmen habet capiti: vestigia nuda sinistri
 20 Inſtituere pedis, crudus tegit alter a pero.
 At Meſapus equum domitor, Neptunia proles,
 Quem neque fas igni cuiquam, nec ſternere ferro,
 Iam pridem refides populos, deſuetaq; bello
 Agmina in arma vocat ſubito, ferrumq; retractat.
 25 Hi Feſcenninas acies, aquosque Faliscos,
 Hi Soractis habent arces, Flauiniaq; arua,
 Et Cymini cum monte lacum, lucosq; Capenos.
 Ibant equati numero, regemque canebant:
 Ceu quondam niuei liquida inter nubila cycni
 Cum ſeſe è paſto referunt, & longa canoros

Repetitio.

292, 11.

Primus a, um
 amat ſociare
 cum ante ſub
 ſequente.

Comparatio.
 Mōtes Theſſa-
 ſaliae.

Praneſte à Bo-
 niſacta V I I.
 deleta, & A-
 nagnia ibi.

* Anio hodie
 il Teuerone.

Anio Anie-
 nis inter de-
 bilia nomina
 reſert à Char.
 p. 41. vt Caro-
 nis.

Amasene ſu-
 uius Capania

Vide omnino
 apud Mac I 5
 ca. 18. & Pōr.
 in 1. de aspira-
 tione, ubi de
 Hernicis ſe-
 cus ſc̄it, quā

Macr. cr. per.
 Barbacor. c.

625. Meſapus
 peculiari ſa-

to tutus erat
 à ferro. vul-

gus ſadatos
 vocat, quaſi

ſadatos Cam-
 paniae vrbes.

adi Ind ſuis
 vocabulis.

Ritus onatiū.
 Comp Hom.

II. ſ. ver. 18.
 ſubofcure

Dant

significans or
 dine eos icel
 fisse, quia cō-
 positū carnē
 cecinerint.
 Ereti, is vide-
 tur qui Mons
 Eretū, vulgō
 Mōs rotūdus
 cui voci sunt
 qui aspirent.
 Aliās Mutuste
 vel Nutisca.
 Trebula Ptole-
 mao, nūc Tre-
 uium. consule
 Barb. cast. in
 Plin.
 Nur. Norcia
 nunc.
 Corefin vocāt
 flumen in Sa-
 binis, vbi Gal-
 li Romanos.
 vicerunt.
 Silius Pun. 8.
 Maior & hor-
 rificis sese ex-
 trahit Allia ri-
 pis.
 Comparatio.
 *conterita.
 Pōt. in actio.
 Auriaci, Sueffa-
 ni: Sueffa n.
 Aurunca:
 Aurūci, Sica-
 ni Pelāgi pri-
 mi coluisse
 Italiā tradunt
 Aclides tela, q̄
 vulneribus fa-
 ctis retrahunt
 tur quo voca-
 bulo vititur &
 Silius.

Dant per colla modos, sonat amnis, & Asia longē
 Pulsa palus.
 Nec quisquam artatas acies ex agmine tanto
 Misceri putet, aëriam sed gurgite ab alto
 Urgeri volucrum raucarum ad littora nubem.
 Ecce Sabinorum prisco de sanguine, magnum
 Agmens agens Clausus, magniq; ipse agminis instar:
 Claudia nunc à quo diffunditur & tribus & gens
 Per Latium, postquam in parie data Roma Sabinis.
 Unde ingens Amiterna cohors, priscaiq; Quirites,
 Ereti manus omnis, oliuiferæq; * Mutusca:
 Qui Nomentum urbem, qui rosea rura Velini,
 Qui Tetricæ horrentes rupes, montemque Seuerum,
 Casperiamq; colunt, Forulosq; & flumen Himella:
 Qui Tyberim Fabarimq; bibunt: quos frigida misit;
 Nursia, & Hortinae classes, populiq; Latini:
 Quosq; secans infaustum interluit Allia nomen.
 Quam multi Libyco voluuntur marmore fluctus,
 Sæuus vbi Orion hybernis conditur vndis,
 Vel cum sole nouo densæ torrentur arista,
 Aut Hermi campo, aut Lyciæ flauentibus aruis:
 Scuta sonant, pulsusq; pedum * tremit excita tellus.
 Hinc Agamemnonius Troiani nominis hostis
 Curru iungit Halesus equos, Turnoq; feroces
 Millerapit populos: vertunt felicia Baccho
 Massica qui rastris, & quos de collibus altis
 Aurunci misere patres, Sidicinaq; iuxta
 Aequora: quique Cales relinquunt: amnisq; vadosi
 Accola Vulturini, pariterq; Saticulus asper,
 Oscorumq; manus. teretes sunt aclides illis.

Tela: sed hæc lento mos est aptare flagello.

Lævas cetra tegit, falcati comminus enses.

Nec tu carminibus nostris indictus abibis,

O Ebale, quem generasse Telon Sebetide nympha

5 Fertur, Telebolum Capreas cum regna teneret

Iam senior patrijs sed non & filius aruis

Contentus, latè iam tum ditioe premebat

Sarrastis populos, & quæ rigat æquora Sarnus:

Quique Rufas Batulumq; tenent, atq; arua Celennæ:

10 Et quos muliera despectant mœnia* Bella,

Teutonico ritu soliti torquere cateias

Tegmina queis capitum raptus de subere cortex:

Æratæq; micant pelta, micat æreus ensis.

Et te montosè misere in prælia Nursæ,

15 Vfers, insignem fama & felicibus armis.

Horrida præcipuè cui gens, assuetaque multo

Venatu nemorum, duris Æquicola glebis:

Armati terram exercent: semperq; recentes

Conuectare iuuat predas, & viuere rapto.

20 Quin & * Marrubia venit de gente sacerdos,

Fronde super galeam & felici comptus oliua,

Archippi regis missu, fortissimus Umbro.

Vipereo generi & graui ter spirantibus hydri

Spargere qui somnos cantuq; manuq; solebat,

25 Mulcebatq; iras, & morsus arte leuabat.

Sed non Dardaniæ, medicari cuspidis ictum

Eualuit: neque cum iuuere in vulnera cantus

Somniferi, & Marsis quæsitæ in montibus herbæ.

Te nemo Angitiæ, vitrea te Fucinus vnda,

Te liquidi fluere lacus.

Certa, cutum
Hispanicum.

Caprea, iuxta
Neapolim. hu
ius Iulæ Iecel
sû delectaba
tur Tiberius.
Steph. Καρπὸ
ν καὶ Καρπὸ
αι.

* Abellæ
cateia; Barba
ra lexis, vt Ga
za. vt Maga
lia: vsurpat et
Silius. Subere
Suro Veneti,
Souer alii.

Iterantur 378
6.

* Marrubia.
Qui tamè pa
gnans uò in
ducitur.
viper. Maraf
fo vulgò à
Maris, quan
quam Maga
rasso Bano
niens. Alludic
ad historiam
Marfori, qui
bus fuit nati
ua quædã vis
cõtra venenz
Pothos ex re
pentione.
Quint. l. 9. c.

ibat

Virbus, Vir-
bii filius, qui
antea Hippo-
lytus.

Fabulā nar-
rat Ovi. Met.
xv.

* humentia
Alliteratio.
Hippolyt⁹ re-
stitutus vitæ
Ab Æscula-
pio Appolli-
nis filio, cuius
opera Diana
conduxerat.
Hippolytus à
Diana ama-
tus. Vide
Firm. de falsa
rel. c. 17.

is ter alludit
à sine dictio-
num. Virbus
quasi Virbis.
* legnius.

* Condennat
Virgil. quod
hec de Turno
dixerit: q ta-
men à Pont.
in Ant. defun-
ditur. 328. 22.
329. 13. 409.
16. Attribuit
Argiva arma
Turno, vt si-
gnificat Argi-
uū fuisse. que
qui sequitur
duces, Argiui
quoq; sunt, &
man⁹ ipse Ar-
gius, vt 301. 4.

Hab & Hippolyti proles pulcherrima bello,
Virbius: insignem quem mater Aricia misit,
Eductum Aegeriæ lucis, * Nimetia circum
Littora: pinguis ubi & placabilis ara Dianæ,
Namq; ferui fama Hippolyti, postquã arte nouerç
Occiderit, patriasq; explerit sanguine pœnas,
Turbatis distractus equis: ad sydera rursus
Ætherica & super as cœli venisse sub auras,
Pœonijs reuocatum herbis, & amore Dianæ,
Tum pater omnipotēs, aliquem indignatus ab umbris¹⁰
Mortalem infernis ad lumina surgere vitæ,
Ipse repertorem medicinæ talis & artis
Fulmine Phœbigenam Stygias detrussit ad undas.
Ad Trinia Hippolytum secretis alma recondit
Sedibus, & Nymphæ Aegeriæ nemoriq; religat;
Solut ubi syluis Italas ignobilis ænum
Exigeret, versaq; ubi nomine Virbius esset.
Unde etiam Triniæ templo lucisq; sacratis
Cornipedes arcentur equi, quod litore currum
Et iuuenem monstris pauidi effudere marinis.
Filius ardentis hand* sc̄cius equore campi
Exercebat equos, curruq; in bella ruebat.
Ipse inter primos præstanti corpore Turnus
* Vertitur arma tenens, & toto vertice super est.
Cui triplici crinita iuba galea alta Chimaeram
Sustinet, Aetnaeos efflantem fautibus igneis:
Tam magis illa fremens, & tristibus effera flammis,
Quam magis effuso crudeſcunt sanguine pugna.
At leuem clypeum sublatis cornibus fo
Auro insignibat, iam setis obsita, iam bos,

Argu.

Argumentum ingens, & custos virginis *Argus*,
 Cælatæq; amnem fundens pater *Inachus* *urina*.
 Insequitur nimbus peditum: clypeatq; totis
 Agmina densantur campis *Argu*aq; *pubes*,
 5 *Aurunc*aq; *manus*, *Rutuli* *peter* (que *Sicani*),
 Et *Sacran*g acies, & *picti* *scuta* *Labici*:
 Qui saltus *Tyberine* tuos *sacrum*q; *Dum**nici*
 Litus arant, *Rutulos*q; exercent vomere colles,
*Circæum*q; iugum: queis *Juppiter* *Anxuris* aruis
 10 *Præ*sider, & *viridi* *gau*dens *Feronia* *luco*.
 Quæ *Saturæ* iacet atra palus, gelidusq; per imas
 Quærit iter valles, atq; in mare conditur *Ufens*.
 Hos super aduenit *Volsca* de gente *Camilla*.
 Agmen agens equitum, & florentis ære *cateruas*,
 15 *Bellatrix* non illa colo *calathis* *ve* *Mineræ*
 Fæmineas assueta manus, sed prælia virgo
 Dura pati, cursuq; pedum prævertere ventos.
 * *Il*la vel intactæ segetis per summa volaret
 Gramina, nec teneras cursu lesisset aristas:
 20 Vel mare per medium fluctu suspensa tumentis
 Ferret iter, celes nec tingeret æquore plantas.
 Illam omnis tectis agrisq; effusa iuventus,
*Turba*q; *maratur* *matrum*, & prospèctat euntem,
Attonitis inhians animis: ut *regius* *ostro*
 25 *Vellet* honos *tenuis* humeros, ut *sibula* *crinem*
Auvo internectat, *Lyciam* ut gerat ipsa *pharetram*,
 Et *pastoralem* præfixa cuspide *myrtum*.

Ex Hom. ele-
 pantius tamè
 v. cælet Mac.
 l. 5. c. 15.

Prolepsis.
 Adi Seru. ù.
 Circæum pro
 mōtorū Pro-
 lemæo. Cere-
 gli, Sanctæ Fe-
 licitas.

Fer. dea ne-
 moris. & mer-
 catorum.

Alliteratio.
 flor. vide Ser.
 Hyperbole p
 cōparationē

* Hæc q. carmi-
 na sunt q. di-
 cant non esse
 Vergilij: cum
 tamen priorē
 similitudinē.
 Fabius ceter.
 8. ca. ult. & v-
 tranque Mac.
 l. 5. c. 8. quib.
 etiā opponit
 locum ex Il.

Epanaphora
 eleganti ut p
 quæadmodū,
 ter repetitur
 q. figura sta-
 tim quoq; ex-
 omat princi-
 piū insequen-
 tis libri p. ea-
 dem vocolā.
 Ut, postquam
 significatē.
 * ferat

A D I L O N.

Præparat octauo bellum, quos mittat in hostes,

HEREN.

HERENII MODESTINI I. C.
in octauum librum Æneidos.

ARGVMENTVM.

Dat bellū signum Laurenti Turnus ab arce.
Mittitur & magni Venulus Diomedis ad urbem,
Infrā 27.
306, 1.
307.
319, 25.
223, 3.
Qui petat auxilium, & doceat quæ caussa petendi.
Aeneas diuini monitis adit Arcada regem
Euandrum, Arcadia profugum, noua regna perentem.
Accipit auxilium: huic natum & socia agmina iungit
Euander: Pallas fatis comes ibat iniquis.
Iamq; habilis bello, & maternis lætus in armis,
Fataq; fortunasque ducum, casusq; suorum
Sortitus clypeo, diuina intentus in arte est.

P. V. M. ÆNEIDOS
LIBER OCTAVVS.

Hiatus eiuldē
vocalis cū in-
sequēti vers.

Hiatus simi-
lis.

Tumultu di-
xit, quia ī Ita-
lia res gereba-
tur.

269, 8. epithe-
thon ab aīo.
vrb. l. Argyn-
pam. 394, 29.
quæ & Arpi,
195, 1.



T belli signum Laurenti Turnus
ab arce

*Extulit, & rauco strepuerunt cor-
nua cantu:*

*Utque acris concussit, equos, utque
impulit arma:*

*Exemplo turbati animi: simul omne tumultu
Coniurat trepido Latium: seuitq; inuentus
Effera. ductores primi, Mesapus & Vfsens,
Contemptorq; deūm Mezentius, vndiq; cogunt
Auxilia, & latos vastant cultoribus agros.
Mittitur & magni Venulus Diomedis ad urbem,*

- Qui petat auxilium, & Latio consistere Teucros,
 Aduectum Aeneam classi, victosque penates
 Inferre, & satis regem se dicere posci.
 Edoceat: multasq; viro se adiungere gentes
 5 Dardanio, & latè Latio increbescere nomen.
 Quid struat his coeptis, quem, si fortuna sequatur,
 Eventum pugnae cupiat, manifestius ipsi,
 Quàm Turno regi, aut regi apparere Latino.
 Talia per Latium: quae Laomedontius heros
 10 Cuncta videns, magna curarum fluctuat aestu:
 Atque animum nunc huc celerem, nunc diuidit illuc,
 In partesque rapit varias, perque omnia versat.
 Sicut atque tremulum labris ubi lumen abenis
 Sole re percussum, aut radiantis imagine Luna,
 15 Omnia peruolat latè loca, iamque sub auras
 Erigitur, summiq; ferit laquearia tecti.
 Nox erat, & terras animalia fissa per omnes,
 Alituum pecudumq; genus, sopor altus habebat:
 Cum pater in ripa gelidique sub ætheris axe
 20 Aeneas, tristi turbatus pectora bello,
 Procubuit, seramque dedit per membra quietem.
 Huic deus ipse loci fluvio Tyberimus amæno,
 Populeas inter senior se attollere frondes
 Visus, cum tenuis glauco voluebat amictu
 25 Carbasus, & crines umbrosa tegebat arundo.
 Tum sic affari, & curas his demere dictis:
 O sate gente delum, Troianam ex hostibus urbem
 Qui rucubis nobis aeternaque Pergama seruas,
 Expectate solo Laurenti, aruisque Latinis:
 Hic tibi certa domus, certi (ne absiste) penates

Classi & clas-
 se dicimus.
 113, 14 111,
 61. 282, 18.
 Syll. annom.
 Patros per re-
 iectionem. Si-
 gnificat enim
 relinquere
 amplius cogi-
 tationi illius,
 quàm quæ ver-
 bis dici pos-
 set.
 206, 28, 307,
 30, 434, 12.
 Ambo ad ver-
 bum 198, 21.
 & sententiã ea-
 dem 237, 3.
 Comparatio.

169, 15. 206,
 18.
 Epenthesis, p
 alitum, quo vi-
 tur Calph.
 ecloga 2.
 Alliteratio.
 121, 11. 362,
 30. 275, 20.
 Tyberinus
 deus hac for-
 ma visitur ho-
 die Romæ eru-
 tus ex ruinis.

Idem 163, 1.
 169, 21.
 i dus genite,
 vt 349, 5.
 Syll. annom.
 ex iteruallo.
 Bpanaphora.

* timor
Confirmatio
* Confedere
Signū ab He-
leno pramon-
stratum.
305, 12.
Hos, 4. versus
legimus item
177, 18. Ori-
go Albana
urbis, penes
quam fuit im-
perium per
300. annos.
Ex quo, 150
Hemist., 193, 1

verus, licet
314 2. 334, 9.
335, 24.
A facili.
Luius Dec. 3.
l. 4. Flumine
aduerso sub-
uectum. id fa-
cit 305, 25.
Syll. annom.
* donis.
Sic prima &
ulti. 7. versuum
dictiones iui-
ce consonant
In ultimis syl-
labis: 81, 22.
95, 30. 103, 25
49, 27. 156,
4. 196, 15. 223,
2. 102, 17. 242
12. 265, 17.
314 30. & ali-
bi.

Neu belli terrere minis. * timor omnis & ira
* Concessere deum.

Jamque tibi (ne vana putes hæc fingere somnum)

Littoreis ingens inuenta sub ilicibus sus,

Triginta capitum fœtus enixa, iacebit

Alba solo recubans, albi circum vbera nati.

Hic locus urbis erit, requies ea certa laborum.

Ex quo terdenis urbem redeuntibus annis

Ascanius clari condet cognominis Albam.

Haud incerta cano. nunc qua ratione, quod inſtat,

Expedias victor, paucis, aduerte, docebo.

Arcades in oris, genus à Pallante profectum,

Qui regem Euandrum comites, qui signa secuti,

Delegere locum, & posuere in montibus urbem,

Pallantis proavi de nomine Pallanteum.

Hi bellum assidue ducuntur cum gente Latina:

Hos castris adhibe socios, & fœdera iunge.

Ipsè ego te ripis & recto flumine ducam,

Aduersum remis superes subuectus vt amnem.

Surge age nate, dea, primisque cadentibus astris

funoni fer rite preces, iramq; minasq;

Supplicibus supera * votis. mibi victor honorem

Persolues: ego sum, pleno quem flumine cernis

Stringentem ripas, & pingua culta secantem,

Cæruleus Tybris, cælo gratissimus amnis.

Hic mibi magna domus, celsis caput urbibus exit

Dixit, deinde lacu fluiuius se condidit alto,

fma petens; nox Aeneam somnusq; reliquit.

Surgit, & ætherij spectans orientia solis

Lumina, rite cauis vndam se flumine palmis

Sustulit, ac tales effudit ad aethera voces:

Nymphæ, Laurètes Nymphæ, genus omnib. vnde est:

Tuque ô Tybri * tuo genitor cum flamine sancto,

Accipite Aeneam, & tandem arcere periculis.

51 Quote cunque lacus miserantem incommoda nostra

Fonte tenet, quocunque solo pulcherrimus exis,

Semper honore meo, semper celebrabere donis,

Corniger Hesperidum fluvius regnator aquarum:

Adsis ô * tandem, & propius tua numina firmes.

10 Sic memorat: geminasque legit de classe biremes,

Remigioque aptat: socios simul instruit ar mis.

Ecce autem subitum atque oculis mirabile monstrũ:

Candida per syluam cum fœtu concolor albo

Procubuit, viridique in littore conspicitur sus:

15 Quam pius Aeneas, tibi enim tibi maxima Iuno

* Maculat, sacra ferens, & cum grege sistit ad aram.

Tybris ea fluuium, quàm longa est, nocte tumentem

Lenijt, & tacita refluens ita substitit vnda,

Mitis vt in morem stagni placideque paludis

20 Sterneret equor aquis: remo vt luctamen abesser.

Ergo iter inceptum * celebrant rumore secundo.

Labitur vnctâ vadis abies: mirantur & vnda,

Miratur nemus insuetum fulgentia longè

Scuta virum fluuiio, pictasq; innare carinas.

25 Olli remigio noctemque diemque fatigant,

Et longos superat flexus, varijsque teguntur.

Arbore bûs: vñ rî des. què sè. ant plâci do æquorè syl-

Sol medium cœli conscenderat igneus orbem, (uas:

Cùm muros, arcemque proci, * & rara domorum

Tecta vident, quæ nunc Romana potentia cœlo

Precatio. A.
neæ.

* tuò. Ex Bu-
nio: Mac. 166

cap. 1.

ἰμακαρῆς.

τῆμοις.

te te complodunt 339. 15-

11. 131, 25.

215, 12.

pro fluuie,
Prob.

* tantum.

birem, dicro-
te.

idè ferè 180.

9.

177, 18. 304, 4.

Indicium co-
pertum.

* Id quod ei
ab Heleno p-

dictũ fuerat

179, 5. & à Ty-
berino præce-

ptum 304, 21.

9 accent. ver.
Tybris substiti-

tit.

241, 3.

256, 14.

* celebrant

202, 14.

308, 2. & in Cr
ri ver. 285.

Sic exercēt fer-
rum, 316, 25.

Hoc est 275.

22. 303, 22.

101, 10.

i. Palatinæ

* ac

1148.

*Euaider Sed
in cod. Non.
Mar. tc. i. v.
Inops. Euan-
drus legitur.
Sacra Hercu-
lis.

accantum
verf. vt 309.
25.

* tacitos

Sacra non rü
penda.

236.2. 353,

24.

9 accen. ver.
Sic Cressa ge-
nus Pholoe.

223.7. Vnde
domo. Oliua
symbolü pa-
cis. 63, 10.

279. 24. 390.

4.

* Et gradere.

Occupatio,
cur cum Tro-
ianis fit, ve-
niat tamen
supplex ad
Græcum.

397.35.

*Aequauit: tum res inopes * Euandrus habebat.*

Ocyus aduertunt proras, vrbique propinquant.

Fortè die solennem illo rex Arcas honorem

Amphitryoniadæ magno diuisq; ferebat

Ante urbem, in luco. Pallas huic filius vnd,

Vna omnes iuuenum primi, pauperq; senatus,

Thura dabant: tepidusque cruor fumabat ad aras;

Ut celsas videre rates, atque inter opacum

*Adlabi nemus, & * tacitis incumbere remis:*

Terrentur visu subito, cunctique relictis

Consurgunt mensis. audax quos rumpere Pallas

Sacra vetas, raptoque volat telo obuius ipse:

Et procul è tumulto, iuuenes, quæ causa subegit

Ignotas tentare vias? quo tenditis? inquit.

Qui genus? vnde domo? pacemne huc fertis, an arma? 15

Tum pater Aeneas puppi sic fatur ab alta:

Paciferæq; manu ramum præterendit oliuæ.

Troiugenas ac tela vides inimica Latinis,

Quos ulti bello profugos egere superbo.

Euandrum petimus: ferte hæc, & dicite lectos

Dardaniæ venisse duces, socia arma rogantes

Obstupuit tanto perculsus nomine Pallas:

** Egredere ô quicumque es, ait: coramq; parentem*

Alloquere, ac nostris succede penatibus hospes,

Accepitq; manu, dextramq; amplexus inhaesit.

Progressi subeunt luco, fluiuiumque relinquunt.

Tum regem Aeneas dictis affatur amicis:

Optime Graiuentum, cui me fortuna precari,

Et vitta comptos voluit præterendere ramos,

Non equidem extimui, Danaû quod ductor et Arcas,

Quodque

Quodq; à stirpe fores geminis coniunctus Atridis.
Sed mea me virtus, & sancta oracula diuisum,
Cognatq; patres, tua terris * didita fama,
Coniungere tibi, & fatis egere volentem.

5 Dardanus, & Hiacę primus pater vrbis & autor,
Electra (vt Graij perhibent) Atlantide cretus,
Aduchitur Teucros: Electram maximus Atlas
Edidit, ætherios humero qui sustinet orbes.

Vobis Mercurius pater est, quem candida Maia

10 Cyllenes gelido conceptum vertice fudit.

At Maiam (auditis si quicquam credimus) Atlas,

Idem Atlas generat, cæli qui sydera tollit.

Sic genus amborum scindit se sanguine ab vno.

His fretus, non legatos, neq; prima per artem

15 Tentamenta tui pepigi: memet ipse meumq;

Obieci caput, & supplex ad limina veni.

Gens eadem, quę te, crudeli Daunia bello

Insequitur: nos si pellant, nihil abfore credunt,

Quin omnem Hesperia penitus sua sub iuga mittant,

20 Et mare quod suprà teneant, quodq; alluit infrà.

Accipe, daque fidem. sunt nobis fortia bello

Pectora, sunt animi, & rebus spectata iuuentus.

Dixerat Aeneas: ille os, oculosque loquentis

Jamdudum, & totum lustrabat lumine corpus.

25 Tunc sic pauca refert: Ut te fortissime Teucrum

Accipio, agnoscoque libens, vt verba parentis

Et vocem Anchisę magni vultumque recorder?

Nam memini Hesionis visentem regna sororis

Laomedontiaden Priamum, Salamina petentem,

Protinus Arcadię gelidos inuisere fines.

περιουλο-

γία

*dedita: sicut

Diditur ru-

mor. 279. 14.

Æneas & Buā

der eiusdē sã

guinis. 135,

27.

Alludit ad hi

storiã & con-

ditionē situs

Atlantis mon-

tis.

ἀναδινλω-

σις.

στυματισ-

μός.

A fiducia.

Narratio.

nos, ite & me.

Syll. annom.

14, 13.

Ex Ennio:

Macr. li. 6 c. 1.

Petitio ab op

portuno.

Exordium ab

affectu.

Adi Macr. l. 5.

cap. 14.

Explicatio. af

fectus.

4 accent. v. c. 3.

333, 14. 366,
17 305, 22.
Pathos.

All. gemina.

146, 16. 128,

10.

Ardor iuue-
nilis.

Si Phœni, erit
à Φαιός: sin
phinci, à Φι-
νίος.

* intertexto.

9 accent. ver.

petitis, i. petis

Pollicitatio.

130, 7.

Annua sacra.

sedili nō fru-
stra dici, do-
cet. Mac. Sat.
3, cap. 6.

ac. agere vul-
go.

Hypallage.

Minister ve-
tuli puer Fa-

lerni,

Catull.

Lustralia ex-

ta, II. n. versus.

320.

118, 11. Ex Ho-

mer. Iliad. &

hym in Apol.

circa finem.

Adi Mac. I. 5.

cap. 8.

* que.

Tum mihi prima genas vestibat flore iuuenta:

Mirabarq; duces Teucros, mirabar & ipsum

Laomedontiadem: sed cunctis altior ibat

Anchises. mihi mens iuuenili ardebat amore

Compellare virum, & dextra coniungere dextram.

Accessi, & cupidus Phœni sub mœnia duxi.

Ille mihi insignem pharëtram, Lyciasq; sagittas,

Discedens, iblamydemq; auro dedit * intertextam,

Frenaq; bina, meus que nunc habet, aurea, Pallas.

Ergo & quam petitis, iuncta est mihi scedere dextra: 10

Et lux cum primum terris se crastina reddet,

Auxilio letos dimittam, opibusque iuuabo.

Interea sacra hæc (quando huc venistis amici)

Annua, que differre nefas, celebrate fauentes

Nobiscum, & iam nunc sociorum assuescite mensis. 11

Hæc ubi dicta, dapes iubet & sublata reponi

Pocula, gramineoq; viros locat ipse sedili:

Præcipuumq; toro & villosi pelle leonis

Accipit Aeneam, solioq; inuitat acerno.

Tum lecti iuuenes certatim araque sacerdos 20

Viscera tostata ferunt taurorum, onerantq; canisiris

Dona laboratq; Cereris, Bacchumq; ministrant.

Vescitur Aeneas, simul & Troiana iuuentus,

Perpetui tergo bouis, & lustralibus extis.

Postquæ exempta fames, et amor compressus edendi, 25

Rex Eucandrus ait: Non hæc solennia nobis,

Has ex more dapes, hanc tanti numinis aram,

Vana superstitio veterem * ve ignara deorum

Imposuit. suis, hospes Troiane, periclis

Seruati facimus, merito quo nouamus honores. 30

* Jam

* Jam primum saxis suspensam hanc aspice rupem :

* Disiecte procul ut moles, desertaq; montis
Stat domus, & scopuli ingentem traxere ruinam.

Hic spelunca fuit, vasto submota recessu,

5 Sēmihōmīnis Caci facies quam dira tegebat,

Solis inaccessam radijs: semperque recenti

Cedetepebat humus: foribusque affixa superbis

Ora virum tristi pendebant pallida tabo.

Huic monstro Vulcanus erat pater: illius atros

10 Ore vomens ignes, magna se mole ferebat.

Attulit & nobis aliquando optantibus etas

Auxilium aduentumq; Dei, nam maximus ultor,

Tergemini nece Geryonis spolijsque superbus,

Alicides aderat: taurosque hac victor agebat

15 Ingentes: vallemq; boues amnemq; tenebant.

At * furijs Caci mens effera, ne quid inausum,

Aut * intentatum, sceleris' ve doli ve fuisset:

Quatuor à stabulis præstanti corpore tauros

Auertit, totidem forma superante iuencas.

20 Atq; hos, nequa forent pedibus vestigia rectis,

Cauda in speluncam tractos, versisq; viarum

Indicijs raptos, saxo occultabat opaco.

Quarentem nulla ad speluncam signa ferebant.

Interea cum iam stabulis saturata moueret,

25 Amphitryonides armenta, abitumq; pararet:

Discessu mugire boues, atque omne querelis

Impleri nemus, & colles clamore relinqui.

Reddidit vna bouum vocem, vastoq; sub antro

Mugijt, & Caci spem custodita sefellit:

Hic verò Alcide furijs exarserat atro

* Iampridem

* Dictra.

Fabula de furto vel poena Caci.
Semiserit,
311, 18.

Pathos ab attestatione.

Fabulā narrat Silius lib. 1. at historia Trogius 44. similis Tergentinus quoque, quem interficit Euadrus,
321, 14.

* futis

* intactatum,

105, 2-14.

Amphitryonides: voces q̄ pluribus quāc̄ septem, consistenti syllabis, apud poetam nō offendas:

quarum ratio ad caput carminis haberā solet, vt 306,

172, 26.

306, 3.

Alliteratio. re te complodunt.

178, 19.

Vim iracundia tribuunt medici fellis

191, 17. Clau-
uz petiphra-
fis.

Ardua terra-
rum. 236. 27.
ὄρησιν ὄλδ.

Pathos.

Hypermetr°.

Epanaphora.

Vt bubonum
strigum.

in & im adso-
nant ex artifi-
ciofo.

* intonat
Hyperbole.

9 accent. ver.
Comparatio.
qua extolli-
tur res.

re quater ad-
sonans, & e
vocalis noui-
es inculcatas,
anxiam poe-
ta curam ar-
temq; decla-
rant. Allitera-
tio & hiatus,
cū insequenti
ver.

Felle dolor . rapit arma manu, nodisque grauatum
Robur, & aërij cursu petit ardua montis .

Tum primum nostri Cacum videre timentem ,

Turbatumque oculis . fugit ilicet ocyor Euro ,

Speluncamque petit . pedibus timor addiit alas .

Ut sese inclusit , ruptisque immane catenis

Deiecit saxum , ferro quod & arte paterna

Pendebat , fultosque emunji obijce postes :

Ecce furens animis aderat Tirynthius , omnemque

Accessum lustrans , huc ora ferebat & illuc ,

Dentibus infrendens . ter totum feruidus ira

Lustrat Auentini montem : ter saxea tentat

Limina nequicquam : ter fessus valle refedit .

Stabat acuta silex , præcisus vndique saxis ,

Spelunca dorso insurgens , altissima visu ,

Dirarum nidis domus opportuna volucrum .

Hanc , vt prona iugo laeuum incumbebat ad amnem ,

Dexter in aduersum nitens concussit , & imis

Auulsam soluit radicibus . inde repente

Impulit : impulsu quo maximus * insonat ether ,

Dissultant ripe , refluitque exterritus amnis .

At specus & Caci detecta apparuit ingens

Regia , & umbrosa penitus patuere cauernæ :

Non secus ac si qua penitus vi terra debiscens

Infernas referat sedes , & regna recludat

Pallida , dijs inuisa , superque immane barathrum

Cernatur : trepidentq; immisso lumine manes .

Ergo insperata deprensus in luce repente ,

Inclusumque cauo saxo , atque insucta rudentem ,

Desuper Alcides telis premit : omniaque arma

Aduocat, & ramis vastisque molaribus instat.

Ille autem (neq; enim fuga iam super vlla periculi est)

Faucibus ingentem fumum (mirabile dictu)

Euomit, inuoluitq; domum caligine cæca,

5 Prospectum eripiens oculis: glomeratq; sub antro

Fumiferam noctem, commisit igne tenebris.

Non tulit Alcides animis: seq; ipse per ignem

Præcipiti iecit saltu, qua plurimus vndam

Fumus agit, nebulaq; ingens specus estuat atra.

10 Hic Cacum in tenebris incendia vana vomentem

Corripit in nodum complexus, & angit inherens

Elisos oculos, & siccum sanguine guttur.

Panditur extemplo foribus domus atra reuulsis:

Abstractaq; boues, abiuratq; rapine

15 Cælo ostenduntur: pedibusque informe cadauer

Protrahitur. nequeunt expleri corda tuendo

Terribiles oculos, vultum, villosaque fetis

Pectora semiferi, atque extinctos faucibus ignes.

Ex illo celebratus honos, lætique minores

20 Seruauere diem: primusque Potitius autor,

Et domus Herculei, custos Pinaria sacra,

Hanc aram luco statuit: quæ maxima semper

Dicetur, nobis & erit quæ maxima semper.

Quare agite ô iuvenes, tantarum in manere laudum

25 Cingite fronde comas, & pocula porgite dextris:

Communemq; vocate deum, & dare vina volentes.

Dixerat, Herculeæ bicolor cum papulus umbra

Velauitq; comas, folijsq; innexu pependit:

Et sacer impleuit dextram scyphus, ac yus omnes

In mensam læti libant, diuosque precantur.

10 accer. veri.

Alliteratio.

Hercules, qui Alcides, Tyrinthius, Amphitryonides.

Alliteratio. 4, accen. ver.

Allit. cum in sequenti ver. Alliteratio. Semihominis, 309. 5. Potitij, & Pinarij Herculis sacrificioli. Vide Macr. Sat. 3. c. 7. Claudij & eodem hemittichio datus verus, 23. 6. 8. 132. 3. Allit. gemina. Syncopa. All. & syl. 3. Inde nauigio lo. nomen. apud Venetos Schippho & Schitar verba. 135. 221.

De

18:18.

Alliteratio.

Adi Sat. 1. 3. c.
121. super Sa-
lijs Herculi al
signatis, & po-
pulea corona
Monstra do-
mita ab Her-
cule.

270, 11.
vt epanapho-
ra.

eo vna syllab.
Vide init. Ili.
7. & finem v.
επος ποη.

Tu epanapho-
ra: & variato
casu Te. 256,
22.

ἀρασ ποη.
Typhoeus, in
Ind.

Syll. annom.
Anguis Hy-
dra.

Vide quā fre-
quenter d ad
sonat.
9 atcent. ver.
supra 8.

Echo.
ne ne complo-
dunt 218, 11.

Terent. Pan-
nis annisque
oblitus.

Deuexosq; interea propior fit vesper olympo:
Jamq; sacerdotes, primusq; Positius ibant,
Pellibus in morem cincti, flammisq; ferebant.
Instaurant epulas, & mensæ grata secunda
Dona ferant, cumulantq; oneratis lancibus aras.
Tum Sali ad cantus, incensa altaria circum,
Populeis adsunt euincti tempora ramis.
Hic iuuenum eboris, ille senum, qui carmine laudes
Herculeas & facta ferunt: vt prima nouerca
Monstra manu geminosq; premens eliserit angues: 10
Ut bello egregias idem disiecerit vrbes,
Troiamq; O Echaliamq;: vt duos mille labores
Rege sub Eurystheo, fatis Junonis iniquæ,
Pertulerit. Tu nubigenas inuicte bimembres,
Hyleumq; Pholumq;, manu, tu Crestia mactas 15
Prodigia, & vastum Nemeæ sub rupe leonem.
Te Stygij tremere lacus: te ianitor Orci,
Ossa super recubans antro semesa cruento.
Nec te vllæ facies, non terruit ipse Typhoeus
Arduus, arma tenens: non te rationis egentem 20
Lerneus turla capillum circumstetit anguis.
Salue vera Iouis proles, decus addite diuis:
Et nos & tua dexter adi pede sacra secundo
Talia carminibus celebrant: super omnia Caci
Speluncam adiucium, spirantemq; ignibus ipsum. 25
Consonat omne nemus strepitu, collesq; resulant.
Exin se cuncti diuinis rebus ad urbem
Perfectis referunt. ibat rex obsitus æuos:
Et comitem Aeneam iuxta natumq; tenebat
Ingrediens, varioq; viam sermone lenabat.

Mira

Miratur, facileque oculos fert omnia circum

Aeneas: capiturque locis, & singula laetus

Exquiriturque, auditque virum monumenta priorum.

Tum rex Euandrus, Romanae conditor acris:

5 Hec nemora indigenae Fauni Nymphaeque tenebant,

Gensque virum truncis, & duro robore nata:

Quis neque mos, neque cultus erat: nec iungere tauros,

Aut componere opes norant, aut parcere parto:

Sed rami, atque asper victu venatus albat.

10 Primus ab aethero venit Saturnus Olympo,

Arma Iovis fugiens, & regnis exul ademptis.

Is genus indocile, ac dispersum montibus altis,

Composuit, legesque dedit: Latiumque vocari

Maluit, his quoniam latuisset tutus in oris.

15 Aureaque (ut perhibent) illo sub rege fuere

Secula: sic placida populos in pace regebat.

Deterior donec paulatim ac decolor aetas,

Et belli rabies, & amor successit habendi.

Tum manus Ausoniae & gentes vendere Sicanae,

20 Sapius & nomen posuit Saturnia tellus,

Tum reges, asperque immani corpore Tybris:

A quo post Itali fluvium cognomine Tybrim

Diximus: amisit verum vetus Albulia nomen.

Me pulsam patria, pelagique extrema sequentem,

25 Fortuna omnipotens, & ineluctabile fatum

His posuere locis: matrisque egere tremenda

Carmentis nymphae monita, & deus autor Apollo.

Vix ea dicta: dehinc progressus, monstrat & aram,

Et carmentalem Romano nomine portam:

Quam memorant Nymphae praesentem Carmentis honorem,

Ua:

159. 14. circū-
spicit.

Diligenti per-
cunctatione
gratā preber
garrulæ atati
narradi occa-
sionem. lege
Maer. l. 7. c. 2.
ro ro complo
dunt.

9 accent ver.
Syll. annom.

Adi Firm. l. j.
cap 13.

Mirum cur la-
num præter-
ierit; q tamē
ante Saturnū
regnavit, &
primus Italiā
formavit legi-
bus & bonis
institutis de
quo apud cū-
dem Firm. eo
dem loco.

Latium vnde.

Idē Firm. de
Iustitia, c. 5.

pro deposuit,
i. mutavit Ty-
bris flē à Ty-
bri rege no-
minatus.

Syll. annom.

πικτινυβε.
Fortuna &
Fatum

Alliteratio,
425. 15.

1

11

107

122

141

160

i. cecinerat,
sicut venit, i.
venerat, 111,
2. 304, 11.
Spond. vers.
vide Iul. 43.
Spond. vers.
Pathos.
Huc locū no-
bili & longo
carmine Pro-
pert. tractans,
quantum ele-
giarum exor-
ditur.
Alias: semper
proredidit quā-
quā in niger
in brevis na-
tura.
* arcem :
Macr. l. 1. c. 7.
Ianiculum &
Saturnia.
270. 21.
In eo loco, v-
bi quondam
fuerant laute
Carinae
Victor, adi-
Macr. l. 1. c. 6.
Adnomina-
tio.
Comparatio.
POT. de Serm.
l. 1. vbi de Co-
mib. 257, 13.
* Libyffidis.
214, 29. i. Li-
byca, Numi-
dicæ, quæ vil-
lis profundo-
ribus erāt au-
tor Solinus,
etū Pli negat
in Africa, vr-
tos gigni,

*Vatis fatidicæ: cecinit quæ prima futuros
Aeneadas magnos, & nobile Pallanteum.
Hinc lucum ingentem (quem Romulus acer asylo
Rettulit) & gelida monstrat sub rupe Luperca,
Parrhasio d. Num Panos de more Lycei.
Nec non & sacri monstrat nemus Argileti:
Testaturque locum, & lethum docet hospitis Argi.
Hinc ad Tarpeiam sedem, & Capitolia ducit,
Aurea nunc, olim syluestribus horrida dumis:
Fam tum religio pauidos terrebat agrestes
Dira loci, iam tum syluam saxumq; tremebant.
Hoc nemus, hunc (inquit) frondoso vertice collem
(Quis deus, incertum est) habitat deus. Arcades ipsū
Credunt se vidisse Iouem, cum sepe ni grantem
Aegida concuteret dextra, nimbosque cieeret.
Hæc duo præterea disiectis oppida muris,
Reliquias veterumq; vides monumenta virorum.
Hanc Janus pater, hanc Saturnus condidit * urbem:
Janiculum huic, illi fuerat Saturnia nomen.
Talibus inter se dictis ad tecta subibant
Pauperis Euandri: passimq; armenta videbant,
Romanoque foro, & lautis mugire Carinis.
Ut ventum ad sedes, hæc, inquit, limina victor
Alcides subiit, hæc illum regia cepit:
Aude hospes contemnere opes, & te quoq; dignum
Finge deo, rebusque veri non asper egenis.
Dixit, & angusti subter fastigia tecti
Ingentem Aeneam duxit: stratisque locauit,
Effultum solijs & pelle. * Libyffidis vrse.
Nox ruit, & fuscis tellurem amplectitur alis.*

At Venus haud animo nequicquam exherita mater, Allit. duplex.

Laurentumq; minis & duro mota tumultu,

Vulcanum alloquitur: thalamoq; hæc coniugis auvco

Incipit, & dictis diuinum* aspirat amorem:

* inspirat.

Oratio generis delibera-
riui Habet au-
rem exordiu
p infinuatio
nē, quod indi-
cat quata ne-
cessitate ada-
cta hac po-
stulet.

Symmachus
Sat 1. cap. 24.
poetę obicit,
quod depre-
cantem Vene-
rem filio ar-
ma à marito
inducat, cui
foli nuplerat,
nec ex eo pro-
le suscepisse.
se se nouerat.
quę alibi, ni
fallor, confu-
tamus.

Elegans, & ac-
commoda.
Comparatio.

* deuinctus
Infinuatio.
* Voce eadē
clausi versus
numerum va-
riant. sic 106,
13. 24. 21. 28.
28. 9. 14. 98.
15. 321. 19.
345. 27.

5 Dum bello Argolici vastabant Pergama reges

Debita, casurasq; inimicis ignibus arces,

Non vllum auxilium miseris, non arma ro gavi

Artis opisque tua: nec te, carissime coniux,

Incastrum ve tuos volui exercere labores.

10 Quamuis & Priami deberem plurima natis,

Et durum Aeneæ fletissem saepe laborem.

Nunc Iouis imperijs Rutulum constitit oris:

Ergo eadem supplex venio, & sanctam mihi numen

Arma rogo, genitrix nato te filia Neæ,

15 Te potuit lacrymis Tithonia flectere coniux.

Aspice qui coëant populi, quæ mania clausis

Ferrum acuant portis, in me excidiumq; meorum.

Dixerat, & niueis hinc atque hinc diua lacertis

Cunctantem amplexu molli fouet: ille repente

20 Accipit solitam flammam, notusque medullas

Intrauit calor, & labefacta per ossa cucurrit:

Non secus atque olim contru cum rupta corusco

Ignæa rima micans percurret lumine nimbos.

Sesit læta dolis & formæ conscia coniux.

25 Tum Pater æterno satur & deuictus amore,

Quid causas petis ex alto? fiducia cessit

Quò tibi diua mei? similis si cura* fuisset,

Tum quoq; fas nobis Teucros armare fuisset.

Nec pater omnipotens Troiam, nec fata verabant

Stare, decemque alios Priamum superesse per annos.

Et

10 accent. ver.
Promissio, vel
proposito.

* potest ele-
cto: at nos
potestur.

Adi Ind.
210XPOET-
vie. costu vela
uit: sicut in
III. Geor. Me
mini t Aulo-
nius, Gellius
Charif. & nos
alibi.

Comparatio.
238, 15.

* 1. 5.
Addēs, quam
demit somno

170, 14. 181.
21.

Topographia
Vulcania, in-
ter Siciliā, &
Liparen. 204.
10. Conflicta
tio literarum
syllabarumq;
rei que descri-
bitur apta.

Bulcā vulgō.
Hoc, i. huc

Pri Fer ex p-
inferri fabri-
ca exerceban-
tur. 185, 5.

317, 18.
Fulmina om-
nium tēporū
ex humido &
calido.

Epanaphora.

Et nunc, si bellare paras, atque hæc tibi mens est.

Quicquid in arte mea possum promittere curæ,
Quod fieri ferro liquidove * potestur è lectro:

Quantum ignes animæque valent: absiste precando
Viribus indubitare tuis. Ea verba locutus

Optatos dedit amplexus, placidumque petiuit
Coniugis infusus gremio per membra soporem.

Inde ubi prima quies medio iam noctis abacta

Curriculo expulerat somnum: cen femina primūm,
Cui tolerare colo vitam tenuique Minerva,

Impositum cinerem & sopitos suscitatur ignes,

Noctem addens operi, famulasque ad lumina longo
Exercet penso: castum ut servare cubile

Coniugis. & possit paruos educere natos:

Haud secus ignipotens, nec tempore segnior illo,
Mollibus è stratis opera ad fabrilia surgit.

Insula Sicanium iuxta latus Aeoliamque
Erigitur Liparen, fumantibus ardua saxis:

Quam subter specas & Cyclopuum exesa caminis
Antra Aetnaea tonant: validique incudibus ictus

Auditi referunt gemitum: striduntque cavernis
Stricturæ Chalybum, & fornacibus ignis anhelat:

Vulcani domus, & Vulcania nomine tellus.

Hoc tunc ignipotens cælo descendit ab alto.

Ferrum exercebant vasto Cyclopes in antro,
Brontesque, Steropesq; & nudus membra Pyracmon.

Huius formatum manibus iam parte polita

Fulmen erat, toto genitor quæ plurima cælo
Deiicit in terras: pars imperfecta manebat.

Tres imbris torri radios, tres nubis aquosæ

Addiderant, rutuli tres ignis & alitis Austri.

Fulgores nunc * terrificos, sonitumq; metumq;

Miscebant operi, flammisq; sequacibus iras.

Parte alia Marti currumque rotasque volucres

5 Instabant: quibus ille viros, quibus excitat vrbes:

Aegidaq; * horrificam, turbatae Palladis arma,

Certatim squammis serpentum auroq; polebant:

Connexosque anguis, ipsamq; in pectore diuæ

Gorgona, defesto vertentem lumina collo,

10 Tollite cuncta, inquit, * ceptosq; auferte labores

Aetnei Cyclopes, & huc aduertite mentem.

Arma acri facienda viro: nunc viribus vsus,

Nunc manibus rapidis, omni nunc arte magistra:

Precipitate moras. Nec plura effatus: at illi

15 Ocyus incubuere omnes, pariterq; laborem

Sortiti, fluit æriuis auriq; metallum,

Vulnificusque chalybs vasta fornace liquefcit.

Ingentem clypeum informant, vnum omnia contra

Tela Latinorum, septenosque orbibus orbes

20 Impediunt, alij ventosis folibus auras

Accipiunt redduntq; alij stridentia tingunt

Æra lacu: gemit impositis incudibus antrum.

Illinter sese multa vi brachia tollunt

In numerum, versantq; tenaci forcipe massam.

25 Hæc pater Aeolys properat dum Lemnius oris,

Euandrum ex humili recto lux suscitât alma,

Et matutini volucrum sub culmine cantus,

Consurgit senior: tunicaq; inducitur artus,

Et Tyrrhena pedum circumdat vincula plantis.

Tum lateri atque humeris Tegeæum subligat enses,

Demissa

*horrificos
Quid Et hu-
manas molu-
ra tonitrua
mentes.

*horriferam.

Vide vesteie-
bant in Ind.
Sapientia cly-
peus.

*certos,
Ab hoc versu,
inchoat epif
Pl. ad Traia-
num.

395, 16.
Syll. annom.
ex iteruallo.
Epanaphora.
Clypei Aeneæ
septuplex tex-
tus, at Achil-
lis quituplex
Il. 6. 449, r.
233, 6.

Vsurpauit pri-
us quinq; hos
versus pag.

92, 25.
Pat. Lem. in
Priap. Tutela
Lemni dispa-
res mouet
gressus: & Tar-
do gratior æ-
stuolo Lænos.
Similis locus
Ili β ver. 42.
vide apud Ma-
cr. l. 5, c. 8. neq;
ab similibus Od.
β in princ.

Demissa ab laeva panthera terga retorquens.

Nec non & gemini custodes limine ab alto

Procedant, gressumq; canes comitantur herilem.

Hospitis Aeneae sedem & secreta petebat

Sermonum memor & promissi muneris heros.

Nec minus Aeneas se matutinus agebat.

Filius huic Pallas, olli comes ibat Achates.

Congressi iungunt dextras, medisque residunt

Aedibus, & licito tandem sermone fruuntur.

Rex prior haec:

Maxime Teucrorum ductor, quo sospite nunquam

Res quidem Troiae victas aut regna fatebor:

Nobis ad belli auxilium pro nomine tanto

Exiguæ vires: hinc Tusco claudimur amni:

Hinc Rutulus premit, & murum circumsonat armis.

Sed tibi ego ingentes populos, opulentaque regnis

Iungere castra paro: quam fors inopini salutem

Ottenat: facis huc te poscentibus affers.

Haud procul hinc saxo incolitur fundata vetusto

Urbis Agyllinae sedes: ubi Lydia quondam

Gens bello praecleara, iugis insedit Hetruscis.

Hanc multos florentem annos rex deinde superbo

Imperio & seuis tenuit Mezentius armis.

Quid memorem insandas caedes, quid facta tyranni

Efferat: dii capiti ipsius generique referuent.

Mortua quin etiam iungebat corpora viuis,

Componens manibusq; manus atq; oribus ora,

(Tormenti genus) & sanie taboq; fluentes

Complexa in misero, longa sic morte necabat.

Ac fessis tandem ciues insanda furentem

Armati

Canis Vlyf-
tis, Argus no-
mine ab Ho-
mero cele-
bratuel 17. q
xx. post au-
nos domina
agnouit.

Exordiū, quo
spem iniicit
Aeneae.

Agylla Tyr-
rhena ciuitas,
cuius gentile.
Αγυλλαιος
& Α'γυλλιος
Latini Agylli-
nus. Vide Ste-
phanum.

Narratio, seu
deliberatio,
quomodo
bellū sit susci-
piendum.
Pathos per ex-
clamationem
Pathos à mo-
do.

Cruelitas
Mezentij.

Armati circumsistunt, ipsamq; domumque:
 Obruncant socios, ignem ad fastigia iactant.
 Ille inter cædes Rutulorum elapsus in agros
 Confugere, & Turni defendier hospitis armis.
 Ergo omnis furijs surrexit Hetruria iustis:
 Regem ad supplicium præsentem Marte reposcunt.
 His ego te Aenea ductorem millibus addam:
 Toto namq; fremunt condensæ littore puppes,
 Signaq; ferre iubent, retinet longæus aruspex,
 Fata canens: O Meonia delecta iuventus,
 Flos veterum virtusq; virum, quos iustus in hostem
 Fert dolor, & merita accendit Mezentius ira:
 Nulli fas Italo tantam subiungere gentem:
 Externos optate duces, tum Hetrusca resedit
 Hoc acies campo, monitis exterrita diuim:
 Ipse oratores ad me regniq; coronam
 Cum sceptro misit, mandatq; insignia Tarcho,
 Succedam castris, Tyrrenaq; regna capeffam.
 Sed mihi tarda gelu seclisq; offæta senectus
 Inuidet imperium, seraq; ad fortia viues.
 Gnatum exhortarer, ni mistus matre Sabella
 Hinc partem patriæ traheret: tu cuius & annis
 Et generi fatum indulget, quem numina poscunt,
 Ingredere, o Teucrum italicum atq; fortissime ductor.
 Hunc tibi præterea, spes & solatia nostri,
 Pallanta adiungam: sub te tolerare magistro
 Militiam & graue Martis opus, tua cernere facta
 Assuescat, primis & te mixetur ab annis.
 Arcadas huic equites bis centum, robora pubis.
 Lecta, dabo: totidemq; suo tibi nomine Pallas.

4 accēt. verſ.
 Infinitiuu hi-
 ſtorici pro cō
 fugiebat, &
 deſedebatur.
 παρὰ τὸν ἴ-
 ν. 46, 18 276,
 30, 33, 14.
 138, 2.

169, 3. 173, 25.
 273, 2X.

369, 20.

u vocalis ter
 adſonat, qua-
 terq; conſo-
 nans.

* α β γ δ ε ζ η θ ι κ λ μ ν ξ ο π ρ σ τ υ φ χ ψ ω
 χρυσεῖον ἀνδ
 σκήπτρον, et ſi
 interuenit abſq;
 dā σέβαστα
 per imperitiā
 legant

* Tarcho, ſed
 Tarcho legō
 dū, ſi vera eſt
 obſeruatō
 Seruii
 πρός τὸν ἴν. 46
 natum.

Tyrociniū.

Hiatus cū in-
 ſequenti. vex
 ſu:

* munere.

137, 13:

117, 14, 3, 22,

7.

249, 25.

Alliteratio.

Fulgura à Ve-

nere.

Tyrheni pri-

mi inuenerūt

tubam.

ἰροιατο-

ροια.

357, 12.

τό αὐτό.

Alliteratio.

* quare.

Hiatus cū se-

quenti versu.

Exclamatio.

Epanaphora.

Idē ferē 114.

17.

Ironia & in-

sultatio quz-

dam.

Alliter. terna.

238, 15, 136,

21.

Superstitio.

191, 3.

Metathesis.

271, 19.

ἰταξιμός.

ex intervallo.

τό αὐτό.

82, 18.

Syll. annom.

Vix ea fatus erat, defixiq; ora tenebant

Aeneas Anchisiades & fidus Achates:

Multaq; dura suo tristi cum corde putabant,

Ni signum caelo Cytherea dedisset aperto.

Namq; improvisò vibratus ab æthere fulgor

Cum sonitu venit: & ruere omnia visa repente,

Tyrhenusq; tubæ mugire per æthera clangor,

Suspiciunt: iterum atq; iterum fragor intonat ingens:

Arma inter nubem cæli in regione serena

Per sudum rutilare vident, & pulsa tonare.

Obstupere animis alij: sed Troius heros

Agnouit sonitum, & diuæ promissa parentis.

Tū memorat: Ne* verò hospes, ne quare profectò

Quem casum portenta ferant: ego poscor olympo.

Hoc signum cecinit missuram diua creatrix,

Si bellum ingrueret, Vulcaniaq; ama per auras.

Laturam auxilio,

Heu quantæ miseris cades Laurentibus instant:

Quas penas mihi Turne dabis: quã multa sub undas

Scuta virum, galeasq; & fortia corpora volues

Tybri pater: poscant acies, & fœdera rumpant,

Hæc ubi dicta dedit, solio se tollit ab alto:

Et primùm Herculeis sopitas ignibus aras

Excitat; besternumq; larem paruosque penates

Letus adit: mastrat lectas de more bibentes.

Euandrus pariter, pariter Troiana iuuentus.

Pòst hinc ad naues graditur, sociosq; reuifit:

Quorum de numero, qui sese in bella sequantur,

Præstantes virtute legi: pars cætera prona

Fertur aqua, segnisque secundo defluit amne,

Nuntia

Nuntia ventura *Ascanio* rerumq; patrisque.
 Dantur equi *Teucris* *Tyrrhena* petentibus arua:
 Ducunt ex sortem *Aeneæ*, quem fulva leonis
 Pellis obit totum, præfulgens unguibus aureis.

§ Fama volat parvam subito vulgata per urbem,
 Ocyus ire equites *Tyrrheni* ad littora regis.
 Vota meum duplicant matres, propiusque periculo
 Et timor, & Maior *Martis* iam apparet imago.
 Tum patet *Euandrus* dextram complexus euntis
 10 Heret, in expletum lacrymans, ac talia fatur:

O mihi præteritos referat si *Juppiter* annos:
 (Qualis eram, cum primam aciem *Præneste* sub ipsa
 Straui, scutorumq; incendi victor aceruos;

Et regem hac *Herilum* dextra sub *Tartara* misi:
 15 Nascenti cui tres animas *Feronia* mater,
 Horrendum dictu, dederat: terna arma mouenda,
 Ter letho sternendus erat: cui tum tamen omnes
 Abstulit hæc animas dextra, & totidè exuit armis)
 Non ego nunc dulci amplexu diuellere vsquam

20 Gnate tuo: neq; finiuimus *Mezentius* unquam
 Huic capiti insultans tot ferro signa dedisset
 Funera, tam uulgis viduasset ciuibus urbem.
 At vos, o superi, & diuum tum maxime rector
Jupiter, *Arcadijs* quæso miscrescite regis:

25 Et patrias audite preces, si numina vestra
 Incolumem *Pallanta* mihi, si fata reseruant:
 Si visurus eum vino, & venturus in unum,
 Vitam oro: patiar quemuis durare laborem.
 Sin aliquem infandum casum *Fortuna* minaris,
 Nunc* o nunc liceat crudelem abrumperè vitam

Syll. annom.
 Alliteratio.
 Equus *Aeneæ*.

215, 16, 135.
 12.

Pathos.

Exordiū à vo-
 to & exclama-
 tione.
 Synthesis in
 genere.
 Herilū strauit
 Euandrus, vt
 Geryonē Her-
 cules, 309, 12.
 Canit & Sili^o
 l. i. hunc locū
 æmulatus.
 Pathos.

Precatio.
 9 accētuum.

si epanapho-
 ra.
 Parentum af-
 fectus.
 Vulgò durare
 fatica.

*nunc o
 344, 10.

Epanaphora. Dum curę ambigua, dum spes incerta futuri,
 Dum te care puer, mea sera & sola voluptas,
 Complexu teneo: grauior ne nuntius aures
 Vulneret. Hęc genitor digressu dicta supremo
 Fundebat famuli collapsum in tecta ferebant. 5
 Iamq; adeo exerat portis equitatus apertis:
 Aeneas inter primos, & fidus Achates,
 Inde alij Troię proceres: ipse agmine Pallas
 In medio, chlamyde & pictis conspectus in armis:
 Qualis ubi Oceani perfusus Lucifer vnda, 10
 Quem Venus ante alios astrorum diligit ignes,
 Extulit sacrum cęlo, tenebrasq; resoluit.
 Stant pauide in muris matres, oculisque sequuntur
 Pulveream nubem & fulgentis pre cateruas.
 Olli per dumos, quę proxima meta viarum, 15
 Armati tendunt: it clamor, & agmine facto
 Quadrupedant putrem sonitu quatit vngula campū.
 Est ingens gelidum lucus propę Cęritis amnem,
 Relligione patrum latę sacer: vndiq; colles
 Inclusere caui, & nigra nemus ab ĩtę cingunt. 20
 Syluano fama est veteres sacrasse Pelasgos
 Aruorum pecorisq; deo, lucumq; diemq;
 Qui primi fines aliquando habuere Latinos.
 Haud procul hinc Tarcho & Tyrrheni tuta tenebāt
 Castra locis: celsosq; omnis de colle videri 25
 Iam poterat legio, & latis tendebat in aruis.
 Huc pater Aeneas, & bello lecta iuuentus
 Succedunt fessiq; & equos & corpora curant.
 At Venus ætherios inter dea candida nimbos
 Dona ferens aderat: natumque in valle reducta

Ut procul * è gelido secretum flumine vidit,
 Talibus affata est dictis, seq; obtulit ultro:
 En perfecta mei promissa coniugis arte
 Munera: ne mox aut Laurentis nate superbos,
 5 Aut acrem dubites in prælia pascere Turnum.
 Dixit, & amplexus nati Cytherea petiuit:
 Arma sub aduersa posuit radiamiam quercu.
 Ille deæ donis, & tanto lætus honore,
 Expleri nequit, atq; oculos per singula voluit:
 10 Miraturq; , interq; manus & brachia versat
 Terribilem cristis galeam, flammamq; vomentem,
 Fatiferumq; enses, lorica ex ære rigentem,
 Sanguineam, ingentem: qualis cum cærulea nubes
 Solis inardescit radijs, longeq; resulget.
 15 Tum leuis ô creas, electo auroq; recocto,
 Hastamq; , & clypei non enarrabile textum.
 Illic res Italas, Romanorumque triumphos,
 Haud vatum ignarus venturique; inscius aui
 Fecerat ignipotens. illic genus omne futuræ
 20 Stirpis ab Ascanio, pugnataq; in ordine bella
 Fecerat: & viridi sætam Mauortis in antro
 Procubuisse lupam: geminos huic vbera circum
 Ludere pendentes pueros, & laubere matrem
 Impavidos: illam tereti ceruice reflexam
 25 Mulcere alternos, & corpora fingere lingua.
 Nec procul hinc Romæ & raptas sine more Sabinas
 Confessu caueæ, magnis Circensibus actis,
 Addiderat: subitoq; nouum consurgere bellum
 Romulidis, Tatioque seni, curibusq; seueris.
 Post idem inter se posito certamine reges

* egelido

11. 18. vide
 apud Macr.
 lib. 5. c. 8.

Alliteratio.

11. 19.

311. 16. 134.
 29. 327. 1.
 Hunc locum
 tuetur Pont.
 in Anto.

Comparatio.

Oreæ.

195. 24.

Hasta.

CLYPEUS Æ-
 neæ ad calcæ
 vsq; libri de-
 scribitur ad
 amulationē
 Hom. q. 11. 18.
 Achilles cly-
 peū exequit.
 Descriptio
 rerum Roma-
 narum.

9 accent. verl.
 Alliteratio.
 Circēs ludī,
 Magni cur ap-
 pellati, docet
 Asconius.

Ritus foederū
feriēdorū :
Porca, in Ind.

* Mettium
Fab. lib. 9. c. 3.
notā hic pa-
renthefin &
apostrophen
coniunctas.
Pathos a cau-
sa.

Porfena: ſe
Horat. Epod.
corripuit: Mi-
naxis, aut He-
trufci Porfenę
manus & Si-
lius, 8. Cūni
Porfena ma-
gne iubebas.
1. Capitoliū.

ἀλφακισμὸς.
ex interuallo

τὸ αὐτὸ.

232, II. 186.
II.
Colla, vnde
vulgò Col-
lana.

mol. pensli-
bus.
102. 21.

*Armati, Iouis ante aras, paterasque tenentes
Stabant, & caesa iungebant foedera porca.*

*Haud procul inde, citæ * Metum in diuersa quadriga
Distulerant (at tu dictis Albane maneres)*

*Raptabatq; viri mendacis viscera Tullus
Per syluam, & sparsi vorabant sanguine vepres.*

*Nec non Tarquinius eiectum Porfena iubebat
Accipere, ingentique urbem obsidione premebat:*

Aeneadae in ferrum pro libertate ruebant.

Illum indignanti similem, similemque minanti

Aspiceres: pontem auderet quod velle Cocles,

Et fluium vinculis innaret Clelia ruptis.

*In summo custos Tarpeia Manlius arcis
Stabat pro templo, & Capitolia celsa tenebat,*

Romuleoque recens horrebat regia culmo.

*Atque hic auratis volitans argenteus anser
Porticibus, Gallos in limine adesse canebat:*

Galli per dumos aderant, arcemq; tenebant

Defensi tenebris & dono noctis opaca.

Aurea caesaries ollis, atque aurea vestis:

Virgatis lucent sagulis: tam lactea colla

*Auro innectuntur: duo quisq; Alpina toruscant
Gesa manu, sentis protecti corpora longis.*

Hic exultantes Salios, nudosq; Lupercos,

Lanigerosq; apices, & lapsa ancilia caelo

Extuderat: caestæ ducebant sacra per urbem

Pilentis matres in mollibus. hinc procul addit

Tartareas etiam sedes, alta ostia Ditis:

Et scelerum poenas, & te Catilina minaci

Pendentem scopulo, furiarumq; ora trementem:

Secretosque pios, his dantem iura Catonem.

Hec inter tumidi latè maris ibat imago

Aurea: sed fluctu spumabant cœrula cano:

Et circum argento clari delphines in orbem

§ Aequora verrebant caudis, æstumq; secabant:

In medio classes æratas, Actia bella,

Cernere erat, totumq; instructo Marte videres

Fervere Leucaten, auroq; effulgere fluctus.

Hinc Augustus agens Italos in prælia Caesar

10 Cum patribus, populoq; penatibus, et magnis dijs,

Stans celsa in puppi: geminas cui tempora flammæ

Lata vomunt, patriumq; aperitur vertice sydus.

Parte alia, ventis & dijs Agrippa secundis,

Arduus, agmen agens: cui, belli insigne superbum;

15 Tempora navali fulgent rostrata corona.

Hinc ope Barbarica, varijsq; Antonius armis,

Victor, ab aurora populis & litore rubro;

Aegyptum, viresq; Orientis, & ultima secum

Bactra vehit: sequiturq; (nefas) Aegyptia coniux.

20 Unda omnes riuere, ac totum spumare reductis

Conuulsùm rêmis, rōstris * stridentibus æquor.

Alta petunt: pelago credas innare reuulsas

Cycladas, aut montes concurrere montibus altos.

Tanta mole viri turritis puppibus instant:

25 Stupea flamma manu, telisq; volatile ferrum

Spargitur: arua noua Neptunia cæde rubescunt.

Regina in medijs patrio vocat agmina sistro;

Nec dum etiã geminos à tergo respicit angues

Omnigenumq; delum monstra, & latrator Anubis,

Contra Neptunum & Venerem, contraq; Mineruam

ἀναστροφή.

Alliteratio.

τὸ αὐτό.

Pathos.

Græca figura,
263, 16.

Hypotyposis.
164, 29.

πρωταξιολογία.
181, 5. 364, 14.

52, 16.

rub. Erythræ
Mare Erythræ
um mare So-
ph. Hebræis
dicitur, quasi
caricosū, seu
papyrosū,
re re complo-
dunt:

Idem 218, 15.
*rostrisq; stri-
dentib. ignari
syllabarū pro
rostrisq; tri-
dentib. que vetus
lectio blandi-
tur nobis, qui
rostra triden-
tia nauis an-
tiquarum de-
picta aliquam
spem auimus.
Allusio cit. nā
Cleopatra à
serpentibus
necata est.

230, 26. 405,
12
Pathos ab
imagine, quā
fingit, vt dicit
1605 iv cōmo-
ueat
Alludit ad ar-
ma.

ἐραυατορὰ.

Cleopatra è
nauali prelio
in Ægyptum
fugit vento
Iapyge.
Adi Gell. l. 2.
cap. 22.
Iapyx ventus.
Alliteratio.
Cesar triūpha-
uit de Anto-
nio, Dalma-
tis, & Alexan-
drinis.
218. 10.
Alliteratio.
Alliter. cū in-
sequēti versu.
Hiatus cū in-
sequēte versu

ἐραυατορὰ.

48, 13. 105, 25.
* Dacę impe-
riti nam Da-
longa est.
Quin l. 8. c. 6.
Araxes, Do-
rinx alio mo-
mine.

Tela tenent: seuit mediū in certamine Mauors
Celatus ferro, tristesq; ex æthere Divæ.

Et scissa gaudens vadit Discordia palla:

Quam cum sanguineo sequitur Bellona flagello.

Ætius hæc cernens arcum intendebat Apollo

Desuper: omnis eo terrore Ægyptus, & Indi,

Omnis Arabs, omnes vult ibant terga Sabæi.

Ipse videbatur ventis regina vocatis

Vela dare, & laxos iam iamq; immittere funes.

Illam inter cades, pallentem morte futura,

Fecerat ignipotens vndis & Iapyge ferri:

Contra auricam magno mærentem corpore Nilum,

Pendentemq; sinus, & tota veste vocantem

Cæruleum in gremium, latebrosaq; flumina victos.

At cesar triplici inuectus Romana triumpho

Mœnia, dijs Italici, votum immortale sacrabat,

Maxima tercentum totam delubra per urbem,

Letitia, ludisq; via, plausuq; fremebant:

Omnibus in templis matrum chorus, omnibus aras:

Ante aras terram casti strauere iuuenti.

Ipse sedens niuco cadentis limine Phæbi,

Dona recognoscit populorum, aptatq; superbis

Postibus. incedunt victæ longo ordine gentes,

Quam varie linguis, habitu tam vestis & armis.

Hic Nomadū genus, & distinctos Mulciber Afros:

Hic Lelegas, Carasque, sagittiferosq; Gelonos

Finxerat. Euphrates ibat iam mollior vndis:

Extremiq; hominum Morini, Rhenusq; bicornis,

Indomitique * Dacæ, & pontem indignatus Araxes.

Talia per clypeum Vulcani dona parentis

Mira-

*Miratur, rerumque ignarus imagine gaudet,
Attollens humero famamq; & fata nepotum.*

q̄ &, vt sub
phrafis Ho-
merica, & Vir-
gilio admo-
dum familia-
ris.

A D I L O N.

Nonus habet pugnas, nec adest dux ipse tumultu.

HERENNII MODESTINI I. C.
in nonum librum Æneidos.

ARGUMENTVM.

10 Atq; ea diuersa penitus dum parte geruntur,
Iunonis monitu Turnus festinat in hostem.
Teucrorum naues, Rutulis iaculantibus ignem,
Nympharum in speciem diuino numine versa.
Euryali & Nisi cœptis fuit exitus impar.
Pugnatur: castra Aeneadæ vallumq; tuentur.
Audacem * Rurulum dat letho pulcher Iulus.
15 Fit via vi. Turnus Bitian & Pandaron altum
Deijcit, & totis victor dat funera castris:
Iamq; fatigatus recipit se in castra suorum.

330, 6, 19.

333, 19.

343, 13.

* Remulū scilicet

br: vi 47, 16

350, 8. 151, 6.

352, 8.

353, 4.

354, 2.

P. VIRGILII MARONIS
20 ÆNEIDOS LIBER IX.



25 *TQVE ea diuersa penitus dum par-
te geruntur,
Irim de cœlo misit. Saturnia Iuno
Audacem ad Turnum, lupo tum
fortè parentis
Pitūni Tunus sacrata valle sede.*

Synalæphe,
Charisi? 206.
Allit. cā subse-
quenti versu.
Pleonasmus.

*Ad quem sic roseo Thaumantias ore locuta est: (bat.
Turne quod optanti diu impromittere nemo
Auderet, voluenda dies en attulit ultro.*

Orditur s̄b
admitatione,
impellitq; ne
negligat occa-
sionem.

Aeneas,

* regnum
* alii petit, &
erit veri. spon
daicus. adi
Ind.

Σύμμα.
Hortatio.

* & turbata
arripe.

* pariter

212, 13.

Euandē fer-
mē 235, 19.

142, 9.

124, 12.

1 x. v. Macr. l.

5. cap. 9.

Paul: Video
celos apertos.

* sequar

Allit. gemin.

9 accentuum

310430.

Βιξερεfis, pro
πίε. adi Ind.

postrema, i.

postremas

acies.

Idē 300. 24.

Comparatio.

σύνματιο.

146.

Ver tacitum:

quā dā quā si

fluctuatio,

11. nunc pſuent-

tiū; nūc ſiſten-

tiū dictionū.

208, 30.

* & ad ſcribūt

ſyllabæ me-

ſuentes,

Aeneas, vrbe, & socijs, & classe relicta,
Sceptra Palatini, * sedemq; * petiit t' Euandri.
Nec satis, extremas Cori ti penetravit ad vrbes:
Lydorumq; manum, collectos armat agrestes.

Quid dubitas? nūc tēpus equos, nūc poſcere curvus.
Rumpe moras omnes, * turbatāq; arripe castra.

Dixit, & in cælum * paribus se sustulit alis,
Fugientemq; fuga secuti sub nubibus arcum.

Agnovit iuuenis, duplicesq; ad sydera palmas
Sustulit, ac tali fugientem est voce secutus:

Iris, decus cœli, quis te mihi nubibus actam
Detulit in terras? vnde hæc tam clara repente

Tempeſtas? video medium diſcedere cælum,
Palamesq; polo ſtellas. * sequor omina tanta,

Quisquis in arma vocas. Et sic effatus, ad vndam
Proceſſit, ſummoq; hauſit de gurgite lymphas;

Multa deos orans: oneravitq; æthera votis.
Famque omnis campis exercitus ibat apertis,

Dives equitū, dives pictāi veſtis, & auri.
Meſſapus primas acies, poſtrema coërcent

Tyrrhidæ iuuenes: medio dux agmine Turnus
Vertitur, arma tenens, & toto vertice ſuprà eſt:

Ceu ſeptem ſurgens ſedatis annibus altus
Per tacitum Ganges, aut pingui flumine Nilus,

Cūm refluit campis, & iam ſe condidit alueō.
Hic ſubitam nigro glomerari pulvere nubem

Proſpiciunt Teucrī, ac tenebras inſurgere campis.
Primus ab aduerſa conclamat mole Caius:

Quis globus, ô ciues, caligine voluitur atra?
Ferte citi ferrum, date tēlā, * ſcandite muros:

Hostis

Hostis adest: eia ingenti clamore per omnes
 Condunt se Teucris portas, & mœnia complent.
 Nanq; ita discedens praeceperat optimus armis
 Aeneas, si qua interea fortuna fuisset,

- 3 Ne struere auderent aciem, neu credere campo:
 Castra modò & tuto's seruarent aggere muros.
 Ergo, etsi conferre manum pudor iraq; monstrat,
 Obijciunt portas tamen, & * praecepta faceffunt,
 Armatiq; cauis expectant turribus hostem.
- 10 Turnus, vt anteuolans tardum praecesserat agmen,
 Viginti lectis equitum comitatus, & vrbi
 Improuisus adest: maculis quem Thracius albis
 Portat equus, cristaq; tegit galea aurea rubra.
 Ecquis erit mecum, ô iuuenes, qui primus in hostem?
- 15 En, ait: & iaculum intorquens emittit in auras,
 Principium pugnae: & campo sese arduus infert.
 Clamore excipiunt socij, fremituq; sequuntur
 Horrisono. Teucrum mirantur inertia corda:
 Non a quo dare se campo, non obuia ferre
- 20 Arma viros, sed castra fouere. huc turbidus atq; huc
 Lustrat equo muros, aditumq; per ania quarit.
 Ac veluti pleno lupus insidiatus ouili,
 Cum fremit ad caulas, ventos perpeffus & imbreis,
 Nocte super media: tuti sub matribus agni
- 25 Balatum exercent ille asper & improbus ira
 Sequit in * absentes: collecta fatigat edendi
 Ex longo rabies, & sitte sanguine fauces:
 Haud aliter Rutulo muros & castra tuenti
 Ignescunt irae, & duris dolor ossibus * ardet:
 Qua tentet ratione aditus, & * qua viâ clausos

Trepidatio:

vti 333, 15.

* Vñ Imperatores appellatur: quia, quod & vbi consuluerit, statim factum opus est. Siccum dicendi genus. Decorum in Turno seruatum.

Homœoteleuta: vt 297, 10. 340, 21. 159, 18.

9 accentuum: Pathos a paratola. Aptissima comparatio; qua describit impotentes affectus Turni.

* absentes:

Naturâ irati.
 * haret:

* qua via.

Ex-

444, 30.

*Excitiat Teucros vallo, atq; effundat in equor.
 Classem, que lateri castrorum adiuncta latebat,
 Aggeribus septam circum & fluvialibus undis,*

Alliteratio.

*Inuadit: sociosque incendia poscit onantes,
 Atque manum pinu flagranti feruidus implet.
 Tum verò incumbunt: vrget presentia Turni:
 Atque omnis facibus pubes accingitur atris.*

fff ter allu-
dit.περορυσίας.
Inuocatio.

*Diripuerè focos. piceum fert fumida lumen
 Teda, & commistam Vulcanus ad astra fauillam.*

fff ter allu-
dit.164, 22.
Fabula dele-
ctandi gratia
admixta.

*Quis deus ò Musa tam seua incendia Teucris
 Aduertit? tantos ratibus quis depulit ingnes?
 Dicite. prisca fides factò, sed fama perennis.*

*Tempore quo primùm in Phrygia formabat in Ida
 Aeneas classem, & pelagi petere alta parabat:
 Ipsa deùm fertur genitrix Berecynthia magnum*

*Vocibus his affata Iouem: 'Da nate petenti,
 Quod tua cara parens domito te poscit olympto.*

Alliteratio.

*Pinea sylua mihi multos dilecta per annos,
 Lucàs in arce fuit summa, quò sacra ferebant,
 Nigranti picea, trabibusque obscurus acernis:
 Has ego Dardanio iuueni, cùm classis egeret,
 Leta dedi: nunc sollicitam timor anxius * vrget.*

* angit, quæ
lectio magis
placet ppter
syllabarum an-
nominationem
Poetæ gratiss.
9 accentuum.

*Solue metus, atq; hoc precibus sine posse parentem:
 Neu cursu quassatè villo, neu turbine venti
 Vincantur: prosit nostris in montibus ortas.*

*Filius huic contrà, torquet qui sydera mundi:
 O genitrix, quò sata vocas? aut quid petis istis?
 Mortali ne manu factè immortalè carinæ
 Fas habeant? certusq; incerta pericula lustret
 Aeneas? cui tanta deo permissa potestas?*

Immo ubi defunctæ finem portusq; tenebunt
 Ausonios, olim quæcunq; euaserit undis,
 Dardaniumq; ducem Laurentia vexerit arua:
 Mortalem eripiam formam, magniq; iubebo
 5 Aequoris esse deas: qualis Nereia* Doto
 Et Galatea secant spumantem pectore pontum.
 Dixerat idq; raturum Stygij per flumina fratris,
 Per pice torrentis atraq; voragine ripas,
 Annuit, & totum natu tremefecit olympum.

10 Ergo aderat promissa dies, & tempora Parcæ
 Debita complerant, cum Turni iniuria Matrem
 Admonuit sacris ratibus depellere tedas.
 Hic primum noua lux oculis effulsit, & ingens
 Visus ab aurora cælum transcurrere nimbus,

15 Idæiq; Chorintum vox horrenda per auras
 Excidit, & Troum Rutulorumq; agmina complet:
 Ne trepidate meas Teucris defendere naues,
 Neve armate manus: maria antè excurere Turno
 Quàm sacras dabitur pinus. Vos ite soluta,

20 ite deæ pelagi. Genitrix iubet. & sua quæque
 Continuo puppes abrupunt vincula ripis,
 Delphinumq; modo demersis æquora vobis
 7ma petunt. * hinc virginæ (mirabile monstrum)
 Reddunt se totidem facies, pontoq; feruntur,

25 Quot prius aratæ steterant ad littora* prora.
 Obstupere animis Rutuli conterritus ipse
 Turbatus Messapus equis cunctatur & amnis
 Rauca sonans; reuocatq; pedem Tyberinus ab alto
 At non audaci cessit fiducia Turno:

Ultro animos tollit dictis, atque increpat ultro:

Troianos

i. mortali ma-
 nu facta: 330.
 28.

* Clotho
 Allit gemin.
 Hemstichij
 & versiculi
 duo repetiti
 359, 56. facit
 254, 13. &
 445, 12. Hom.
 hym. in Apol.
 ver. 85. & in
 Mer. ver. 515.
 Sacris; q. i. for-
 mata in Cy-
 betes luco,
 330, 18.
 Vox de celo.
 Naues p. me-
 tamorphosin
 ab incendio li-
 beratur, sicut
 per ianbrem,
 256, 25.
 Gen. i. deorū.

* cum

363, 6.
 * Sūt q. legant
 puppes, & alii
 naues: sed te-
 citius prora, vt
 al. bi. proba-
 nus. 364, 29.

Exornatio & positionis,

accentuum.

Minuit & augei confutationem.

* An Pathos à causa.

στυματισμός.

Occupatio.

ἀνδραγαθία.

penitus, i. valde,

Charil. 157. 187. 13.

Emphasis.

Facit 158. 1.

164. 19.

παράδειγμα

ad dehortationem

Adhortatio.

143. 24.

Armis s. fabricatus Achilli,

la σ. 142. 22.

137. 23. 150.

17. 358. 7.

9. Accentuum,

* ferant,

216. 18.

143. 24. 296.

13.

* est alij expuant.

Troianos hæc monstra petunt: his Juppiter ipse
Auxilium solitum eripuit: non tela, nec ignes
Expectant Rutulos, ergo maria inuia Teucris,
Nec spes vlla fuga: rerum pars altera adempta est:
Terra autem in manibus nostris: tot millia gentes
Arma ferunt itale. nil me fatalia terrent,
Si qua Phryges præ se iactant, responsa deorum,
Sat satis Venerique datum est, tetigere quòd arua
Fertilis Ausonia Troës: sunt & mea contra
Fata mihi, ferro sceleratam excindere gentem,

Coniuge præcepta. * NEC SOLOS tangit Atreidas
Iste dolo, solisque licet capere arma Mycenis,
Sed perisse semel satis est. peccare fuisset

Antè satis. penitus modò non genus omne perosos
Femineum: quibus hæc mediæ fiducia valli,

Fossarumque moræ, lethi discrimina parua,
Dant animos, an non viderunt mœnia Troie,
Neptuni fabricata manu, considerare in ignes?

Sed vos ó lecti, ferro quis scindere vallum
Apparat, & mecum inuadit trepidantia castra?

Non armis mihi Vulcani, non melle carinis
Est opus in Teucros: addant se protinus omnes
Hetrusci socios: tenebras & inertia furta

Palladij, cæsis summæ custodibus arcis,
Ne timeant: nec equi cæca condemur n aluo:
Luce palàm certum est igni circundare muros.

Haud sibi cum Danais rem, saxo, & pube Pelasga
Esse * putet, decimum quos disulit Hector in annum.

Nunc aded, melior quoniam pars acta diei * est,
Quod superest, legi bene gestis corpora rebus

Procurate viri, & pugnam sperate* parati.
 Interea vigilum excubijs obsidere portas
 Cura datur Messapo, & mœnia cingere flammis.

*parari legus
 qui aure sunt
 hispida.
 Consilium.

Bis septem Rutuli, muros qui milite seruent,
 Delecti, ast illos cenieni quenque* sequuti,
 Purpurei cristis iuuenes auroq; corusci
 Discurunt, variantq; vices: fusi q; per herbam
 Induigent v. no, et vertunt crateras abenos.
 Collucent ignes: noctem custodia ducit

* sequuntur.

Infrà 18.

Mora spòdai
 ca, rei, de qua
 agitur, oportu-
 na.
 Decorum.

10 In somnè m ludo.
 Hæc super è vallo prospectant Troës, & armis
 Alta tenent: nec non trepidi formidine portas
 Explorant, pontesq; & propugnacula iungunt;
 Tela gerunt, instant Mnestheus acerq; Serestus:
 15 Quos pater Aeneas, si quando aduersa vocarent,
 Rectores & iuuenum, & rerum dedit esse magistros.
 Omnis per muros legio sortita periculum
 Excubat, exercetq; vices, quòd cuique tuendum est.

353, 22.

329, 3.

Historia de
 Niso & Eurya-
 lo: de quibus
 & 223, 16.

Nisus erat portæ custos, acerrimus armis.
 20 Hyrtacides: comitem Aeneæ quem miserat Ida
 Venatrix, iaculo celerem leuibusque sagittis;
 Et iuxta comes Euryalus: quo pulchrior alter
 Non fuit Aeneadum, Troiana nec induit arma,
 Ora puer prima signans intonsa iuuenta.

Ida, s. mons
 quem Hom.
 πολυπίδακα
 και μητέρα
 θηρών
 hymno in Ve-
 nere appellat
 ὑπαλλαγή

25 His amor vnus erat, pariterq; in bella ruebant:
 Tunc quoque communi portam statione tenebant.
 Nisus ait: Digne hunc ardorem mentibus addunt
 Euryale? an sua cuique deus fit dira cupido?
 Aut pugnam, aut aliquid iam dudum inuadere magnū
 Mens agita mihi, nec placida contenta quiete est.

Ordit ab ad-
 miratione, vn
 de sit hic tam
 importes affe-
 ctus animi
 sui. Vide
 Rhod. l. 1, ca.
 30.

Cernis

* sepulti

Proposio.

πρὸς πα. Iuue.
corripit ro.

Vester porro

labor facundior historia-

rum scripto-

res.

Pathos.

Vidæ quæ sit

vis amoris.

304. 15. 314.

235. 24.

Affectus ani-

mi generosi.

Proposio.

Ab honesto.

119. 26.

A possibili.

Vitæ pro lau-

de pacisci.

9 accentuum.

9 accent. ver.

428. 27. & in

Culice, v. 202

Ratio.

9. accētuum.

fer inuicem

alludit.

377. 7.

344. 5.

Cernis quæ Rutulos habeat fiducia rerum.

Lumina rara micant: somno vinoq; * soluti

Procubuerunt: silent late loca. percipe porro

Quid dubitem, & quæ nunc animo sententia surgat.

Aeneam acciri omnes, populusq; patresq;

Exposcunt: mittique viros qui certa reportent.

Si tibi, quæ posco, promittunt (nam mihi facti

Fama sat est) tumulo videor reperire sub illo

Posse viam ad muros & mœnia pällantea.

Obstupuit magno laudum percusus amore

Euryalus: simul his ardentem affatur amicum:

Mene igitur socium summis adiungere rebus

Nise fugis? solum te in tanta pericula mittam?

Non ita me genitor bellis assuetus Opheltes

Argolicum terrorem inter Troiaeq; labores

Sublatum erudit: nec tecum talia gessi,

Magnanimum Aeneam & fata extrema secutus.

Est hic, est animus lucis contemptor: & istum

Qui vita bene credat emi, quò tendis, honorem.

Nisus ad hæc: Equidem de te nil tale verebar:

Nec fas: non ita me referat tibi magnus ouantem

Iuppiter, aut quicumq; oculis hæc aspicit equis.

Sed si quis (quæ multa vides discrimine tali)

Si quis in aduersum rapiat casus ve delusve,

Te superesse velim: tua vita dignior ætas.

Sit qui me raptum pugna, precio ve redemptum,

Mandet huic solita: aut si qua id fortuna vetabit,

Absenti ferat inferias, decoretq; sepulchro:

Neu matri misera tanti sim causa doloris

Quæ te sola, puer, multis è matribus ausa

Prose.

* Prosequitur, magni nec mœnia curat. Aeste.
 Ille autem: Causas nequicquam nectis inanes,
 Nec mea iam mutata loco sententia cedit:
 Acceleremus, ait, vigiles simul excitat: illi
 5 Succedunt, seruantq; vices. Statione relicta
 Ipse comès Niso graditur regemq; requirunt.
 Cetera per terras omneis animalia somno
 Laxabant curas, & corda oblita laborum.
 Ductores Teuerùm primi, & delecta iuuentus,
 10 Concilium summis regni de rebus habebant:
 Quid facerent: quis ve Aeneæ iam nuntius esset.
 Stant longis adnxi hastis, & scuta tenentes,
 Castrorum & campi medio. Tum Nisus, & vnà
 Eurijalus confestim alacres admittier orant:
 15 Rem magnam, pretiumq; moræ fore, primus filius
 Accepit trepidos, ac Nisum dicere iussit.
 Tunc sic Hyrtacides: Audite ô mentibus equis
 Aeneada: nè ve hæc nostris spectentur ab annis,
 Quæ ferimus. Rutuli somno vinoq; sepulti
 20 Conicnere, locum insidijs conspeximus ipsi,
 Qui patet in biuio portæ quæ proxima ponto.
 Interrupti ignes, aterq; ad sydera fumus
 Erigitur, si fortuna permittitis vti,
 Quæsitum Aeneam ad mœnia Pallântea.
 25 Mox hæc cum spolijs, ingenti cæde peracta,
 Affore eernctis, nec nos via fallit euntes.
 Vidimus obscuris primam sub vallibus urbem
 Venatu assiduo, & totum cognouimus anem.
 Hic annis grauis atq; animi maturus Aletus:
 Dÿ patrij, quorum semper sub numine Troia est,

* Persequitur
Alia causa.

264, 20.
Decorum.
233, 7, 18.
i. Inlum, regis
filiû : vt 249,
18.
Concubium:
169, 15. 303,
17. 106, 18.
In nocte con-
siliium.

Syll. annom.

Ternæ à fine
allusiones im-
plent aures.
Occupatio.

Narratio.
334, 2.

παραισμός.
ex interuallo

i. vt quæra-
mas.
Propositio.
Hiatus cū se-
quenti verso.
Primâ p. pri-
mo. Chariti,
ex interuallo.
Contestatio.

γ Non

Non tamen omnino Teucros delere paratis,
 Cum tales animos iuuenum & tam certa tulistis
 Pectora. Sic memorans humeros dexasque tenebat
 Amborum; & vultum lacrymis atque ora rigabat.

* laudib' istis
 Collaudatio,
 & promissio
 prazmiorum.

πικτιορμς.
 Actutū, cito
 Carisp. 145.

* Excipit, i. sus-
 cipit, ὑπολαμ-
 βάνει 167, 219
 Interrumpit
 sermonem
 senis.

238. 16.

erit subaudis

112. 19. 339.
 Homoteleu-
 ton.

Pathos ex re-
 petitione rela-
 tiui.

* comantis, i.
 exortem tibi
 dabo.

Bis sex iuue-
 nibus Patro-
 cli manibus
 parētat Achil-
 les II. 6. 337. 1.

κατ' ἄριστον
 εἶπε.

Qua vobis, quae digna, viri, pro & talibus ausis
 Praemia posse reat solui? pulcherrima primū
 Diu moresque dabunt vestiri: tum cetera reddet
 Actutum pius Aeneas, atq; integer aui
 Ascanius, meriti tanti non immemor vnquam.
 Immo ego vos, cui sola salus genitore reducto,

* Excipit Ascanius, per magnos Nise penates,
 Assaraciq; larem, & canae peneralia Vestae,
 Obtestor (quaecumque mihi fortuna, fidesq; est,
 In vestris pono gremijs) reuocate parentem,
 Reddite conspectum: nihil illo triste recepto.

Bina dabo argento perfecta atque signis
 Pocula, deuicta genitor quae cepit Arisbar:
 Et tripodas geminos, auri duo magna talenta:
 Cratera antiquum, quem dat Sidonia Dido.

Si verò capere Italiam, sceptrisq; potiri
 Contigerit victori, & praeda ducere sortem:
 Vidisti quo Furnus equo, quibus ibat in armis
 Aureus? ipsum illum clypeum cristasq; * rubentes
 Excipiam sorti, iam nunc tua praemia Nise.

Praeterea bis sex genitor lectissima matrum
 Corpora, captiuosq; dabit, suaq; omnibus arma:
 Insuper id campi, quod rex habet ipse Latinus.
 Te verò, mea quem spatij propioribus etas
 Insequitur, venerande puer, iam pectore toto
 Accipio, & comitem casus complector in omnes.

Nulla

- Nulla meis sine te quaeretur gloria rebus,
 Seu pacem, seu bella geram. tibi maxima verum
 Verborumq; fides. Contra quem talia fatum
 Euryalus: Me nulla dies tam fortibus ausis
 5 Dissimilem arguerit: tantum fortuna secunda
 Aut aduersa cadat. sed te super omnia dona
 Unum oro. genitrix Priami de gente vetusta
 Est mihi, quam miseram tenuit non illa tellus.
 Mecum excedentem, non mœnia regis Aceste:
 10 Hanc ego nunc ignaram huius quodcumq; pericli est
 Inq; salutatam linquo (nox, & tua testis
 Dexterâ) quod ne queam lacrymas perferre parentis.
 At tu, oro, solare inopem, & succurre relicta.
 Hanc sine me spem ferre tui, audentior ibo
 15 In casus omnes. Percussa mente dederunt
 Dardanidæ lacrymas: ante omnes pulcher filus,
 Atq; animum patriæ strinxit pietatis imago.
 Tum sic effatur:
 Spondeo aigna tuis ingentibus omnia cœptis.
 20 Nanq; erit ista mihi genitrix, nomenq; Creusa
 Solum desuerit: nec partum gratia talem
 Paxua manet, casus factum quicumque *sequetur.
 Per caput hoc iuro, per quod pater antè solebat:
 Quæ tibi polliceor reduci, rebusque secundis,
 25 Hæc eadem matriq; tuæ generiq; manebunt.
 Sic ait illacrymans: humero simul exiit ensem
 Auratum, mira quem fecerat arte Lycaon,
 Gnosius, atq; habilem vagina aptarat eburna.
 Dat Niso. Mnestheus pellem, horrentisque leonis
 Exuuias: galeam fidus permutat Althes,
 30

336, 30.

394, 22.

336, 5.

Hiatus cū in-
sequenti ver.

368, 21.

Exc. vt 344, 5.
i. cū alijs ma-
tribus, 238, 25
Pietas Eurya-
ri.

Tmesis, 382.

7. Qd̄ dolct
ipsa, 343, 26.
Matrem com-
mendat.re re comple-
dunt.

245, 25.

335, 3. epithe-
thon à corpore
re 383, 7.Pathos à simi-
litudine pas-
sionis.

* affatur:

* sequentur.

9 accentuum

Syll. anom.

Matrē in tu-
telam recipit.Il. & Macr. l. 5.
cap. 9.

317, 30. 387.

437, 12.

Creta nobili-
tata varijs ar-
tificijs.

ré αὐτῆ.

- 232, 6. *Protinus armati incedunt, quos omnis euntes*
- Indoles. *Primorum manus ad portas iuuenumque senumque;
Prosequitur votis, nec non & pulcher filius,*
- Alliteratio. *Ante annos animumque gerens curamque virilem,*
- 335, 24. *Multa patri portanda dabat mandata: sed auræ
Omnia discerpunt, & nubibus irrita donant.
Egressi superant fossas, noctisque per umbram
Castra inimica petunt, multis tamen ante futuri
Exitio passim vino somnoque per herbam
Corpora fusa vident: arrectos littore currus:
Inter lora rotasque, viros, simul arma iacere,* 10
- 334, 2. *Vina simul, prior Hyrtacides sic ore locutus:*
- Pro decore *Euryale, audendum dextra: nunc ipsa vocat res.*
- Ruulos fingit prostratos *Hac iter est: tu ne qua manus se attollere nobis*
- vino & somno. 131, 20. *Atergo possit, custodi, & consule longè.*
- Pleonasmus. *Hac ego vasta dabo, & lato te limite ducam.* 15
- 341, 9. *Sic memorat, vocemque premit: simul ense superbum*
- 10 accentuū. *Rahmnetem aggreditur, qui fortè tapetibus altis*
- 9 accentuum. *Exstructus, toto proflabat pectore somnum:*
- 339, 19. *Rex idem, & regi Turno gratissimus augur:* 20
- 10 & te grata *Sed non augurio potuit depellare pestem.*
- allusione titulant aures. *Tres iuxta famulos temere inter tela iacentes,
Armigerumque Rhemi premit, aurigamque sub ipsis
Nactus equis, ferroque secat pendentia colla.
Tum caput ipsi aufert domino, truncumque relinquit,* 25
- Ironia, & irrisio. *Sanguine singultantem: atro te pefacta cruore
Terra torique mandent, nec non Lamyrumque, Lamūque
Et iuuenem Serrannum, illa qui plurima nocte
Luserat, insignis facie, multoque iacebat
Membra deo victus, felix, si protinus illum*
- Natura cadaueris. *Aequas-*
- Adnominatio. *Aequas-*
- Tori, tapetes in quibus discubuerant.
- 333, 10. *Aequas-*
- 620, i. vino. *Aequas-*
- proz sic 87, 1. *Aequas-*

Aequasset nocti ludum, in lucemq; tulisset.
 Impastus ceu plena leo per ouilia * turbans,
 (Suadet enim vesana fames) manditq; trahitq;
 Mollis pecus, mutumq; metu fremit ore cruento.
 5 Nec minor Euviali cedes: incensus & ipse
 Perfurit: ac multam in medio sine nomine plebem,
 Fadumq;, Hebesumq; subit, Rhetumq;, Abarimque,
 Ignaros: Rhetum vigilantem, & cuncta videntem:
 Sed magnum metuens se post cratæra tegebat.
 10 Pectore in aduerso totum cui comminus enses
 Condidit assurgenti, & multa morte recepit.
 Purpuream vomit ille animam, & cū sanguine mista
 Vina refert moriens. hic furto feruidus instat:
 Jamq; ad Messapi socios tendebat, * vbi ignem
 15 Deficere extremum, & religatos rite videbat
 Carpere gramen equos: breuiter cū talia Nisus,
 (Sensit enim nimia cæde atq; cupidine ferri)
 Abstinet, ait: nam lux inimica propinquat.
 Penarum exhaustum satis est: via facta per hostes.
 20 Multa virūm solido argento perfecta relinquunt
 Armaq;, crateresque simul, * pulchrosq; tapetas.
 Euryalus phaleras Rhamnetis, & aurea bullis
 Cingula, Tyburri Remulo ditissimus olim
 Quæ mittit dona, hospitio cū iungeret absens,
 25 Cadicus: ille suo moriens dat habere nepoti:
 Post mortem, bello Rutuli prædaque potiti.
 Hæc rapit, atq; humeris nequicquam fortibus aprat.
 Tum galeam Messapi habilem cristisque decoram
 Induit. excedunt castris, & tuta capeffunt.
 Interea præmissi equites ex vrbe Latina,

Comparatio,
 τῆσσι pro
 perturbans.
 * turbam

111, 2.

ΜΥΤΑΚΙΣΤΟΥΣ.

VI 44, 26

Polyzyndērō.
 Igni sopitos.
 Metus mortis
 Alliteratio.

Alliteratio.

Alliteratio.

* ibi
 Sic religati fu-
 nis nauis Ca-
 tullo & iure-
 conf. dicitur:
 & irreligata
 Charōtis cym-
 ba legitur.

338, 16.

336, 16.

* pictos in co-
 dicibus Cha-
 ristianis.

Balteus.

342, 25.

Xenia.

Græca figur-
 i. Remulo co-
 gnomini.

nequicquam
 aprat 342. 30.

Quæ petierās.

338, 8.

Syll. annom.
Allusio ad ar
ma Romanor
um.
Magister equi
rum.
* Volcente.

Temere, i. ne
gligenter,
Charif.
9 accentuum.
il il complo
dunt.

adit passiuè.
Descriptio
sylvæ.
* lacus omni
no legendum
nam Alba, au
tore Diony
sio, inter mon
tem excelsum
atq; lacu ma
gnu extructa
est. Lacus me
minit Cic r.
De Diu. Valer.
Max. l. 1. Iuu.
Sat. 4. Hora. &
alij.
Pathos.
Aeneas simili
ter requirit
Creusam, 161
21.
Syll. annom.
163, 9.
i. silêti nocte.
sylvæ.
Syll. annom.
2727;

Cætera dum legio campis instructa moratur,
Ibant, & Turno regi responsa ferebant,
Tercentum, scutati oranes, * Volcente magistro.
Iamque propinquabant castris, muroq; subibant:
Cum procul hos laevo flectentes limite cernunt:
Et galea Euryalum sublustri noctis in umbra
Prodidit immemorem, radiisque aduersa refluxit.
Haud temere est visum, cõclamat ab agmine Volcens:
State viri: quæ causa via? quive estis in armis?
Quove tenetis iter? nihil illi tendere contra;
Sed celerare fugam in sylvas, & fidere nocti.
Obijciunt equites sese ad divortia nota,
Hinc atq; hinc, omnemq; aditum custode coronant.
Sylvæ fuit latè dõmibus atq; ilice nigra
Horrida, quam densi complerant undique sentes:
Rara per occultos ducebat semita calles.
Euryalum tenebræ ramorum, onerosaq; præda
Impediunt: fallitq; timor regione viarum.
Nisus abit: iamque imprudens euaserat hostes,
Atq; * locos, qui post Albæ de nomine dicti
Albani, tum rex stabula alta Latinus habebat.
Ut stetit, & frustra absentem respexit amicum,
Euryalæ infelix, qua te regione reliqui?
Quæve sequar? rursus perplexu iter omne reuoluens
Fallacis sylvæ, simul & vestigia retro
Observata legit, dumisque silentibus errat.
Audit equos, audit strepitus & signa sequentum.
Nec longum in medio tempus, cum clamor ad aures
Peruenit, ac videt Euryalu, quem iam manus omnis,
Fraude loci, & noctis subito turbante tumultu.

Oppres.

Oppressum rapit, & conantem plurima frustra.

Quid faciat? quâ vi iuuenem, quibus audeat armis

Eripere? an sese medios moriturus in hostes

Inferat, & pulchram properet per vulnera mortem?

8 Ocyus adducto torquens hastile lacerto,

Suspiciens altam Lunam, sic voce precatur:

Tu dea, tu presens nostro succurre Labori,

Astrorum decus, & nœmbrum Latonia custos.

* Si qua tuis vnquam pro me patet Hyrtacus aris

10 Dona tulisti, si quâ ipse meis venatibus auxi,

Suspendive tholo, aut sacra ad fastigia fixi:

Hunc sine me turbare globum, et rege tela per auras:

Dixerat: & toto commixtus corpore ferrum

Coniicit, hasta volans noctis diuerberat umbras,

15 Et venit aduersi in tergum Sulmonis: ibiq;

Frangitur, ac fixo transit præcordia ligno.

Voluitur ille, vomens calidum de pectore flumen

Frigidus, & longis singultibus ilia pulsat.

Diuersi circumspectiunt: hoc acrior idem

20 Ecce aliud summa telum librabat ab aure,

Dum trepidant. it hasta Tago per tempus utrunque

Stridens, traiecitq; hæsit tepe facta cerebro.

Sœuit atrox Volsens, nec teli conspicit usquam

Autorem, nec quò se ardens immittere possit.

25 Tu tamen interea calido mihi sanguine pœnas

Persolues amborum, inquit. simul ense recluso

ibat in Euryalum. tunc verò exterritus, amens

Conclamat Nisus: nec se celare tenebris

Amplius, aut tantum potuit perferre dolorem.

* Me, me: adsum qui feci: in me conuertite ferrum!

Pathos ab ad
dubitatione.
fraxiōmōē

* Ex merito-
rū fiducia, vel
vti debita gra-
tiam reposcit.
Sic Chryses
ad Apollinē
Ili. & v. 40 eū-
ius loci para-
phralis quoq;
extat. tertio
Polit. Plato-
nis:

10 accentuū.
Alliteratio.

230, 15.

230, 16.

Tergū, secutu
vnde Targa,
Targō vulgo,
cal. frig. anti-
thesis.

Ex Pacuio,

Mæ l. 6. c. 1.

i alterum.

Legē indicē. i.

vnde veniat.

Ex Enn vt est

apud Macr.

lib. 6. cap. 17.

Vide quæ sit

amotis vis.

ἀπὸ τῆς αἰσῆς

ἀπὸ τῆς αἰσῆς

615.

344, 6.

9 Accentuum.

9 accētuum.
Decorū in Ni
lo offerētē se
pro amico, vt
me sequi vo-
luerit.

* Alij Tran-
fabijt, alij Trā
fadijt.

Euryalus in-
terficitur.

Comp. Hom.
Il. 6. ver. 308.

* lapso.

* Volcentem.

* fecius

Contundit

* exanimum
Epiphonema.

Adi omnino.

Firmian. li. 1.
cap. 20.

Immortalita-
tē pollicetur:
sic Lauso,

382, 4.

* exanimum
338, 8.

339, 22.

Decima anti-
podosis. Vide
Seruium.

* tepidaq; ma-
dentem.

Hiperbole.

356, 17.

Et per spolia,
amores cedis.

O Rutuli mea fraus omnis: nihil iste nec ausus,
Nec potuit (cælum hoc & conscia sydera testor)

Tantum infelicem nimium dilexit amicum.

Talia dicta dabat: sed viribus ensis adactus

* Transadigit costas, & candida pectora rupit.

Voluitur Euryalus letho: pulchrosque per artus

It cruor, inq; humeros cervix collapsa recumbit:

Purpureus veluti cum flos succisus aratro

Languescit moriens, * lapsō ve papauera collo

Demisere caput, pluvia cum fortè grauantur.

At Nisus ruit in medios, solumq; per omnes

* Volcentem petit, in solo Volcente moratur.

Quem circū glomerati hostes, hinc cōminus atq; hinc

Proturbant: in stat non * segnius, ac rotat enses

Fulmineum: donec Rutuli clamantis in ore

* Condidit aduerso, & moriens animā abstulit hosti.

Tum super * exanimem sese proiecit amicum

Confossus, placidaq; ibi demum morte quieuit.

Fortunati ambo, si quid mea carmina possunt,

Nulla dies unquam memori vos exinet æuo,

Dum domus Aeneæ Capitolii immobile saxum

Accolet, imperiumq; pater Romanus habebit.

Victores præda Rutuli spoliisque potiti,

Volcentem * exanimem flentes in castra ferebant.

Nec minor in castris luctus, Rhæmnete reperto

Exanguis, & primis vna tot cæde peremptis,

Serranoq;, Numaq;: ingens concursus ad ipsa

Corpora, seminecesque viros, * tepidumq; recenti

Cæde locum, & plenos spumanti sanguine riuos.

Agnoscent spolia inter se, galeamq; nitentem

Messa

Messapi, & multo phaleras sudore receptas.

Et iam prima nouo spargebat lumine terras
Tiboni croceum linquens Aurora cubile:

Jam sole infuso, iam rebus luce reiectis,

5 Turnus in arma viros, armis circumdatus ipse,

Suscitat, * gratasque acies in praelia cogit

Quisque suas, varijsque acunt rumoribus iras.

Quin ipsa arrectis (visu * miserabile) in hastis

Præfixunt capita, & multo clamore sequuntur,

10 Euryali & Nisi.

Aeneadæ duri murorum in parte sinistra,

Opposuerunt aciem (nam dextera cingitur amni)

Jugentesque tenent fossas, & turribus alius

Stant mæsti. simul ora virum præfixa * videbant,

15 Nota nimis miseris, atroque fluentia tabo.

Interea pauidam volitans pennata per urbem

Nuntia fama ruit, matrisque adlabitur anxæ

Euryali: ac subitus miseræ calor ossa reliquit.

Excussi manibus radij, reuolutaque pensa:

20 Euolat infelix, & fœmineo ùlùlatu,

Scissa comam, muros amens atque agmina cursu

Prima petit: non illa virum, non illa pericli,

Telorumque memor: cælum dehinc questibus implet.

* Hunc ego te Euryale aspicio? tu ne ille senectæ

25 Sera meæ requies? potuisti linquere solam

Crudelis * nec te sub tanta pericula missum,

Affrui extremum miseræ data copia matri?

Heu, terrâ ignota canibus data præda Latinis,

Alitibusque iaces. nec te tua * funera mater.

Produxisti, pressive oculos, aut vulnera lani,

Ambus legimus p. 108.

20. secundum etiam 46, 11.

Adi Cha 203

& Mac lib. 5. cap. 6.

* gratasque acies in praelia cogit.

Quisque suos.

* mirabile

Pathos à spectaculo.

Hæc nomina instar cõpleti

versus habuit sicut 22 3. utar

biter de industria & alios

imperfectos versus Poeta

reliquisse.

* monebant.

Pathos facilius enim la-

turi erant, si nõ nouissent.

Eadem sentia

1415. 245. 14.

287. 16. 111.

13

ἀλακτισμός.

* Hunc in te hunc tamen

Charilagnoscit, & p. talis

accipit. p. 129.

Proposito cū conuentione

ab arate.

337. 11.

Iliad α. ver. 4

* funere Peregrinū pathos à loco &

iustus fuerit.

Ae te ti allu-
 dit. 197. 30.
 389. 6. 381. 1.
 9 accentuum.
 Pathos a com-
 miseratione
 exhausti labo-
 ris.
 10 accen. ver.
 321. 30.
 Votū abrum-
 pendæ vitæ.
 * Herob., quod
 & Pythium di-
 citur, & epos.
 ut Mallius tra-
 dit, priore est
 quæ post quin-
 que dactylos
 spondeo clau-
 ditur, quæ im-
 plendæ tubæ
 heroicæ can-
 tuiq; Mæonio
 ac Mæonia-
 no est vehe-
 menter ido-
 neū, adiuuan-
 tibus id præ-
 fertim horri-
 dis & obstre-
 pentibus cum
 literis, tō syl-
 labis. Beda p-
 baturus duos
 dactylos in fi-
 ne versus in-
 veniri, citat
 hoc carmen,
 legitque pro-
 pte canoro, ex
 citat horrida:
 cū debuisset
 (puto) adfer-
 re illud inseri-
 tur nono ex
 sortu auctis ar-
 bui* horrida.

Veste regens: tibi quam noctes festina diesq;
 Urgebam, & tela curas solabar aniles.

Quo sequar? aut quæ nunc artus, auulsaq; membra,
 Et funus lacerum tellus habet? hoc mihi de te

Nate referes? hoc sum terraq; mariq; secuta?
 Figite me, si qua est pietas: in me omnia tela

Coniicite, ô Rutuli: me primam absumite ferro.

Aut tu magne pater divum miserere, tuoque
 Inuisum hoc detrude caput sub Tartara telo:

Quando aliter ne queo crudelem abrumperè vitam.

Hoc fletu concussi animi, & mæstusq; per omnes
 It gemitus: torpent infractæ ad prælia vires.

Illam incendentes luctus Idæus & Aëtor,
 Ilionei monitu, & multum lacrymantis Iuli,

Corripiunt, interq; manus sub tecta reponunt.

* At Iuba terræ bi tēm sōni tūm præcūl ævè cānōrō
 Increpuit: sequitur clamor, cælumq; remugit.

Accelerant acta pariter restudine Volsci,

Et fossas implere parant, ac vellere vallum:

Quarunt pars aditum, & scalis ascendere muros,

Quæ rara est acies, interlucetq; corona

Non tam spissa viris, telorum effundere contra
 Omne genus Teucris, ac duris detrudere contis,

Assueti longo muros defendere bello.

Saxa quoq; infesto voluebant pondere, si qua

Possent tectam aciem perumpere: cū tamen omnes
 Ferre liber subter densa restudine casus.

Nec iam sufficiunt, nam quæ globus imminet ingens,

Immanem Teucris molem voluuntq; ruuntq;

Quæ stravit Rutulus latè, armorumq; resolvit

Tegmi-

Tegmina. nec curant caeco contendere Marte
Amplius audaces Rutuli, sed pellere vallo
Missilibus certant.

Parte alia horrendus visu quassabat Hætruscam
Pinum, & fumiferos infert Mærentius ignes.
At Messapus equitum domitor, Neptunia proles,
Rescindit vallum, & scalas in mœnia poscit.

Vos ô Calliope precor aspirate canenti,
Quas ibi tum ferro strages, quæ funera Turnus
Ediderit, quem quisq; viram demiserit Orco:
Et mecum ingentis oras evoluite belli.

Et meministis enim diæ, & memorare potestis.
Turis erat vasto suspectu, & pontibus altis,
Opportuna loco: summis quam viribus omnes

Expugnare Itali, summaq; evertere opum vi
Certabant: Troës contra descendere saxis,
Perq; cauas densi tela intorquere fenestras.
Princeps ardentem coniecit lampada Turnus,
Et flammam adfixit lateri: quæ plurima vento

Corripuit tabulas, & postibus hæsit adæsis.
Turbati trepidare intus, frustra; malorum
Velle fugam. dum se glomerant, retroq; residunt
In partem quæ peste caret, tum pondere turris
Procubuit subitò, & cælum tonat omne fragore.

Seminæces ad terram, immani mole secuta,
Confixique suis telis, & pectora duro
Transfossi ligno veniunt. vix vnus Helenor,
Et Lycus elapsi: quorum primæus Helenor,
Maonio regi quem serua Lycimnia furtim
Sustulerat, vetitisq; ad Troiam miserat armis:

κατὰ κλισί-
μους.

*vos, figura p
personas, i. e.
& cæteras Mû
sas. Nã vt car-
mẽ diuinum,
quale Maro-
nis, pueniat,
Apolline, &
Mûsis omni-
bus presentib-
us opus est.
Quin & Ælia
in veteris poe-
tæ versus cele-
bratur, quo di-
ctum est, vna
vocata Mûsa,
adesse oēs,
Πᾶσαι δ'
ἑσταύουσιν
ἀεὶ ὅτε τοῦτο
μυθίγεται
436. 8.

Sic primus
corripuit fa-
ces, vt nauicis
exurere, 130,
3.
καπορομασί-
α. i. annona-
tio.
pette, i. igne.
237. 1.
443. 13.

Epanodos.
321, 19.

Serui. n. nômi
litabant.

Ense

410, 14.

Com. super
qua adi om-
nino. Mac.li.
5. cap. 13.Alludit ad a-
p tos propriè.
Ne esset i ac-
cinendo præ-
poperus, re-
spuit dicere,
Tela fuit cõ-
tra.*mortis
Iter alludit,15, 30. 25,
20.

Increpatio.

Alliteratio.

Comparatio.

Mac.l. 5. c. 12.

122, 7.

Syll. annom.

Alliteratio.

Iliad λ. Adi

Mac l. 5. c. 12.

319, 2.

Idem ferè

379, 1.

380, 27.

οτυγιου-

μῦθ.

strinxerat, i le-
uiter vulnera
uerat: vt 366,
in. 24 371, 21. fe-
cit & 219. 5.

Ense leuis nudo, parmaq; inglovius alba.

Ipsque, ubi se Turni media inter millia vidit,

Hinc acies, atque hinc acies astare Latinas:

Ut fera, quæ densa venantum septa corona

Contra tela furit, seseq; haud nescia * morti

Iniicit, & saltu supra venabula fertur:

Haud aliter iuuenis medios moriturus in hostes

Irruit, & quæ tela videt densissima, tendit.

At pedibus longè melior Lycus, inter & hostes

Inter & arma fuga muros tenet, altaque certat

Prendere telam manu, sociumq; attingere dextras.

Quem Turnus pariter cursu teloq; secutus,

Increpat bis victor: Nos trahas ne euadere demens

Sperasti te posse manus? simul arripit ipsum

Pendentem, & magna muri cum parte reuellit.

Qualis ubi aut leporem, aut candenti corpore cycnum

Sustulit alta petens pedibus Iouis armiger uncis:

Quasitum aut mari multis balatibus agnum

Martius à stabulis rapuit lupus. Undiq; clauor

Tollitur: innadunt, & fossas aggere complent.

Ardentes tadas alij ad fastigia iactant.

Flioneus saxo, atque ingenti fragmine montis,

Lucetium porte subeantem, ignesq; ferentem:

Emathiona Liger, Chorinaum sternit Apylas:

Hic iaculo bonus, hic longè fallente sagitta:

Otygium Caneus, victorem Canea Turnus:

Turnus Hyn, Clonurnq; Dioxippum, Promulumq;

Et Sagarim, & summis stantem pro turribus Idam:

Priuernum Capys. hunc primò leuis hasta Themilla

Strinxerat: ille manum proiecto regmine demens

Ad vulnus tulit. ergo telis allapsa sagitta,
Et laevo infixæ est lateri manus. abditaq; intus
Spiramenta animæ lethali vulnere rupit.
Stabat in egregijs Arcentis filius armis,
Pictus acu chlamydem, & ferrugine clarus Ibera,

Insignis facie, genitor quem miserat Arcens,
Eductum Martis luco, Simethia circum
Flumina, pinguis ubi & placabilis ara Palici.
Stridentem fundam positus Mezentius armis,
Ipse ter adducta circum caput egit habena:
Et media aduersi liquefacto tempora plumbo
Diffidit, ac multa porrectum extendit arena.
Tum primum bello celerem intendisse sagittam
Dicitur, antè feras solitus terrete fugaces,

Ascanius fortemque manu fuisse Numanum,
Cui Remulo cognomen erat, Turniq; minorem
Germanam, nuper thalamo sociatus, habebat.
Is primam ante aciem digna atq; indigna relatu
Vociferans, tumidusque nouo præcordia regno
Ibat, & ingenti sese clamore ferebat:

Non pudet obsidione iterum valloq; teneri,
Bis capti Phryges, & morti prætereundæ muros?
En qui nostra sibi bello connubia poscunt.
Quis Deus Italiam, quæ vos dementia adegit?

Non hic Atridæ, nec sancti fictor Ulysses.
Durum à stirpe genus: natos ad flumina primum
Deserimus, sequoq; gelu duracius & vndis.
Venatu inuigilant pueri, syluaeque fatigant:
Flectere ludus equos, & spicula tendere cornu.
At patiens operum, paruoque assueta iuuentus

218, 25.
sa sa complo-
dunt.

Ibera, Põtica
Iberi, nũc lua
ri & Zorzia-
ni.
De Deo Pali-
co vel de dijs
Palicis plura.
Macr. Sat. l. 5.
cap. 19.

286, 6.
Ascanius sa-
gitta Num-
num Remu-
lũ interficit.
manu alludit
ex interuallo

445, 7. & in
Citi, ver. 241.

Exprobratio
elegans.

i. egit ad Ita-
liam.
Amplificatio
à collatione.
ἐνδὲ τῶν ὀνείρων.
Rbõn. lib. 3.
cap. 17.
Antiqua Ita-
lix disciplina
64, 27.

Hiatu cū in-
sequēti versū.

κακοσύβη
των & ἐμοι τῆ
λευτοῦ, vt Cri-
tici sentiunt.
Eadē 199, 17.
Rhod. lib. 10,
cap. 1.

Altera pars cō-
parationis.

Tunicas χερῶν
ἤσπασε κρίμι-
naturā. manu
leatas (vt ve-
rit Plautus)
vel (vt Cice-
ro) manica-
tas: de quibus
Gell. lib. 7, c.

12.

* uera

Precatio per
vota. 160, 5.

236. 19.

32. 24.

62. 10.

ἐλακισμός.

Idem 9, 22.

petat, feriat:

Vt 26, 6. 69.

38. 428, 25.

* aliās allapsa
& aliās addu-
cta.

Ironia.

347, 22.

ἐπιτιμῶσις.

Aut rastris terram domat, aut quatit oppida bello.

Omne aenum ferro teritur, versaq; iuuentium

Terga fatigamus hasta: nec tarda senectus

Debilitat vires animi, mutatq; vigorem;

Canicem galea premimus: semperque recentes

Connectare iuuat prædas & viuere rapio.

Vobis picta croco & fulgenti murice vestis

Desidia cordi: iuuat indulgere choreis:

Et tunica manicas, & habent redimicula mitra.

O verè Phrygiæ (neq; enim Phryges) ite per alta*

Dindyma, ubi assuetis biforem dat tibia cantum.

Tympana vos, buxusque vocat Berecynthia matris

Idææ: sinite arma viris, & cedite ferro.

Talia iactantem dicitis, ac dira canentem

Non tulit Ascanius, neruoque obuersus equino

Contendit telum, diuersaq; brachia ducens,

Constitit ante Iouem, supplex per vota precatus:

Iuppiter omnipotens audacibus annue cœptis.

Ipse tibi ad tua templa feram solennia dona,

Et statuam ante aras aurata fronte iuuentum,

Candentem, pariterq; caput cum matre ferentem,

Iam cornu petat, & pedibus qui spargat arenam.

Audis, & cœli genitor de parte serena

Intonuit laeuum, sonat vnà lethifer arcus.

Et fugit horrendum stridens elapsa sagitta,*

Perq; caput Remi rē nit, & cana tempora ferro*

Traicit. I, verbis virtutem illud superbis.

Bis capti Phryges hæc Rutulis responsa remittunt.

Hæc tantùm Ascanius. Tenti clamore sequuntur,

Lætitiâq; fremunt, animosque ad sydera tollunt.

Aetheria

Aetheria tum fortè plaga crinitus Apollo
 Desuper Ausonias acies urbemq; videbat,
 Nube sedens, atque his victorem affatur Iulum:
 Maeste noua virtute puer, sic itur ad astra,
 5 Dijs genite, & geniture deos. iure omnia bella
 Gente sub Assaraci fato ventura resident,
 Necte Troia capit. Simul hæc effatus, ab alto
 Aethere se mittit, spirantes dimouet auras,
 Ascaniumq; petit: forma tum vertitur oris
 10 Antiquum in Buten. hic Dardanid Anchise
 Armiger antè fuit, fidusq; ad limina custos.
 Tum comitem Ascanio pater addidit. ibat Apollo
 Omnia longæuo similis, vocemq;, color, èmque,
 Et crines albos, & seua sonoribus arma:
 15 Atque his ardentem dictis affatur Iulum.
 Sit satis Aeneide, telis impune Numannum
 Opperuisse tuis. primam hanc tibi magnus Apollo
 Concedit laudem, & paribus non inuidet armis:
 Cætera parce puer bello. Sic orsus Apollo
 20 Mortales mediæ aspectus sermone reliquit,
 Et procul in tenuem ex oculis euauit auram.
 Agnouere deum proceres diuinaque tela,
 Dardanide, phætretramq; fuga sensere sonantem.
 Ergo auidum pugne dictis ac numine Phæbi
 25 Ascanium prohibent: ipsi in certamina rursus
 Succedunt, animasque in aperta pericula mittunt.
 Et clamor totis per propugnacula muris:
 Intendunt acris arcus, amenta q; torquent.
 Sternitur omne solum telis: tum scuta cauaq;
 Dant sonitum* siccæ galeæ, pugna aspera surgit:

Maeste esto, &
 Maest' sermo
 sacrificialis a-
 pud Catonẽ
 cap. 131, 134,
 141.

Acclamatio
 cum adhorta-
 tione.

9. accentuum.
 Apollo in
 Buten.

137, 23. Spon-
 daicus ver.
 ver. 387, 25.

Idem ferè hy-
 permetrus,
 207, 24.
 Hiatus cū in-
 sequenti versu.

Apollini arcus
 attribuitur, i.
 vt tua sagitta
 tam certa sit
 quàm sua.
 Ambo ferè
 ad verbū 198,
 13.

Allit. 394, 5.

Hypotyposi,
 280, 4.
 ἐλακισμέε.
 354, 22.
 407, 28.

Quantus

Comparatio.
i. precipitan-
tur nisi malis
subaudire se.
Historia de
Pandaro &
Bitia.
Locus acce-
ptus ex li. 15.
Ennij, vt est
apud Macr. l.
6, cap. 1.

* Liqueſtia. In
dice in adito.
Illuſtris cop-
ratio & Ho-
merica à q̄-
cubus.

Tmarus &
Hemō nomi-
na vitorū de
mōtib⁹ Tma-
ro, & Hamo,
vt alia plera
que.

* Conſonat vl-
tima deſinen-
tis cū vltima
vocis inchoā-
tis inſequetē
verſum
ιωταρισμός.
ex interuallo

84.3.

Quantus ab occasu veniens pluuiabilibus Hædis
Verberat imber humum: quàm multa grandine nimbi
In vada precipitant, cùm n̄ Iuppiter horridus Austris
Torquet aquosam hyemē, ex celo caua nubila rumpit.
Pandarus & Bitias, fœdo Alcandre creti,
Quos Iouis eduxit luco sylueſtris Hiera,
Abi eti⁹ bus iuuenes patrijs & montibus equos:
Portam, quę dulcis imperio commiſſa, recludunt
Freti armis, vtroq; inuitant mœnibus hoſtem.
Ipsi intus dextra ac leua pro turribus aſtant,
Armati ferro, & triftis capita alta coruſci:
Quales aëriē* liquentia flumina circum,
Stue Padiripis, Atheſim ſeu propter amœnum,
Conſurgunt geminae quercus, im onſaq; cœlo
Attollunt capita, & ſublimi vertice nutant.
Irrumpunt, aditus Rutuli vt vidēre patentes.
Continuò Quercens, & pulcher Equicolus armis,
Et præcepſ animi Tmarus, & Mauortius Hemon,
Agminibus totis aut verſi terga dedere,
Aut ipſo portę poſuere in limine vitam.
Tum magis increſcunt animis diſcordibus irę:
Et iam collecti Troës glomerantur eodem,
Et conferre manum, & procurrere longius audent.
Duçtori Turno diuerſa in parte* furenti,
Turbantiq; viros, perſertur nuntius, hoſtem
Fœruerē cede noua, & portas præbere patentes.
Deſerit inceptum, atq; immani concitus ira
Dardaniam ruit ad portam: fratresque ſuperbos
Et primū Antiphatem (is enim ſe primus agebat)
Thebana de matre nothum Sarpedonis alti,

Coniecto

- Coniecto sternit iaculo: volat Itala cornus
 Aëra per tenuem, stomachoq; infixâ sub altum
 Pectus abit: reddi specus atri vulneris vndam
 Spumantem, & si xo ferrum in pulmone tepescit.
 5 Tū Meropē atq; Eymātha manu, tū sternit Aphidnū
 Tum Bitian ardentem oculis, animisq; fermentem,
 Non iaculo (neq; enim iaculo vitam ille dedisset)
 Sed magnum stridens contorta phalarica venit
 Fulminis acta modo: quem nec duo taurea terga,
 10 Nec duplici squamma lorica fidelis & auro
 Sustinuit: collapsa ruunt immania membra.
 Dat tellus gemitum, & clypeum super intonat ingēs:
 Qualis in Euboico Baiarum litore quondam
 Saxeâ piâ cadit, magnis quam molibus antè
 15 Constructam iaciunt ponto, sic illa ruinam
 Prona trahit, penitusq; vadis illisa recumbit:
 Miscet se maria, & nigrae attolluntur arenae:
 Tum sonitu Prochyta alta tremit, durumque cubile
 Inarime, Jovis imperys imposta Typhoeū.
 20 Hic Mars armipotens animum ~~que~~ viresq; Latinis
 Addidit: & stimulos acres sub pectore vertit:
 Immisitq; fugam Teueris, atrumq; tinorem.
 Undiq; conueiunt: quoniam data copia pugnae.
 Bellatorq; animo deus incidit.
 25 Pandarus ut fuso germanum corpore cernit,
 Et quo sit fortuna loco, qui casus agat res,
 Portam vi multa conuerso cardine torquet
 Obnixus latis humeris, multosq; suorum
 Mœnibus exclusos duro in certamine linquit:
 Ast alios secum includit, recipitq; ruentes,

i. ex corno ha
 stile. 417. 3.
 64, 3.
 Hyperbole.

ἰπταροπά.

De Phalarica
 vide Vegetiū
 lib. 4. c. 8.

441, 29. 320,
 8 Comparatio.
 Baie, loc^o Cā
 pania omnium
 voluptuosif-
 simus.

Pila vulgo
 Molo, quasi
 Moles de cu-
 ius cōstructio
 ne. Vitr. l. 5.
 Sic Aetna En
 celado, 183,
 26. De Inari-
 me in Ind eo
 piosius.
 247, 1.

9 accētuum.
 Latis hume-
 ris: quales vi-
 rorum fortium:
 Aeneas, 161, 7.
 Narcus. 226,
 8. Orphiti,
 409, 12. Mu-
 lui, 165, 28.

Z Demens:

ad omnia 251

252 253

194, 14.

Comparatio.

*effulsit.

300, 25. 362,

23. Pöt. in An

tonio hüc lo-

cū accusantes

refellit.

Alliteratio.

Fraterni amo-

ris & beneuo-

lentia exem-

plum.

353, 26.

Rifus Sardo-

nius.

353, 7. Iuno

dari hastam à

Turuo detor-

sit, sicut Ven^a

Phorci filio-

rū tela ab Æ-

nea, 366, 24.

*librat.

Significatio

magni ani-

mi.

αλφαρισμός.

καππαρισ-

μός.

Pathos misc-

ficordia.

Demens: qui Rutulum in medio non agmine regem

Viderit in rumpentem, vltroq; inclusere vrbis,

Immanem veluti pecora inter inertia tigrim.

Continuò noua lux oculis * effulsit, & arma

Horrendum sonuere: tremunt in vertice crista

Sanguinea, clypeoq; micantia fulgura mittit.

Agnosunt faciem inuisam atq; immania membra

Turbati subito Æneada: tum Pandarus ingens

Emicat, & mortis fraternæ feruidus ira,

Effatur: Non hæc dotalis regia Amate,

Nec muris cohibet patrijs media Ardea Turnum.

Castra inimica vides: nulla hinc exire potestas.

Olli subridens sedato pectore Turnus:

Incipe si qua animo virtus, & consere dextram:

Hic etiam inuentum Priamo narrabis Achillem.

Dixerat ille rudem nodis & cortice crudo

Intorquat, summis adnixus viribus, hastam.

Excepere aurg vulnus: Saturnia Iuno

Detorsit veniens: porteq; infigitur hasta.

At non hoc telum, mea quod vi dextera * versat,

Effugies: neq; enim is teli nec vulneris autor.

Sic ait: & sublatum altè consurgit in enses,

Et mediam ferro gemina inter tempora frontem

Diuidit, impubesq; immani vulnere, m̄ alas.

Fit sonus, ingenti concussa est pondere tellus.

Collapsos artus atq; arma cruenta cerebro

Sternit humi moriens: atq; illi partibus equis

Huc caput atque illuc humero ex vtroq; pependit.

Diffugiunt versi trepida formidine Troës.

Et si continuò victorem ea cura subisset,

Rumpere claustra manu, sociosq; immittere portis,
 Vltimus ille dies bello gentisq; fuisset:
 Sed furor ardentem cedisq; insana cupido

Egit in aduersos.

Principio Phalarim, & succiso pōplite Gygen
 Excipit hinc raptas fugientibus ingerit hastas

In*tergum (Iuno vires animumq; ministrat)

Addit Halyn comitem, & confixa Phoegea parma.

Ignaros deinde in muris, Martemq; cientes,

Alcandrumq; Haliumq; Noemonaquē, Prytanimq;

Lyncea tendentem contra, sociosq; vocantem,

Vibranti gladio connixus ab aggere dexter

Occupat. huic vno deiectum comminus ictu

Cum galea longè iacuit caput. inde ferarum

Vastatorem Amyceum: quo non felicior alter

Ungere tela manu, ferrumq; armare veneno:

Et Clytium Aeoliden, & amicum Cretea Musis,

Cretea Musarum comitem: cui carmine semper

Et citharæ cordi, numerosq; intendere neruis

Semper equos, atq; arma virum, pugnisq; canebat.

Tandem ductores, audita cade suorum,

Conueniunt Teucris, Mnēstheus acerq; Cereftus:

Palantesq; vident socios, hostemq; receptum.

Et Mnēstheus, Quò deinde fugā, quò tēditis? inquit.

Quos alios muros, quæ iam vltra mœnia habetis?

Vnus homo, & vestris, ô ciues, vndiq; septus

Aggeribus, tantas strages impunè per urbem

Ediderit? iuuenum primos tot miserit Orcos?

Non infelicis patriæ, veterumq; deorum,

Et magni Aeneæ, segnes miseretq; pudet que?

ed. de conit
 oia
 d. iugian
 oia?

359, 17.
 Hypotyposis.

Popl. vide
 Ser.

*tergus agno
 scit Char. du
 bus i locis l. r

* confixum.

Polyfyndetō
 ex s. ll. Rha
 pfodia ad or
 namentū m
 operis trāstu
 lit: quod vel
 Naso fecit
 Met. 13.

360. 13. 446,
 23. Quint l. 8.
 c 6 duplicat.
 inquit, virtus
 translationis.
 Nā & veneno
 armare, & fer
 rum armare,
 translatio est.

333, 14.

236. 2 306, 16
 Inceptio ab
 impossibili.

345. 10.
 Iliad. e. ver. 3.

Pathos ab ho
nesto.
Infinitiuu hi-
storici.

Comparatio
elegans.

* ac

72, 20. Allite.
& syllab. ann.

9, accētuum.

Relicit in de-
os, qđ tñ eos,
quod tñ erat
in virib Tur-
ni: sicut 353,
7.
419, 1.

Meli⁹ Home
ro hunc locū
tractat. vita-
uit n. fabulo-
sa, & vilia nā
ille ipsas etiā,
ininase equi
tur. Ex II. 16.
& Ennii 15.
vide Mac. lib.
6. cap. 3.
Fulmineus
Mneithe⁹, gra-
ta auribus cō-
fictatio: cui &
accinit subse-
quens allite-
ratio.
f. Thybrim. q̄
flauus vt plu-
rimum appel-
atur.

Talibus accensi firmantur, & agmine denso
Consistunt. Turnus paulatim excedere pugna,
Ut fluuium petere, ac partem quæ cingitur amni.
Acrius hoc Teueri clamore incubere magno,
Et glomerare manum. ceu sauum turba leonem
Cum telis premit infensis: * at territus ille
Asper, acerba tuens, retro redit: & neq; terga
Ira dare aut virtus patitur, nec tendere contra
Ille quidem, hoc capiens, potis est, per tela virosque
Haud aliter retro dubius vestigia Turnus
Improperata refert, & mens exæstuat ira.
Quin etiam his tum medios inuaserat hostes,
Bis conuersa fuga permuros agmina vertit.
Sed manus è castris properè coit omnis in vnum:
Nec contra vires audet Saturnia Iuno
Sufficere, aëriam cœlo nam Iuppiter Irim
Demisit, germanæ haud mollia iussa ferentem,
Ni Turnus cedat Teucrorum menibus altis.
Ergo nec clypeo inuenit subsistere tantum,
Nec dextra valet: iniectis sic vndiq; telis
Obruitur, strepit assiduo caua tempora circum
Tinnitu galea, & saxis solida æra fatiscunt:
Discussæq; iubæ capiti. nec sufficit umbo
Ictibus: ingeminant hastis & Troës. & ipse
Fulmineus Mnestheus, tum toto corpore sudor
Liquitur, & piceum (nec respirare potestas)
Flumen agit: fessos quatit æger anhelitus artus.
Tum demum præceps saltu sese omnibus armis
In fluuium dedit: ille suo cum gurgite flauo
Accepit venientem, ac mollibus extulit undis,

Et letum socijs abluta cæde remisit.

A D I L O N.

Occidit Æneæ decimo Mezentius ira.

5 HERENNII MODESTINI L. C.
in decimum librum Æneidos.

ARGVMENTVM.

Concilium diuis hominum de rebus habetur.

10 Interea Rutuli portis circum omnibus instant.

Aduenit Æneas multis cum millibus heros.

Mars vocat, & totis in pugnam viribus itur.

Interimit Pallanta potens in prælia Turnus :

Cedunturq; duces: cadit & sine nomine vulgus.

Subtrahitur pugne Iunonis numine Turnus.

15 Æneas præstat Mezenti cæde piata,

Et Lausum iniuncta perimit per vulnera dextra :

Mox ultor nati Mezentius occidit ipse.

P. VIRGILII MARONIS

ÆNEIDOS LIBER X.

20



*Andi tū intērcā dōmūs *ōmni-
pōtētis *ōlūmpi :*

*Conciliumque vocat diuūm pater
atque hominum rex*

*Sydeream in sedem : terras vnde
arduus omnis,*

25

Castraq; Dardanidūm aspectat, populosque Latinos :

Confidunt tectis biparentibus : incipit ipse :

*Cælicolæ magni, * quia nam sententia vobis*

Versa retro? tantumq; animis certatis iniquis?

Vide quā in-
geniose atq;
facete coacta
hanc fluuij a-
spersionem ad
religiosā vo-
luntariāq; ce-
dis ablutionē
referat: qua-
lis 161. 5.

359. 21.

360. 20.

364. 17. 366.

3. 370. 14.

376. 29.

378. 22.

382. 3.

383. 16.

* Alij omni-
parentis, aliū
omniparētis,
vide Ind. no-
strū. 444. 17.
* Olympia:
sed obstat
Fab. l. 9. ca. 1.
quinq; dacty-
los tantum
agnoscens.
113. 11. 158.
24. 380. 16.
Concilium
deorum per
initia 12. 8.
* quoniam
Orditur ab
terrogatione
119. 5. 124.

Vt 119. 19.

Punicū bellū
secundū in
nuit, quod si
lius Italicus
cecinit.

Emphasis.

Qua hic Ser-
uius. p. Ancū
Marcū facta
scribit, ea Plu-
tarchus à Nu-
ma dicit.

Nō pauca. nā
verbosa gau-
det Venus lo-
quetur. quæ

γλυκυτάτη.

406.
Captat bene-
volentia à ne-
cessitate, vel
desperatione.
rerū suarum

* mrorum,
Propositio
per interro-
gationem.

Hortatur au-
tem, vt depel-
lat hostem.

401. 1.
A debito.

* à Diomede
accepta: Il s.
Syllepsis per
genus.

Concessio.

si coplodūt.

Manes Creu-
sæ, 63. 2. An-
chisis 238. 2.

267. 18.

Ab iis quæ
passi sunt, am-
plificatio ele-
gantissima.

Abnueram bello Italiam concurrere Teucris:

Quæ contra vetitum discordia? quis metus auctos,

Aut hos arma sequi, ferrumq; laceffere suasis?

Adueniet iustum pugnae (ne accersite) tempus:

Cum fera Carthago Romanis arcibus olim

Exitum magnum atque Alpes immitteret apertas.

Tum certare odijs, tum res rapuisse licebit:

Nunc finite, & placidam lati componite fœdus.

Iuppiter hæc paucis: at non Venus aurea contra

Pauca refert:

O pater, o hominum diuūq; aeterna potestas,

(Nāq; aliud quid sit quod iam implorare queamus?)

Cernis vt insulient Rutuli, Turnusq; feratur

Per medios insignis equis: tumidusque secundo

Marte ruat? non clausa tegunt iam mœnia Teucros:

Quin intra portas atque ipsis prælia miscere

Aggeribus * mterorum, & inundant sanguine fosse.

Aeneas ignarus abest, nunquamne leuari

Obsidione fines? muris iterum imminet hostis

Nascentis Troia, nec non exercitus alter

Atq; iterum in Teucros Aetolis surgit ab Arpis

Tydidēs, equidem (credo) mea * vulnere restant,

Et tua progenies mortalia demoror arma.

Si sine pace tua atque inuito numine Troës

Italiam periere, luant peccata, neque illos

luueris auxilio: sin tot responsa secuti,

Quæ superi manesque dabant, cur nunc tua quisquā

Flectere iussa potest? aut cur noua condere fata?

Quid repetam exustas Erycino in littore classes?

Quid tempestatum regem, ventosq; furentes

Aeolia

Æolia excitos, aut actam nubibus Irim ?
Nunc etiam manes (hæc intentata manebat
So's re-urn) mouet. & superis immissa repente
Alteſto, medias Italiam bacchata per vrbes.
 5 *Nil super imperio moueor: ſperauimus iſta,*
Dum fortuna fuit: vincant quos vincere mauiſ.
Si nulla eſt regio, Teucris quam det tua coniux
Dura, per euerſe genitor fumantia Troia
Excidia obteſtor, liceat dimittere ab armis
 10 *Incolumem Aſcanium, liceat ſuperſeſſe nepotem:*
Aeneas ſanè ignotis iactetur in undis,
Et quancunq; viam dederit fortuna, ſequatur:
*Hunc tegere, & * dira valeam ſubducere pugna.*
Eſt Amathus, eſt celfa mihi Paphos, atq; Cythera,
 15 *Idaliaq; domus: poſitis inglorius armis*
Exigat hæc auum. magna ditione iubeto
Cathago premat Auſoniam. nihil vrbibus inde
Obſtabit Tyrijs. quid peſtem euadere belli
Iuuit, & Argolicos medium fugiſſe per ignes?
 20 *Itaq; maris vaſtaq; exhauſta pericula terra,*
Dum Latium Teucris reciduaq; Pergama querunt?
Non ſatius cineres patriæ inſediſſe ſupremos,
Atq; ſolum quo Troia fuit? Xanthum & Simoënta
Redde oro miſeris: iterumq; reuoluerè caſus
 25 *Da pater Iliacos Teucris. Tum regia Iuno*
Acta furore graui: Quid me alta ſilentia cogis
Rumpere, & obductum verbis vulgare dolorem?
Ænean hominum quiſquam diuſumq; ſubegit
Bella ſequi, aut hoſtem regi ſe inferre Latino?
Italiam petijt ſatis autoribus: eſto,

111. 26.
 231. 18. 317.
 4 318. 11.

Quid petat
 argumentum
 ab rei condi-
 tione & equi-
 tate
 Pathos ab
 ætate.

360. 5.
 Cura nepotis
 * dura
 thus longa di-
 phthongo,
 Αμαθῆς ſicut
 Panthus, Πά-
 ρος, 147. 24.
 25.
 Mantus, Μαν-
 τῶς, 362. 12.
 inde, ab Aſca-
 ſio.
 Epilog' quo
 miſerationē
 mouet à fru-
 ſtratis labori-
 bus.
 200. 20. 285.
 12. Recidua,
 quod recidit:
 vt Caducam,
 quod cadit:
 cſi Seru. pro
 rediuno fal-
 ſo capiat.

Exordium ab
 ruptū & à ne-
 ceſſario.
 In an accuſa-
 tui Græci &
 ducuntur.

170. 21.
Extenuatio.
ἐπιταγή, ἰσχυρία,
Amplificatio
Fraus verbū
iuris.
Ironia.
357. 1.
356. 19.
Rhetoricè pa
ria opponit.

376. 12.
Accusatio
qua purgatio
nem suā red
dit verifimi
liorem.
grem. exagge
ratio nimia.
* &
Gr. ἄ. ε. & υ.
A maiore de
suo officio.
331. 19. 363.
3. 334. 9. 338.
5.
Irrisio, 356.
18.
357. 14.
Inuersio.

A causa supe
rioris belli
Troiani veri
simile facit,
Venerè etiā
huius belli ef
se autorem.
An nō sentis,
rela, bella, si
bi iniucem al
ludere;
Orabat, i. ora
torie agebat.
Comparatio.

Cassandrę impulsus furij. num linquere castra
Hortati sumus, aut vitam committere ventis?
Num puer o summam belli, num credere muros?
Tyrhenæve fidem, aut gentes agitare quietas?
Quis deus in fraudem, quę dura potentia nostra
Egit? vbi hęc funo, demissa ve nubibus Iris?
Indignum est Italos Troiam circumdare flammis
Nascentem, & patria Turnum consistere terra,
Cui Pilumnus auus, cui diua Venilia mater.
Quid, face Troianos atra vim ferre Latinis?
Arua aliena iugo premere, atq; auertere pradas?
Quid, soceros legere, & gremijs abducere pactas?
Pacem orare manu, * præfigere puppibus arma?
Tu potes Aeneam manibus subducere Graium,
Proque viro nebulam & ventos obtendere inanis:
Et potes in toridem classem conuerrere Nymphas:
Nos aliquid Rutulos contra iuuisse nefandum est.
Aeneas ignarus abest: ignarus & absit.
Est Paphos Idaliumq; tibi, sunt alta Cythera;
Quid gravidam bellis urbem et corda aspera ventas?
Nosne tibi fluxas Phrygię res vertere fundo
Conamur? nos? an miseros qui Troas Achivis
Obiecit? quę causa fuit consurgere in arma
Europamq; Asiamq; & fœdera soluere furto?
Me duce Dardanius Spartam expugnauit adulter?
Aut ego tela dedi fouere cupidine bella?
Tunc decuit metuisse tuis: nunc sera querelis
Haud iustis assurgis, & irrita iurgia iactas.
Talibus orabat iuno, cunctique fremebant
Cælicolę assensu vario: ceu flamina prima

Cum deprensa fremunt syluis, & ceca volutant
Murmura, venturos nautis prodentia ventos.

Tum pater omnipotens, rerum cui summa potestas,
Infit. eo dicente, deum domus alta silescit,

5 Et tremefacta solo tellus, silet arduus aether:
Tum Zephyri posuere, premit placida equora pötus.

Accipite ergo animis, atq; hæc mea figite dicta.

Quandoquidem Ausonios coniungi fœdere Teucris
Haud licitum est, nec vestra capit discordia finem:

10 Quæ cuiq; est fortuna hodie, quam quisque secat sp̄e,
Tros Rutulisve suat, nullo discrimine habebō:

Seu satis Italùm castra obsidione tenentur,

Sine errore malo Troiæ, monitisq; sinistris.

Nec Rutulos soluo. sua cuique exorsa laborem

15 Fortunamq; ferent: rex Iuppiter omnibus idem.
FATA viam inuenient. Stygi per flumina fratris

Per pice turrentis, atraq; voragine ripas,

Annuat, & totum nutu tremefecit olympum.

Hic finis fandi. solio tum Iuppiter aureo

20 Surgit: calicog̃ medium quem ad limina ducunt.

Interea Rutuli portis circum omnibus instant

Sternere cede viros, & mœnia cingere flammis.

Atq; legio Aeneadum vallis obsessa tenetur:

Nec spes ulla fuge, miseri stant turribus altis

25 Nec quicquam, & rara muros cinxere corona.

* Asius Imbrasides, Hicetaoniusq; Thymætes,

Assaraciq; duo, & senior cum Castore * Tybris,

Prima acies. hos germani Sarpedonis ambo,

Et * clarus Erhemon Lycia comitantur ab alta.

Fert ingens toto connixus corpore saxum,

Hand

Silentium lo-
quente Ioue.
Σιλατισ-
μός.
πιτατισμός.
Attentio.
192, 27.

9. accent. ver.
Iupiter dicit
se nulli pati
pfuturū; sed
fatis cōmissu-
rum exitum.

Alliteratio.
Hypallage.
Alludit ad na-
turam Stygis.
Eadem 3317
et. a. ver. 528.
At cum abne-
gat, Abnuat,
vt 356. 1.
356. 13.

332. 4.

401. 18.

* Iasus perpe-
rim hæc en-
quatuor in-
syllabarū est.
vt 170. 6.
* Clarus, &
Hemon.

* Acmon,
 * Sic Seruius,
 cum quo faci-
 mus: nam &
 Græcè Μῆνη
 θεός, alii fra-
 tre Mnestheo
 3579.
 Comparatio.
 Retulit ad Iu-
 liū Casarem.
 q̄ aliquoties
 nudo capite
 signa cum ho-
 ste contulit
 232. 11, 286.
 11, 324. 27.
 353. 22.
 Capys Capue
 nomē dedit:
 author Ste-
 ph.
 * He his tantū
 locis p̄ducit
 332. 23. 406.
 21.
 ὄπισθεν ἔει-
 Zeug. narrō-
 traria.
 Reddit ad hi-
 storiam de
 Tarchonte,
 quam in fine
 octauī libri re-
 liquerat, pag.
 322. ver. 19.
 365. 13.
 319. 9.
 Syll. annom.
 319. 14.
 Notā à Cri-
 ticiis, tam citō
 nēues fabrica-
 ri: quibus re-
 spondetur, pi-
 cturam tantū
 immutatam.

*Haud partem exiguam montis, Lyrnesius * Agmon,
 Nec Clytio genitore minor, nec fratre * Mēnestheo,
 Hi iaculis, illi certant defendere saxis:
 Moliriq; ignem, neruoq; aptare sagittas.
 Ipse inter medios Veneris iustissima cura,
 Dardanius caput ecce puer detectus honestum:
 Qualis gemma micat, fuluum quæ diuidit aurum,
 Aut collo decus, aut capiti: vel quale per artem
 Inclusum buxō aut Oriacia terebintho
 Lucet ebur: fusos ceruix cui lactea crines
 Accipit, & molli subnectit circulus auro.
 Te quoq; magnanima viderunt Ismare gentes
 Vulnere dirigere, & calamos armare veneno,
 Maonia generose domo: vbi pingua culta
 Exercentq; viri, Pactolusq; irrigat auro.
 Affuit & Mnestheus, quem pulsi pristina Tunī
 Aggere murorum sublimem gloria tollit:
 Et Capys: hinc nomen Campanæ ducitur vrbi.
 Illi inter sese duri certamina belli
 Contulerant. media Aeneas freta nocte secabat.
 Nanq; ut ab Euandro castris ingressus * Hētruscis,
 Regem adit, & regi memorat nomenq; genusq;
 Quidve petat, quidve ipse ferat: Mezentius arma
 Quæ sibi conciliet: violentaq; pectora Turni
 Edocet: humanis quæ sit fiducia rebus
 Admonet: immiscetq; preces: haud sit mora, Tarchon
 Iungit opes, fedusaq; ferit. tum libera fati
 Classē conscendit, iussis gens Lydia diuina
 Extremo commissa duci. Aeneia puppis
 Prima tenet, rostro Phrygios subiuncta leones:*

Imminet Ida super, profugis gratissima Teucris.
 Hic magnus sedet Aeneas, secumque volutat
 Euentus belli varios: Pallasque sinistro
 Affixus lateri, iam quarit sidera, opaca
 5 Noctis iter, iam quæ passus terraque marique
 Pandite nunc Heliconæ deæ, cantusque mouete,
 Quæ manus interea Tusciis comitetur ab oris
 Aeneas, armæque rates, pelagoque rehatur.
 Massicus ærata princeps secat æquora Tigri:
 10 Sub quo mille manus iuuenum, qui mania * Clusi,
 Quique vibem liquere Cosas: quis tela, sagittæ,
 Corÿti que leues humeris, & lethifer arcus.
 Vnâ toruus Albas: huic totum insignibus armis
 Agmen & aurato fulgebat Apolline puppis.
 15 Sexcentos illi dederat Populonia mater
 Expertos belli iuuentis: ast Ilia trecentos,
 Insula inexhaustis Chalybum generosa metallis.
 Tertius, ille hominum diuûmque interpres Asylas,
 Cui pecudum fibræ, cæli cui sidera parent,
 20 Et linguæ volucrum, & præsagi fulminis ignes:
 Mille rapit densos acie, atque horrentibus hastis.
 Hos parere iubent Alphææ ab origine Pisæ,
 Urbs Hetrusca solo. sequitur pulcherrimus Astur,
 Astur equo sidens, & versicoloribus armis.
 25 Tercentum adijciunt (mens omnibus vna sequendi)
 Semet in arma parat, pacem cupiente Latino.
 Fœdus percutitur passuris omnia victis.
 20 Hoc Turni Iuturna soror confundit, & ambos
 In pugnam populos agit, eumentita Camertem.
 Aeneas volueri tardatur membra sagitta.
 Anxia pro nato seruauit cura parentis.
 Urbs capitur: vitam laqueo sibi finit Amata.
 Aeneas Turnum campo congressus, vtrinque
 25 Circumsula acies, vita spoliavit & armis.

420.27.
 423.17.
 425.12.
 427.2.
 428.25.
 431.27.
 436.20 433
 1.410 119
 442.30.

P. V. M. ÆNEIDOS
LIBER DVODECIMVS.



VRNVS vt infractos aduerso
Marte Latinos.

Defecisse videt, sua nūc promissa
reposci.

Se signari oculis: vltro implacabi
lis ardet,

401.11.

410.3.

ειλακισ -
μος, cū inle
quē i versu.
Cōparaēleo
ni Turnos.
Ille κατ'
εξοχήν.

121.2.339.4

414.4.5.

428.24.

Iteratio.

9 accēt. ver.

Δαγαρός
vētus, cui⁹
ī medio syl
laba breuis
pro longa.
Allizeratio.

Oratio Lati
ni, cuius, sty
lus matur⁹
& grauis.
Captatio be
neuolentiē
Alli. duplex
*animus au
rumque La
tino⁹

Attollitque animos. Pænorum qualis in aruis.

Saucius ille graui venantum vulnere pectus,

Tum demum mouet arma leo: gaudetque comantes

Ecutiens ceruice toros, fixumque latronis

Impavidus frangit telum, & fremit ore cruento:

Haud secus accenso gliscit violentiæ Turno.

Tum sic affatur regem, atque ita turbidus insit:

Nulla mora in Turno: nihil est q̄ dicta retractent
Ignauī Aeneadæ, nec quæ pepigere recusent.

Congredior: fer sacra pater, & concipe sædus.

Aut hac Dardanium dextra sub Tartara mittam

Desertorem Asiæ (sedeant spectentque Latini)

Et solus ferro crimen commune refellam:

Aut habeat victos, cedat Lauinia coniux.

Olli sēdātō rēspōndit corde Latinus:

O præstans animi iuuenis, quantum ipse feroci

Virtute exuperas, tanto me impensius æquum est

Consulere, atq; omnes metuentem expendere casus.

Sunt tibi regna patris Dauni, sunt oppida capta

Multa manu: nec non* aurumq; animusq; Latino est.

Sunt aliæ innuptæ Latio & Laurentibus agris,

Nec

Nec genus indecores, sine me hæc haud mollia fatu
 Sublatis aperire dolis: simul hæc animo hauri,
 Me natam nulli veterum sociare procorum
 Fas erat: idque omnes diuique hominesque canebat:
 5 Victus amore tui, cognato sanguine victus,
 Comigis & mæstæ lacrimis, vincla omnia rupi:
 Promissam eripui genero, atque arma impia sumpsi.
 Ex illo, qui me casus, quæ Turne sequantur
 Bella, vides: quantos primus patiare labores.
 10* Bis magna victi, pugna, vix vrbe tuemur
 Spectatas: recalent nostro Tyberina fluenta
 Sanguine adhuc, campique ingentes ossibus alpent.
 Quò referor toties? quæ mentem insania mutat?
 Si, Turno extincto, socios sum accire paratus,
 15 Cur non incolumi potius certamina tollo?
 Quid consanguinei Rutuli, qui cætera dicet
 Italia? ad mortem si te (fors dicta refutet)
 Prodiderim, natam & connubia nostra petentem?
 Respice res bello varias: miserere parentis
 20 Longæui, quem nunc mæstum patria Ardea longè
 Diuidit, Haud quanquam dictis violentia Turni
 Flestitur: exuperat magis, æg escitque medendo.
 Vt primum fari potuit, sic* incipit ore;
 Quæ pro me curâ geris, hæc precor optime pro me
 25 Deponas, lethumque sinas pro laude pacisci.
 Et nos tela, pater, ferrumque haud debile dextra
 Spargimus, & nostro sequitur de vulnere sanguis,
 Longe illi dea mater erit, quæ nube fugacem
 Fœminea tegat, & vanis se se occulat umbris.
 At regina noua pugne conterrita sorte

9: accēt. ver.
354. 17.

Fatum.

Epanalep-
fis.

Collisiones

4
* Semel oc-
ciso Mezen-
tio, iterum
Camilla.

412. 2.
Ab incōmo-
dis.
recalēt p ca-
lēt, vt renat-
uabat, 188.
15. 242. 17.
209. 1.

Pathos ab-
etate, à loco
Haud quæ
Inter mede-
dū sit egrior

* infit.
Pleonasm?
10 accē. ver.
221. 12.
Generositas

Syll. annō.
Alliteratio.
cū insequē-
ti ver.

128. 12.

το αετ. uer. Elebat. & ardentem generum moritur a tenebat:
 Turne, per bas ego te lacrymas. per siquis Amata
 Tangit honos animum: spes tu nunc vna senectæ,
 Tu requies miserâ: decus imperiumq; Latini
 Te penes: in te omnis domus inclinata recumbit;
 Vnum oro, desiste maum committere Teucris.

συναισ.
 Alliteratio

Syll. anno.

*Inde Pa-

trarchia

uox Sâgui-

gno: sicutâ

vermiculo

vermilio

Cōparatio

forma &

pulchritu-

dinis. adi.

Il. d. ver.

141.

Qui te cunque manent isto certamine casus,
 Et me Turne manent, simul hæc inuisa relinquam
 Lumina, nec generum Aeneam captiua videbo.

Acceptit vocem lacrymis Lauinia matris

Flagrantes perfusa genas, cui plurimus ignem

Subiecit rubor, & calefacta per ora cucurrit.

Indum * sanguineos vcluti violauerit ostro

Si quit ebur, vel mista rubent vbi lilia multa

Alba rosa: tales virgo dabat ore colores.

Illum turbat amor, figitque in virgine vultus;

Ardet in arma magis: paucisq; affatur Amatam:

Ne queso, ne me lacrymis, nè ve omine tanto

Prosequere, in duri certamina Martis euntem

O mater: neque enim Turno mora libera mortis.

Nuntius hæc Idmon Phrygio mea dicta tyranno

Haud placitura refer: Cùm primùm crastina cælo

Puniceis inuecta rotis Aurora rubebit,

Nō Teucros agat in Rutulos: Teucrū arma quiescāt

Et Rutulū: nostro dirimatur sanguine bellum:

Illo queratur coniux Lauinia campo.

Hæc vbi dicta dedit, rapidusque in tecta recessit,

Poscit equos: gaudetque tuens ante ora frementis,

Pilumno quos ipsa decus dedit Orithyia,

Qui Candore nives autē rent, cursibus auras.

Circun-

τολύ αλφα

ne ετανα

γορα.

Omē mor-

tis ē lacry-

mis Amata

μυτακισ-

μυς.

ex iterual

lo. Allit. ge

min.

Orithyia fi

lia Erecht-

thei, Boreæ

uxor. Spōd.

uer. Hyper-

bole. Iliad.

ie uer. 347.

- Circumstant properi auriga, manibusque laceſſunt
 Pectora plauſi cauis, & colla comantia peſtunt.
 Ipſe adhinc auro ſqualentem alboque orichalco
 Circundat loricam humeris: ſiuul aptat habendo
 5 Enſemque, cypſeumque, & rubra cornua criſtæ:
 Enſem, quem Dauno ignipotens deus ipſe parenti
 Fecerat, & Stygia candentem tinxerat vnda:
 Exin, quæ in mædijs ingenti adnixa columna
 Aedibus aſtabat, validam vt corripit haſtam,
 10 Actoris * Aurunci ſpolium, quaſſatque trementem
 Vociferans: Nunc, o nuuquam fruſtrata vocatus
 Haſta meos, nunc tempus adeſt: te maximus Actor,
 Te Turni nunc dextra gerit: da ſternere corpus.
 Loricamq; manu valida lacerare reuulſam
 15 Semiuri Phrygis, & fœdare in puluere crines,
 Vibratos calido ferro myrraq; madentes.
 His agitnr furijs, totoque * ardentis ab ore
 Scintilla obſiſtunt: oculis micat acribus ignis.
 Mugitus veluti cùm prima in prælia taurus
 20 Terrificos ciet, atque irafci in cornua tentat.
 Arboris obnixus trunco, ventis que laceſſit
 Ictibus, & ſpaſa ad pugnam proludit arena.
 Nec minus interea maternis ſeuus in armis
 Aeneas acuit Martem, & ſe ſuſcitât ira,
 25 Oblato gaudens componi fœdere bellum.
 Tum ſocios meſtigue metum ſolatus Iuli,
 Fata docens regi que iubet reſponſa Latino.
 Certa referre viros, & pacis dicere leges.
 Poſtera vix ſummos ſpargebat lumine montes
 Orta dies, cùm primùm alto ſe gurgite tollunt

73 27.
 ΠΙΤΑΧΙΣ
 μος &
 ΚΑΠΠΑΧΙΣ
 μος.
 Hom. quo-
 que orichal-
 cū auro cō-
 iūxit hym-
 no ad uene-
 rem.
 Αὐτορα
 ὁρῶντα ἄλλου
 χροσῶντος
 τιμῆντος.
 ἀλφακί-
 μος.
 * Aurunci
 Poetica ut
 banitate
 Iun. grā ſtu-
 lib ad ſpe-
 culum
 Othonis.
 Ἄκτωρ
 Alliteratio
 * loquēis.
 Pathos ex
 habitu plo-
 næ. Cōpara-
 tio.
 Iſti duouer
 habetur &
 75. 14.
 i. q. mater ei
 à vulcano
 impetravit
 Alliteratio
 περιεργία
 ſὺν μακροῖς
 λόγοις αὐτοῦ
 ἢ 1. 15. δὲ
 πρὸς ὄρτα
 Σεκ.

39. 24. 238. *Solis equi, lucemque elatis naribus efflant:*
 11. Singulo-
 rû certamē. *Campum ad certamen magnæ sub menibus urbis*
 Homœopto-
 ton. *Dimensi Rutulique uiri Teucrique parabant:*
In medioque focos, & diis communibus aras
 Synecdoche. *Gramineas. alij fontemque ignemque ferebant,*
 Allit. exiter. *Velati * lino, & uerbena tempora uincti.*
 * limo, adi
 Ser. *procedit legio Ausonidum, pilataque plenis*
 π ι τ α κ ι τ - *Agmina se fundunt portis. hinc Troius omnis*
 μ^o 5. *Tyrrhenusque ruit uariis exercitus armis:*
 Similitudo. *Haud secus instructi ferro, quàm si aspera Martis* 10
 127. 17. *Pugna uocet: nec non medys in millibus ipsi*
 218. 5. *Ductores auro uolitant ostroque decori,*
 436. 16. *Et genus Assarici Mnestheus, & fortis Asylas,*
 Idē 297. 21. *Et Messapus equum domitor, Neptunia proles.*
 245. 6. 367.
 16. *Vtque dato signo spacia in sua quisque recessit,* 15
 πολύσιγ - *Defigunt tellure hastas, & scuta reclinant.*
 μ α . *Tum stuaio effusæ matres, & vulgus inermum,*
 265. 12. *Inualidique senes, turres & tecta domorum*
 Syll. ann. cū *Obsedere: alij portis sublimibus astant.*
 ifeq. uersu. *At Iuno ex summo, qui nunc Albanus habetur,* 20
 Alliteratio. *(Tum neq; nomē erat, neq; honos, aut gloria mōi)*
 9 accētum. *Prospiciens tumulto, campum spectabat, & ambas*
 Ad imitatio-
 nē huius lo-
 ci Iuno a
 pud Sil. 8. *Laurentum Troumq; acies, urbemq; Latini.*
 Annā astagis
 euocat Lau-
 rentibus. *Extemplo Turni sic est affata sororem,*
 Beneuolētia
 à cōmemora-
 tione bñfi-
 ciorum. *Dina deam, stagnis quæ fluminibusque sonoris* 25
 Litores fi-
 gura p con-
 trarium. *Præsides (hunc illi rex ætheris altus honorem*
Iuppiter erepta pro uirginitate sacrauit)
Nympha, decus fluiuorum, animo gratissima nostro,
Scis ut te cunctis vnam, quæcunque latina
Magnanimi Iouis ingratum ascendere cubile,

- Præulêrim, cœlique libens in parte locarim:
 Disce tuum. ne me incuses, Iuturna dolorem.
 Quâ visa est fortuna pati, Parcæque sinebant
 Cedere res Latio, Turnum & tua mœnia texi:
 5 Nunc inuenem imparibus video concurrere fati:
 Parcarumque dies & vis inimica propinquat.
 Non pugnam aspicere hanc oculis, nō fœdera possū.
 Tu pro germano si quid præsentius audes,
 Perge: decet. forsân miseros melior i sequentur.
 10 Vix ea, cùm lacrymas oculis Iuturna profudit,
 Terque quaterque manu pectus percussit honestum.
 Non lacrimis hoc tempus, ait Saturnia Iuno,
 Accelera, & fratrem, si quis modus: eripe mortis
 Aut tu bella cie, conceptumque ex cute fœdus.
 15 Autor ego audendi. Sic exhortata reliquit
 Incertam, & tristi turbatam vulnere mentis.
 * Interea reges (ingenti mole Latinus
 Quadri iugo * vehitur curru, cui tempora circum
 Aurati bis sex radus fulgentia cingunt,
 20 Solis aui specimen. bigis it Turnus in albis,
 Bina manu lato crispans hastilia ferro.
 Hinc pater Aeneas, Romanæ stirpis origo,
 Sydereo flagrans clypeo, & cœlestibus armis,
 Et iuxta Ascanius, * magnæ spes altera Romæ)
 25 Procedunt castris: puraque in veste sacerdos
 Setigeræ fœtum suis, intonsamque bidentem
 Attulit, admouitque pecus flagrantibus aris.
 Illi ad surgentem conuersi lumine solem,
 Dant fruges manibus salsas, & tempora ferro
 Summa notant pecudum, patrisque altaria libant.

Tum

Versus sine
 cœtura.

Antipharis
 Alliteratio.
 re re cõplo-
 dunt.

ΤΑΥΤΑΚΙΤ-
 ΜΟΣ.

Alliteratio.
 Pleonasmu
 Idem fœdē.
 208.25.

Alliteratio.

* Cõtinuo a
 gnoscit D o
 & Char. ut i
 de. plep̄lis.
 * inuehitur
 Prolep̄sis.
 De duob. in
 cipit dicere.
 & in vñ de
 ficit, ut 409.
 23. notat Ma
 cro. l. & c. 6.
 * Hunc semi
 uersum Do-
 nat & aliifal
 sò tradunt à
 Cice prius i
 laudē Virg.
 pronūciatu.
 Ex H6. Il. 3
 Alliteratio.

- Il. 3. uer. 276. *Tum pius Aeneas stricto sic ense precatur,*
 9 accentuū. *Esto nunc Sol testis & hęc mihi terra precanti,*
 ἀνάστροφῆ. *Quam propter tantos potui perferre labores:*
 Et pater omnipotens, & tu Saturnia Inno,
 Il. 3. uer. 278. *Iam melior, iam diua, precor: tuq; inclyte Mauors,*
 All. teratio. *Cuncta tuo qui bella pater sub numine torques:*
 φησὶ γινώσκων ἀδινάτ. *Fontes quę fluuiosque uoco, quęque atberis alti*
 Relligio, & quę cęruleo sunt numina Ponto.
 Lex pacis. *Cesserit Ausonio si fors uictoria Turno.*
 Conuenit Euandri uictos descendere ad urbem: 10
 ὕπαιλλα. *Cadet Iulus agris, nec post arma uilla rebelles*
 γῆ. *Aeneada referent, ferru de hęc regna laceffent.*
 Sin nostrum annuerit nobis uictoria Martem,
 Ut potius reor, & potius diu numine firment,
 Alliteratio. *Non ego nec Teucris Italos parere iubebo,* 15
 Alliteratio. *Nec mihi regna: peto paribus se legibus ambę*
 Syll. annō. *Inuictę gentes æterna in fœdera mittant.*
 Alliteratio. *Sacra deosque dabo: fœcer arma Latinus habeto.*
 ἰσομετρ. *Imperium solenne fœcer, mihi mœnia Teucri*
 ἀσυνδεδε-- *Constituēt, urbiq; dabit Laninia nomen.* 20
 τος, ἰσομετρ. *Sic prior Aeneas, sequitur sic cęnde Latinus,*
 διστάλω. *Suspiciens cœlum, tenditque ad sydera dextram:*
 * diri *Hęc eadem Aenea, terram, mare, sydera iuro,*
 * φησὶ ἀδινάτ. *Latoręque genus duplex, lanumque bifrontem,*
 196. s. 247. *Vinque deum infernam, & duri sacraria Ditis:* 25
 24 Marc. li. *Audiat hęc genitor qui fœdera fulmine sancit:*
 3. c. 2. *Tango aras, mediōsque ignes, & numina testor:*
 τμήσις. *Nulla dies pacem bene Italis, nec fœdera rumpet,*
 * cadet: *Quo res cunq; * cadent: nec me uis illa uolentem*
 Pithos per *Auertet; non si tellurem effundat in undas*
 hyperbole. *Diluuio*
 ὕπαιλλα. *γῆ.*

- Diluuiο miscens, cęlum vę in tartara soluat:
 Vt sceptrum hoc (dextra sceptrum nā fortę gerebat)
 Nūquam fronde leui fondet virgulta, nec vmbra,
 Cū semel, in syluis imo de stripe recisum
 5 Matre caret, posuit que comas & brachia ferro:
 Olim arbos, nunc artificis manus ære decoro
 Inclusit, patrib; sq; dedit gestare Latinis.
 Talibus inter se firmabant federa diltis,
 Conspetto in medio procerum; tum rite sacratas
 10 In flammam iugulant pecudes, & viscera viuīs
 Cripunt, cumulantq; oneratis lantibus aras.
 At verò Rutulis impar ea pugna videri
 Iandudum, & vario m' sceri pectora motu:
 Tum magis, vt propius cernunt non uiribus æquis:
 15 Adiunat * incesu tacito progressus, & aram
 Suppliciter uenerans demisso lumine Turnus,
 Tabentesq; genę & inuenili in corpore pallor.
 Quem simul ac Iuturna soror crebre scere uidit
 Sermonem, & uulgi uariare labantia corda:
 20 In medias acies formam assimulata Camerti:
 Cui genus à proauis ingens, clarumq; paternę
 Nomen erat uirtutis, & ipse acerrimus armis:
 In medias dat s. se acies, baud nescia rerum:
 Rumoresq; serit uarios, ac talia fatur
 25 Non pudet o Rutuli cunctis pro talibus unam
 Obiectare animam? numerone an uiribus æqui
 Non sumus? en omnes & Troes & Arcades hic sūt
 Fatalisq; manus insensa Hęcruvia Tarno:
 Vix hostem, alterni si congregiamur, habemus.
 Ille quidem ad superos, quorum se deuoet aris,

257.6.
 Similitudo
 11 a. v. j.
 233 M. c. l.
 s. c. 3
 σ 17 ματισ
 μος.
 Quint. l. j.
 c. 9. 61. 15.
 15. 27.

Alliteratio

Syll. annō.
 312. 5.
 l. ficuti p o
 idicatus.

* ingressu
 ὁ ἀλλοτῆρ
 * puberes
 Pathos à
 iuuenta.
 Iuturna for
 mā assimul
 atā Camer
 ti. Aliū Ca
 mert: ster
 nit Aeneas
 347. 15. qu
 re nom. nū
 eolufione
 imprudēter
 icurtisse p
 etiam, notat
 Mac. l. 5. c.
 15. quod v
 tum cauē
 Homerus
 uitauerit.
 D. suadet
 fedus ab in
 honesto.
 10 accētū

Suc-

Succedet fama, viuisque per ora feretur:

Nos patria amissa dominis parere superbis

Cogemur, qui nunc lenti confedimus aruis.

73. 26. 147. 5

Magis & ma

gis, 89. 27.

Magis ac ma

gis, 431. 22.

Magis, ma

gis, 7. 15. Ci

cero, magis.

magisque.

143. 25.

* præsētius.

Augurium.

184. 3.

Alliteratio.

Alliteratio.

Alliteratio.

Alliteratio.

Syll. anpō.

us in extre

mis syllabis

consonat.

207. 26.

ἐπιλέυεις.

ἐπιμορν.

ἀποστῶπην

σις.

* misceri.

μῶς.

Talibus incensa est inuenum sententia dictis

Iam magis atq; magis: serpitq; p agmina murmur.

Ipsi Laurentes mutati. ipsique Latini,

Qui sibi iam requiem pugnae rebusque salutem

Sperabant, nunc arma volunt, fœdusque precantur

Infectum, & Turni furtem miserantur iniquam.

His aliud maius Inturna adiungit, & alto

Dat signum cælo: quo non * præstantius ullum

Turbauit mentes Italas, monstroque fefellit.

Nanque volans rubrâ fuluus Iouis ales in æthra,

Littoreas agitabat aues, turbamque sonantem

Agminis aligeri, subito cùm lapsus ad vndas

Cycnum excellentem pedibus rapit improbus vncis.

Arrexere animos Itali: cunctæque volucres

Conuertunt clamore fugam (mirabile visu)

Aetheraque obscurant pennis, hostemque per auras

Facta nube premunt: donec vi victus & ipso

Pondere defecit, prædamque ex vnguibus ales

Proiecit fluuio, penitusque in nubila fugit.

Tum vero augurium Rutuli clamore salutant,

Expediuntque manus: primusque Tolumnius augur,

Hoc erat, hoc votis, inquit, quod sæpe petiui.

Accipio, agnoscoque deos, me me duce ferrum

Corripit o * Rutuli, quos improbus aduena bello

Territat, inualidas vt aues, & littora vestra

Vi populat: petet ille fugam, penitusque profunda

Vela dabit: vos vnanimi densate cateruas

Et

Et regem vobis pugna defendite raptum;

Dixit, & aduersos telum contorsit in hostes
 Procurrens: sonitua dat stridula * cornus, & auras
 Certa secat, simul hoc, simul ingens clamor, & omnes
 5 Turbati cunei, caelestiaque corda tumultu.

Hasta volans, vt fortè nouem pulcherrima fratrum
 Corpora constiterant contrà, quos fida creatat
 Vna tot Arcadio coniux Tyrrhena Gylippo:

10 Horum vnum ad medium, teritur quà sutilis aluo
 Balteus, & laterum iuncturas fibula mordet,
 Egregium forma iuuenem & fulgentibus armis,
 Transad igit costas, suluaque * extendit arena.

At fratres, animosa phalanx, accensaque luctu,
 Pars gladios stringunt manibus, pars missile ferrum
 15 Corripiunt, cæci que ruunt, quos agmina contra
 Procurrunt Laurentum: hinc densi rursus inundant
 Troes, Agyllinique, & pictis Arcades armis
 Sic * omnis amor vnus habet decernere ferro.
 Dipuere aras, it toto turbida cælo.

20 Tempestas telorum, ac ferreus ingruit imber:
 Craterasque focosque ferunt. fugit ipse Latinus,
 Pulsatos referens infecto fœdere diuos.
 Infrenant alij currus, aut corpora saltu.

Subiiciunt in equos, & strictis ensibus adsunt.
 25 Messapos regem, regisque insigne gerentem
 Tyrrhenum Aulesten, audius confundere cædus,
 Aduerso prot erret equo. ruit ille recedens,
 Et miser oppositis à tergo innoluitur aris
 In caput, inque humeros. at feridus aduolat hasta
 Messapus, te loque orantem multa trabali

Desuper

*Qualis Romuli hasta, quæ ex Palatio in Aduer-
 tinum, contorsit, quæ creuit in magna ar-
 bore cornu

καππαλις

μὸς.
 Gylippi 9. fi
 lij.

καππαλις

μὸς.

Vnū, i. vni^o

ad medium

Idē 272. 11.

* effundit

Hiatus cū ī

sequ. versu.

αὐθιγανισ-

νις. ex in-

teruallo.

Syl. annom.

* omnis

354. 1. 441. 26

ταυτανισ

μὸς.

φιτανισ-

μὸς.

se ter adso-

nat.

Contra ef-

frenate Sil-

dixit.

πολυσιγ-

μα πολυ-

γαμια

ī se inculca-

tio ex arte.

αὐθιγανισ-

μὸς. casta 2

figunt de-

lectabiliter

Alliterario.

Alre ū Cho
 rino ū fieri
 nit Afylas
 347.24.
 385.16.
 e fecomplodunt.

ποδαλει-
 ριος πιτα
 κισμους σιγ
 ματισμους.
 sel eoplodū, vt 4.315

* D ffidit,
 * cerebro.
 antichefid.
 q Ambover
 fus 310.19.
 Locū ex Il
 vet.14. cul-
 zio reddidit
 Maro, vt do
 e t Maer. li.
 5. cap. 11.
 * finite au
 felice oira

κισμους
 ma ma com
 plo lunt
 fa fa o plo
 dunt.

347.1.
 Missi aū à
 Iuturna,
 4.511 &
 314.24
 in Ciri ver.
 273. Vide
 cōtinuatio
 nē 430.29.

D. super altus equo grauius ferit, atque ita fatatur,
 Hoc habet, hæc melior magnis data uictima diuis,
 Concurrunt Itali, spolianteque calentia membra,
 Obuius ambustum torrem Chorinæus ab ara
 Corripit, & uenienti Ebuso plagamque ferenti
 Occupat os flammis: illi iugens barba reluxit.
 Nidoremque ambusta dedit. super ipse secutus,
 Casariam læua turbati corripit hostis.
 Impressoque genu nitens, terræ applicat ipsam,
 Sic rigido latus ense ferit. Podalirius Alsum
 Pastorem, primaque acie per tela ruentem,
 Ense sequens nudo superimminet: ille securi
 Aduersi frontem mediam mentumque reducta
 * Diffluit, & sparsa latè rigat arma * cruore,
 Olli dura quoties oculos, & ferreus urget
 Somnus: in eternam clauduntur lumina noctem.
 At pius Aeneas dextram tendebat inermem
 Nudato capite, atque suos clamore uocabat.
 Quò ruitis? quare ista repens discordia surgit?
 O cobibete iras: iētum iam fœdus, & omnes
 Compositæ leges, mibi ius concurrere soli.
 Me sinite, * atque auferte metus: ego fœdera faxo
 Firma manu: Turnum iam debent hæc mihi sacra.
 Has inter uoces, media inter talia uerba,
 Ecce uiro stridens alis allapsa sagitta est:
 Incertum qua pulsa manu, quo turbine adacta:
 Quis tantam Rutulis laudem, casusne, deusne,
 Attulerit. pressa est insignis gloria facti.
 Nec sese Aeneæ iactari uulnere quisquam.
 Turnus ut Aeneam cedentem ex agmine uidit,
 Turba-

Turbatosque duces, subita spe feruidus ardet:
 Poscit equos atque arma simul, saltuque superbus
 Emicat in currum, & manibus molitur habenas.
 Multa virum uolitans dat fortia corpora letho:
 5 Semineces noluit multos, aut agmura curru
 Proterit, aut raptas fugientibus ingerit hastas.
 Qualis apud gelidi cum flumina concitus Hebri
 Sanguineus Mauors clypeo increpat, atque furētes
 Bella mouens immittit equos: illi equore aperto
 10 Ante Notos Zephyrūq; volant: gemit vltima pulsu
 Thraca pedum, circumque atra Formidinis ora,
 Iraque, Insidiaque, dei comitatus, aguntur.
 Talis equos atacer media inter praelia Turnus
 Fumantes sudore quatit (miserabile) castis
 15 Hostibus insultans: spargit rapida vngula rores
 Sanguineos, mistaque cruor calcatur arena.
 Iamq; neci Sthenelūq; dedit, Thamyrimq; Polūq;
 Hūc congressus, & hūc, illū eminus: eminus * ambos
 Imbrasidas, Glauū atq; Ladem: quos Imbrasmus ipse
 20 Nutrierat Lycia, paribusque ornauerat armis,
 Vel conferre manum, vel equo prauertere ventos.
 Parte alia, media Eumedes in praelia fertur,
 Antiqui proles bello præclara Dolonis,
 Nomine auum referens, animo manibusq; parētem:
 Qui quondam castra vt Danaum speculator adiret,
 25 Ausus Palide pretium sibi poscere currus.
 Illum Thydes alio pro talibus ausis
 Affecit precio, nec equis aspirat Achillis.
 Hunc procul vt campo Turnus * conspexit, aperto,
 Ante leui iaculo longum per inane secutus,
 Sisitit

Turni virtus
 absente Æneae.
 σιγματις
 μος.
 ἀκυρολογία
 353.28.
 Alliteratio.
 353.6.
 Cōparatio.
 Thracæ ite-
 griū : à Græ-
 co Θεακη
 ᾧ & Θρηκη
 latine Thra-
 cia, & inde
 Thracius,
 Threicius,
 treiff. apud
 Virg. plura
 ī Indice. Ex
 λι λ. v. 534
 ī quo Home-
 rū equi uti-
 πολυτον-
 δετον.
 * alij ambo
 pro ambo,
 vt 16.20. &
 90.2. vt le-
 git Carisius.
 Sic duo pro
 duos, 396.3.
 ra ter allu-
 dit à finedi-
 ctionū. De
 Dolone vid
 Il. x. 314. An-
 tonomasia.
 Hypallage.
 ΠΙΤΑΧΙΤ
 μος.
 155.1.
 * prolix per

29.3.

Synecdoche
Proæcono-
miaI. 6. 29; 390.
10.Χνευασ--
μὸς, σαρ-
κασμὸς.Asbuten,
τολιούνη
του, + accé-
tum.Sybarimq;
Cōparatio.Edonij. ar-
guit Donatū
Seruius
huiuslectio-
nis, legitq;
Edoni.

448.5.

182.27.

Απτεσις, p
εὐcicatorū.
detorsit

id est strigit

346. 30. 371.

21. i. plecto

346. 30.

Sinecdoche

155. 23. 338.

25. 374. 8.

Continuat.

431. 22.

Sistit equos bi iugos, & curru desilit: atque
Semianimi lapsoque superuenit; & pede collo
Impresso, dextrę mucronem extorquet, & alto
Fulgentem tinxit iugulo: atque hæc insuper addit,
En, agros, & quam bello Troiano petisti
Hesperiam meire iacens. hæc præmia, qui me
Ferro ausi tentare, ferunt: sic mænia codunt.
Huic comitem * Buten, coniecta cuspide, mittit,
Chloreaq; * Sybarimq; Daretaq; Thersilochumq;
Et sternacis equi lapsum ceruice Thymætem.
At velut * Edoni Boreæ cūm spiritus alto
Insonat Aegæo, sequiturque ad littora fluctus,
Quæ venti incubuere, fugam dant nubila cælo:
Sic turno, quacunque viam secat, agmina cedunt,
Conuersæque ruunt acies, fert impetus ipsum,
Et cristam aduerso curru quatit aura volentem.
Non tulit instantem Phegeus, animisq; frementem:
Obiecit sese ad currum, & spumantia frenis
Ora citatorum dextra * contorsit equorum.
Dum trahitur, pendetque iugis, hunc lata retectum
Lancea consequitur, rumpitque infixâ bilicem.
Loricam, & summum degustat vulnere corpus.
Ille tamen clypeo obiecto conuersus in hostem
Ibat, & auxilium ducto mucrone petebat.
Quem rota præcipitem & procursum concitus axis
Impulit, effudit que solo, Turnusque secutus,
Imam inter galeam, summi thoracis & oras,
Abstulit ense caput, truncumque reliquit arena.
Atq; ea dum campis victor dat funera Turnus,
Interea Aeneam Mnestheus, & fidus Achates,
Ascanius-

Ascaniusq; * comes, castris statuere cruentum,
 Alternos longa nitentem cuspide gressus.
 Sæuit, & infracta luctatur arundine telum
 Eripere, auxilioque uiam, quæ proxima, poscit:
 5 Ense secent lato uulnus, telique latebram
 Rescindant penitus, seseque in bella remittant.
 Iamque aderat Phœbo ante alios dilectus * Iapis
 Iasides, acri quondam cui captus amore
 Ipse suas artes, sua munera lætus Apollo
 10 Augurium citharamque dabat, celeresq; sagittas.
 Ille, ut depositi proferreret fata parentis,
 Scire potestate herbarum usumque medendi
 Maluit, & mutas agitare inglorius artes.
 Stabat, acerba fremens, ingentem nixus in hastam,
 5 Aeneas, magno iuuenum & mœrentis Iuli
 Conkursu, lacrymisque, immobilis. ille retorto
 Peonium in morem senior succinctus amictu,
 Multa manu medica, Phœbique potentibus herbis,
 Nequicquam trepidat: nequicquam spicula dextra
 20 Sollicitat, prensatque tenaci forcipe ferrum.
 Nulla uiam fortuna regit, nihil auctor Apollo
 Subuenit: & sæuus campis magis ac magis horror
 Crebrescit, propiusq; malum est. iam puluere cælum
 Stare uident. subeunt equites, & spicula castris
 25 Densa cadunt medijs: it tristis ad æra clamor
 Bellantum iuuenum, & duro sub Marte cadentium.
 Hic Venus, indigno nati concussa dolore,
 * Dictamum genitrix * Cretæa carpit ab Ida,
 Puberibus taulem folijs, & flore comantem
 Purpureo. non illa feris incognita capris.

* puer
 καππαλιος
 μὸς
 Infra ver. 14
 se se com-
 plodunt.
 428. 12.
 * Iapix.
 est & Palinu-
 rus Iasides
 241, 25. vñ
 an fratres
 sint, quærit
 Mac. li. 5. c.
 15. dñ nōmi-
 nū cōfusio-
 nis poetam
 arguit.
 μεταλιος -
 μὸς.
 Mutæ artes.
 Supra ver. 2
 Aeneæ mē-
 detur.
 Similitudo
 432. 6.
 Alliteratio.
 μεταλιος -
 μὸς.
 92. 29. Allit.
 Sic minus
 atq; minus
 438. 22.
 σιγμαπιος
 μὸς ex in-
 terual.
 Hyperbole.
 * qd si dicta
 mnū nā &
 Græcæ δε-
 κτα μινων .
 Ipsa manu.
 * Dictæa
 Trāslatio.

EE Gramina,

Gramina, cum tergo uolucres hæfere sagittæ.

Hoc Venus, obscuro faciem circumdata nimbo,

Salubris ac
causandi ca-
sum cenfet
Priscianus.
Lôgeuus, se
nior. 431. 17
* Iapix

Detulit: hoc fuscum labris splendentibus amnem

Inficit, occultò medicans: spargitque salubris

Ambrosiæ succos, & odoriferam panaceam.

Fouit ea uulnus lymphæ longeuus * Iapis,

Ignorans: subitoque omnis de corpore fugit

Quippe dolor, & omnis stetit imo. uulnere sanguis:

Iamque secuta manum, nullo cogente, sagitta

Excidit, atque nouæ rediere in pristina uires.

Arma citi properate uiro: quid statis? * Iapis

Conclamat, primusque animos accendit in hostes.

Non hæc humanis opus, non arte magistra

Proueniunt: neque te Aenea mea dextra seruat:

Maior agit deus, atque opera ad maiora remittit.

Ille audis pugnae, suras incluserat auro

Hinc atque hinc: oditque moras, hastamq; coruscat.

Postquam habilis lateri clypeus, loricaq; tergo est,

Ascanium fuscis circum complectitur armis,

Summaque per galeam delibans oscula, fatur:

DISCITE PVER uirtutem ex me, uerumq; laborem,

Fortunam ex alijs, nunc te mea dextera bello

Defensum dabit, & magna inter præmia ducet.

Tu facito, mox, cum matura adoleuerit ætas,

Sis memor, & te animo repetentem exempla tuorum,

Et pater Aeneas, & auunculus excitet Hector.

Hæc ubi dicta dedit, portis sese extulit, ingens

Telum immane manu quoties, simul agmine denso

* Anteus Mnestheusque ruunt: omnisque relictis

Turba fluit castris, tunc cæco puluere campus

Deorum au

xilium.

* Iapix

Semiu. 403.

I. auro, i. o-

creis ex ele

stro auroq;

recocto, ut

323. 15.

i circumfusis

Paternū ex

emplum.

Zeugmanō

integrum.

Hortatio à

virtute auū

culi.

406. 5.

manemanu

manicem al

lu tunc

τὸ πρῶτον.

* Antequæ

Miscetur, plusq; pedum tremit excita tellu.
 Vidit ab aduerso uenientes * aggere Turnus,
 Videre Ausonii: gelidusq; per ima cecurrit
 Ossa tremor, prima ante omnes Iuturna Latinos
 5 Audijt, agnouitq; sonum, & tremefacta refugit.
 Ille uola, campoq; atrum rapit agmen aperto.
 Qualis ubi ad terras abrupto sydere nimbis
 It mare per medium (miseris heu praescia longè
 Horrescunt corda agricolis: dabit ille ruinas
 10 Arboribus, stragemq; satis, ruet omnia latè.
 Antè uolant, sonitumque ferunt ad littora uenti)
 Talis in aduersos ductor Rhœtèius hostes
 Agmen agit: densi cuneis se quisque coactis
 Agglomerât, ferit ense grauem Thymbreus Osirim:
 15 Achetiû Mnestheus, Epulonè obtruncat Achates,
 Vsentemque Gyas, cadit ipse Tolumnius augur,
 Primus in aduersos telum qui torserat hostes.
 Tollitur in cælum clamor, uersique uicissim
 Puluerulenta fuga Rutuli dant terga per agros.
 20 Ipse neque * aduersos dignatur sternere morti,
 Nec pede congressos, * nec equo, nec tela ferentes
 Insequitur: solum densa in caligine Turnum
 Vestigat lustrans, solum in certamina poscit.
 Hoc concussa metu mentem Iuturna uirago,
 Aurigam Turni media inter lora Metiscum
 25 Executit, & longè lapsum temone relinquit.
 Ipsa subit, manibusque undantis flectit habenas
 Cuncta gerens, uocèq; et corpus, & arma * Metisci.
 Nigra uelut magnas domini cùm diuitis aedes
 Peruolat, & pennis alta atria lustrat hirundo,

18. ARISTAR...
 27. Daxio...
 105.
 Imperus Ac
 nea per cō
 paratione.

PVGNA.
 diæresis, id
 est distribu
 tio, vel defi
 gnatio,
 Malum con
 siliium con
 sultori pes
 simum. 411
 18.
 Allit gemi.
 Rutulorum
 fuga.
 * auersos
 * equo,
 377. 24. 401
 7.
 Ad nomina
 tio.
 Methyscū
 lege ex Ful
 gentij Pla
 cidis libel
 lo, qui Ex
 posito Vir
 gilianæ con
 tinentiæ in
 scribitur
 * Methysci
 Comparati
 o.

VIRG. M A R.

parua legens, nidisque loquacibus escas:
 nec porticibus uacuis, nunc humida circum

στυγ.
 μ25. Magna sonat: similis medios Iturna per hostes
 Fertur equis, rapidoque uolans obit omnia curru:
 Iamqu; hic germanum, iamq; hic ostendit quantem:
 Nec* conferre manum patitur: uolat auia longè.

* 329.7.350
 23.384 293
 429.21.440.
 24.496.6. sic
 conferere
 dextrā, 353
 14+
 Item confe
 rere manū
 apud Varr.
 legas. 207.
 30.
 231.9.
 Haud minus Aeneas tortos legit obuius orbes,
 Vestigatque uirum, & disiecta per agmina magna
 Voce uocat. quoties oculos coniecit in hostem,
 Alipedumque fugam cursu tentauit equorum,
 Auersos toties currus Iturna retorsit.

10
 Heu quid agat? uario nequiquam fluctuat aestu:
 Diuersæque uocant animum in contraria cura.
 Huic Messapus, uti læua duo fortè gerebat
 Lenta leuis cursu præfixa hastilia ferro,
 Horum unum certo contorquens dirigit ictu?

Cestusexeu
 tis ictum.
 i. Incitata,
 435.30. En.
 16.
 Tamè inde
 uolans secū
 abstulit ha-
 sta Insigne.
 Substitit Aeneas, & se collegit in arma,
 Poplite substans: apicem tamen incita summum
 Hasta tulit, summasque excussit vertice cristas.

20
 Tum uero assurgunt iræ, insidiisque subactus
 Diuersos ubi sensit equos corrumque referri,
 Multa Iouem & læsi testatus fœderis aras,
 Iam tandem inuadit medios, & Marte secundo
 Terribilis, sæuam nullo dicrimine cædem
 Suscitât, irarumque omnes effundit habenas.

25
 IN VOCA-
 TIO.
 Quis mihi nunc tot acerba deus, quis carmine cædes
 Diuersas, obitumque ducum, quos æquore toto

στυγ.
 μ25. Inque uicem nunc Turnus agit, nunc Troius heros,
 Expediat? tanton placuit concurrere mota,
 Iuppiter, æterna gentes in pace futuras?

Aeneas

Aeneas Rutulum Sucronem (ea prima ruentes
 Pugna loco statuit Teucros (haud multa * moratus
 Excipit in latus: & quâ fata celerrima, crudo
 Transg^{it}it costas & erates pectoris ense.

5 Turnus equo deiectum Amycum, fratremq; Diorē,
 Congressus pedes, hunc uenientem cuspide longa,
 Hunc microne ferit: curruque abscissa duorum
 Suspendit capita, & rorantia sanguine portat.

10 T^{er}tijs vno congressu, & * mœstum mittit Onyten,
 Nomen Echionium, matrisque genus Peridia.
 Hic fratres Lycia missos & Apollinis agris,
 Et iuuenem exosum nequicquam bella Meneten.
 Arcada: piscosæ cui circum flumina Lerna

15 Ars fuerat, pauperque domus: nec notat potentum
 Munera, conductaque pater tellure serebat.
 Ac uelut immissi diuersis partibus ignes
 Arentem in syluam, & uir gulta sonantia lauro:
 Aut ubi de cursu rapido de montibus altis

20 Dant sonitum spumosi amnes, & in æquora eurrūt
 Quisque suum populatus iter: non segnius ambo
 Aeneas Turnusque ruunt per prælia. nunc
 Fluctuat ira intus: rumpuntur nescia uinci.
 Pectora: nunc totis in uulnera uiribus itur

25 Murrānum hic, atauos & auorum antiqua sonātem.
 Nomina, per regesque ætūm genus omne Latinos,
 Præcipitem scopulo atque ingentis turbine saxi.
 Excutit, effunditque solo: hunc lora & iuga subter
 Prouoluere rotæ: crebro super ungula pulsu
 Incita nec domini memorum proculcat æquorum.

EE 3 Ille

Alliteratio
 * morantē
 Alliteratio
 ε'πεζηγν-
 σις.

Syll. anōd:
 α'γέλα-

σον.
 i. sine risu,
 Periphasis,
 i. Thebana
 gloria,

Impetus Ae-
 neæ ac Tur-
 ni per com-
 parationē.
 167.4.

Ira.

hic, sc. Ae-
 neas. Mur-
 rani morte
 dolet Tur-
 nus. 439. is
 i. incitata.
 434. is. Cē s,
 li. 4. Naues.
 lōgas remis
 incitati.

ταυτακθ Ille ruenti Hilo, animisque immane frementi.
 μος, Occurrit, telumque aurata ad tempora torquet :

Olli per galeam fixo stetit hasta cerebro.

Dextera nec tua te Graium fortissime Creten

Eripuit Turno: nec Diū te xere Cupentum

Aenea ueniente sui: dedit obuia ferro

Pectora, nec misero clypei mora profuit ærē

Te quoque Laurentes uiderunt Aeole campi

Oppetere, & latè terram consternere tergo.

Occidit, Argiæ quem non potuere phalanges

Sternere, nec Priami & regnorum euersor Achilles.

Hic tibi mortis erant metæ, domus alta sub Ida,

Lyrnessi domus alta, solo Laurente sepulcrum.

Τοτὰ ἀδεδὸν conuersæ acies, omnesque Latini,

Omnes Dardanidæ: Mnestheus, acerque Sereſtus,

Et Messapus equum domitor, & fortis Asylas,

Tuscorumque phalanx, Euandrique Artadis alæ:

Pro se quisque uiri, summa nituntur opum ui.

Nec mora, nec requies: uasto certamine tendunt.

Hic mentem Aenæ genitrix pulcherrimam misit,

Iret ut ad muros, urbique aduertere agmen

Ocyus, & subita turbaret clade Latinos.

Ille, ut uestigans diuersa per agmina Turnum,

Huc atque huc acies curcuntulit, aspicit urbem

Immunem tanti belli, atque impune quietam.

Continuò pugnae accendit maioris imago.

Menestea, Sergestumq; uocat, fortemq; Sereſtum;

Ductores: tumulumque capit, quò cætera Teucrum

Coucurrit legio: nec scuta aut spicula densi

Deponunt: calso medius stans aggere fatur:

Nequid

te te cōplo
 dūt, te quin
 quies allu
 dit.

o. accentuū.
 Pathos à lo
 co.

τὰ ἀδεδὸν

422. 13.

414. 18.

230. 13.

Atrox. plū.
 Semiuerlus
 reperit 71.

11. 228. 30.

Subaudi' eā.
 198. 24.

Nēqua meis esto dictis mora: Iuppiter hac stat:

Nē quis ob inceptum subitum mihi segnior ito.
Vrbem hodie, caussam belli, regna ipsa Latini,

Ni frenum accipere & victi parere fatentur,

5 Fruam, & aqua solo fumantia culmina ponam.

Scilicet expectem, libeat dum praelia Turno
Nostra pati: rursusque velit concurrere victus?

Hoc caput, o ciues, hæc belli summa nefandi.
Ferte faces properè, sædusque reposcite flammis.

10 Dixerat: atq; animis pariter certantibus omnes

Dant cuneum, densaque ad muros mole feruntur.
Scalæ improvisò subitusque apparuit ignis.

Discurrunt alij ad portas, primosque trucidant:
Ferrum alij torquent, & obumbrant æthera telis.

15* Ipse inter primos dextram sub menia tendit.

Aeneas, magnaue incusat uoce Latinum:
Testaturque deos, iterum se ad praelia cogi:

Bis iam Italos hostes, hæc altera fœdera rumpi.
Exoritur trepidos inter discordia ciues.

20 Vrbem alij referare iubent, & pandere portas
Dardanidis, ipsumque trahunt in menia regem:

Arma ferunt alij, & pergunt defendere muros.
Inclusas ut cum latebroso in pumice pastor

Vestigauit apes, fumoque impleuit amaro:

25 Illæ intus trepidæ rerum per cerea castra
Discurrunt, magnisque acuunt stridoribus iras:

Veluitur ater odor rectis: tum murmure cæco
Intus saxa sonant: uacuas sit fumus ad auras.

Accidit hæc fessis etiam fortuna Latinis,
Quæ totam luctu concussit funditus urbem.

Ennius i 7.
Nō semp vō
itra euerit-
nā Iuppiter
hac stat.

289. 3.
Frenū singu-
lariter hictā
tum posuit
Ironia.
Adhortatio

208. 30.
ΦΙΤΑΧΙΩ-
1405
exiteruallo.

426. 19. 349a
29. 427. 14
* 153. 5. 300a
23. 322. 7a

Cōparatio
ab apibus.

Trepidæ re-
rum.

Alliteratio.
Alliteratio

- *Incessi legit Seru^s, i. inuadi. quã scripturam agnoscit & Arosianus: I exēplis elocutionū Virgilianorū. *ΚΑΤΑΡΑΧΙΣ* *ΜΟΣ*. *ΜΥΤΑΧΙΣ* *ΜΟΣ*.
 Alliteration Amata lã queo sibi vitã finit. ma ma cõplodunt. 447.6. 211.14. 393.27. Ambo ferẽ verbum da 402.14.
- Regina ut tectis uenientem prospicit hostem,
 *Incendi muros, ignes ad tecta uolare,
 Nusquã acies contra Rutulas, nulla agmina Turni:
 Infelix pugna iuuenem in certamine credit
 Extinctum, & subito mentem turbata dolore
 Se causam clamat, crimenq; caputq; malorum:
 Multaque per mœstum demens effata furorem,
 Purpureos moritura manu discindit amictus,
 Et nodum informis lethi trabe nectit ab alta.
 Quam cladem miseræ postquam accepere Latine,
 Filia prima manu flauos Lauinia trines,
 Et roseas laniata genas, tum cetera circum
 Turba furit: resonant lætè plangoribus ædes.
 Hinc totam infelix vulgatur fama per urbem:
 Demittunt mentes: it scissa veste Latinus,
 Coniugis attonitus satis, urbisque ruina,
 Caniciem immundo perfusam puluere turpans:
 Multaque se incusat, qui non acceperit antè
 Dardaniam Aeneam, generumq; asciuerit ultro.
 Interea extremo bellator in æquore Turnus.
 Palantes sequitur paucos, iam seignior, atque
 Iam minus atque successu latus æquiorius.
 Attulit hunc illi cæcis terroribus aura
 Commistum clamorem, arrectasque impulit aures
 Confuse sonus urbis, & illatabile murmur.
 Hei mihi, quid tanto turbantur menia lætã?
 Quis ueruit tantus diuersa clamor ab urbe?
 Sic ait, adductis que amens subsistit habenis.
 Atque huic, in faciem soror ut conuersa Metisci.
 Aurigæ, currumque, & equos, & lora regebat,
 Talibus

Syll. annō.
Ab oportu
nitate.

Talibus occurrit dictis: Hac Turne sequamur.
Troingenas, quā prima viam victoria pandit:

Sunt alij, qui tecta manu defendere possunt:

Ingruit Aeneas Italis, & praelia miscet:

5 Et nos seua manu mittamus funera Teucris.
Nec numero inferior, pugnae nec honore recedes.
Turnus ad haec:

O soror, & dudum agnoui, cum prima per artem
Fœdera turbasti, teque hæc in bella dedisti.

10 Et nunc nequicquam fallis dea. sed quis olympo
Demissum tantos voluit te ferre labores?

An fratris miseri lethum ut crudele videres?

Nam quid ago? aut quæ iam spōdet fortuna salutē?
Vidi oculos ante ipse meos, me voce vocantem

15 Murratum, quo non superat mihi charior alter,
Oppetere ingentem, atq; ingenti vulnere victum:
Occidit infelix, ne nostrum dedecus V fens.

Aspiceret: Teucris petiuntur corpore & armis.
Excindine domos (id rebus defuit vnum)

20 Perpetiar? dextra nec Drancis dicta refellam?

Terga dabo? & Turnū fugientē hæc terra videbit?

V s Q V E adeone mori miserū est? vos o mihi manes

Este boni, quoniam superis auersa voluntas.

Sancta ad vos anima, atque istius inscia culpæ

25 Descendū, magnorū haud vnquam indignus auorū.

Vix ea fatus erat, medios volat ecce per hostes

Veetus equo spumante Sages, aduersa sagitta

Saucius ora: ruitque, implorans nomine Turnum:

Turne, in te suprema salus: miserere tuorum.

* Fulminat Aeneas armis, summasque minatur

Deie-

te re cōplo
du t.

422. 85.

Pathos.

9. accentuū
Syll. añ. gē.
Auge in uī
diū occisō-
rum pro se
amicorum.
383. 25.
Ratiocina-
tio.
Cōfirmat se
ad pugna.

Inuocat ira
nes. Simille
285. 2.

φιλανθία.
182. 27. 430.
19.

ὑπερῶ-
σις

si sa cōplo
dū t, vt 347
1. 428. 25.

ἐναδίπλω
σις.

* 105. 25, 224
11. 354. 25
208. 16. 342
15.

lib. 6.

Amplifica-
tio à crede-
litate Ho-
stium.

9. accētū.

Pathos.

53. 27. 166.

4. 292. 6.

Mēs pertur-
bata in Tur-
no.Hemisti-
chiū cū duo-
bus sequen-
tib. versib.
habetur p.
384. 13.

9. accentū.

196. 16.

* acies.

Alliteratio.

Anadiplosis

* extruxer-
at

400. 11.

furere furo-
re p figurā
pleonasmō
elci. notat.Iulius Rufi-
nianus.

Cōparatio.

Cōparatio.

Cōparatio.

Cōparatio.

Deiecturum arces Italūm, exidioq; daturum.

Iamq; faces ad tecta volant: in te ora Latini,

In te oculos referunt, mussat rex ipse Latinus,

Quos generos vocet, aut quæ sese ad fœdera flectat.

Præterea regina tui fidissima, dextra

Occidit ipsa sua, lucemq; ex terita fugit.

Soli pro partis Messapus & acer Atinas

Sustentant aciem, circum hos vtrinq; phalanges

Stant densæ, strictisq; seges mucronibus horret

Ferreâ tu currum deserto in gramine versas.

Obstupuit varia confusus imagine rerum

Turnus, & obtutu tacito stetit, æstuat ingens.

Imo in corde pudor, misloq; insania luctu,

Et furis agitatus amôr, & conscia virtus.

Ut primum discussæ umbræ, & lux reddita mēti est,

Ardentes oculorum * orbis ad mœnia torsit

Turbidus, eq; rotis magnam respexit ad urbem.

Ecce autem flammis inter tabulata volutus

Ad cælum vndabat vortex, turrinq; tenebat,

Turrim compactis trabibus quam eduxerat ipse,

Subdideratque rotas, pontesque * instrauerat altos.

Iamiam fata, soror, superant absiste morari:

Quò deus, & quò dura vocat fortuna, sequamur.

Stat cōferre manū Aeneæ: stat, quicquid acerbi est,

Morte pati. nec me indecorem germana videbis

Amplius: hunc, oro, sine me furere ante furorem.

Dixit & è curru saltum dedit ocyus aruis:

Perque hostes, per telaruit, mæstamque sororem.

Deserit, ac rapido cursu media agmina rumpit.

Ac veluti montis saxum de vertice præcep

Cum

Cum ruit auulsum vento: seu torbidus imber
 Proluit, aut annis soluit sublapsa vetustas:
 Fertur in abruptum magno mons improbus actu,
 Exultatque solo, sylvas, armenta, virosque
 5 Innoluens: secum: disiecta per agmina Turnus
 Sic urbis ruit ad muros, vbi plurima fuso
 Sanguine terra madet, stridentque hastilibus aure:
 Significatque manu, & magno simul incipit ore:
 Parcite iam Rutuli, & uos tela inhibete Latini.
 10 Quaecunque est fortuna, mea est: me verius unum
 Pro vobis fœdus luere, & decernere ferro.
 Discessere omnes medijs, spatiumque dedere.
 At pater Aeneas, budio nomine Turni,
 Deserit & muros, & summas deserit arces:
 15 Præcipitatque moras omnes: opera omnia rumpit,
 Latitia exultans: horrendumque intonat armis.
 Quâtus Athos, aut quâtus Eryx, aut ipse, coruscis
 Cum fremit illicibus, quantus, gaudetque nivali
 Vertice se attollens pater Apenninus ad auras.
 20 Iam verò & Rutuli certatim, & Troes, & omnes
 Convertere oculos Itali, quique alta tenebant
 Mœnia, quibus imos pulsabant artete muros:
 Armaque deposuere humeris. stupet ipse Latinus,
 Ingentes genitos diuersis partibus orbis
 25 Inter se couisse viros, & decernere ferro.
 Atque illi, vt vacuo patuerunt aquore campi,
 Procursa rapido coniectis eminus hastis,
 Inuadunt Martem olypeis atque ære sonoro:
 Dat gemitum tellus: tum crebros ensibus ictus
 Congeminant, fors & virtus miscentur in unum.

Alliteratio
 *ictu:
 Alliteratio:
 Alliteratio.

Adaptatio.

Hypallage:
 Syll. ano:
 Pleonasmus

Syll. anom
 exiteruallo
 394. 1. 427.
 18.
 hortēdū. n̄
 gura p̄ accl̄
 p̄ aduerbij
 Cōparatio.
 ὁ Ἄθως,
 τὸν Ἄθως,
 τὸν Ἄθωv.
 ergo thos
 longa, q̄a p̄
 ὦ magnum
 scribitur. q̄
 fugit ratio
 Seruium,
 *Synalephe
 excluditur
 os, ut 55. 21
 * & cernere
 Certamēsin
 gulare Ae-
 nez, atque
 Turni, ut
 Achilles &
 Hectoris II.
 20. & 22. 351
 12. variato
 numero.]

Ac

à Cōparatio
monoma
chia tauri.
11. 74. 29.
* veluti
* Sylua
μὲταξις -
μὸς.
* imperet,
& 117. 11.
66. 23. 75. 13
3. 9. 28.
* Non

Ex Hom. Il.
22. ver. 209.
examine,
vulgo len-
guella.

352. 23.
Ex Hom. Il.
3 ἀλλομο
μὸς. Perfidus.
enlis. Syll.
anom. Hy-
berbole p f
multitudine.

pra. priallu
dunt.
De quo esse,
4216. 443. 15
Mortalis. id
est mortali
manu fa-
ctus, nō Vul-
cani. Synec-
doche.

S. militudo
Syll. anom.
Sitat. gema

Ac* velut ingenti* Sylva, summove Taburno,
Cum duo conuersis inimica in praelia tauri
Frontibus incurrunt, pavidum cessere magistri:
Stat pecus omne metu mutum, mussantque iuuenca,
Quis pecori* imperitet, quem tota armenta sequant;
Illi inter sese multa vi vulnera miscent,
Cornuaque obnixi infigunt, & sanguine largo
Colla armosq; lauant; gemitu nemus omne remugit:
*Haud aliter Tros Aeneas & Daunius heros
Cancurrunt clypeis: ingens fragor aethera complet. 10
Iuppiter ipse duas aequato examine lances
Sustinet, & fata imponit diuersa duorum:
Quem damnet labor, & quò vergat pondere lethi.
Emicat hic, impune putans, & corpore toto
Alte sublatum confurgit Turnus in enses: 15
Et ferit. exclamant Troes, trepidique Latini:
Arrectaeque amborum acies. at perfidus ensis
Frangitur, in medioque ardentem deserit ictu,
Ni fuga subsidio subeat: fugit ocyor Euro,
Vt capulum ignotum, dextramque aspexit inermem. 20
Fama est, precipitem, cum prima in praelia iunctos
Conscendebat equos, patrio mucrone relicto,
Dum trepidat, ferrum aurigae rapuisse Metisci:
Idque diu, dum terga dabant palantia Teucri,
Suffecit: postquam arma dei ad Vulcania ventum est, 25
Mortalis mucro, glacies ceu futilis, ictu
Disiluit: fulua resplendent fragmina arena.
Ergo amens diuersa fuga petit aequora Turnus:
Et nunc huc, inde huc, incertos implicat orbes.
Vndique enim densa Teucri inclusere corona;

Atque

Atque hinc vasta palus, hinc ardua mœnia cingunt.

Nec minus Aeneas (quanquam * tardante sagitta
Interdum genua impediunt, cursuque recusant)

Insequitur, trepidique pedem pede feruidus urget.

5 Inclusum veluti si quando flumine nactus
Cervum, aut puniceæ septum formidine pennæ,

Venator cursu canis & latratibus instat:

Ille autem insidijs, & ripa territus alta,

Mille fugit refugitque vias: at viuidus Vmber

10 Hæret hians: iam iamque tenet, similisque tenenti

In repuit malis, morsuque elusus inani est.

Tum verò exoritur clamor, ripæque lacusque

Responsant circà, & cœlum tonat omne tumultu.

Ille simul fugiens, Rutulos simul increpat omnes,

15 Nomine quenque vocans: notumq; efflagitat ense

Aeneas mortem contrà præsensque minatur

Exitium, si quisquam adeat: terretque trementes,

Excisurum urbem minitans, & saucius instat

Quinque dies explent cursu, totidemque retexunt.

20 Huc, illuc, * nec enim leuia aut ludicra petuntur

Premia, sed Turni de vita & sanguine certant.

Fortè sacer Fauni folijs oleaster amaris

Hic steterat, nautis olim venerabile lignum:

Servati ex undis ubi figere dona solebant

25 Laurenti diuo, & * uotas suspendere uestes:

Sed stirpem Teucri nullo discrimine sacrum

Sustulerant, puro ut possent concurrere campo,

Hic hasta Aeneæ stabat: huc impetus illam

Detulerat fixam, & lenta in radice tenebat.

Incubuit, voluitque in unum conuellerè ferrum

* tardataq; p
pe genua.
i vulnere sa
gittæ in cer
ti auctoris,
428. 25.

Cōparatio
Apollonij,
80, 3

247, 22.
Umber pos
sessium ab
Vmbria.
Alliteratio.
Echo,
346, 24.

411. 4.
notum, i. pa
triu, vt 421
Quē παλα
τό σιωπα
νερον i tel
ligimus illi
redditum à
Iuturna, vt
441. 24.
* neque.
φιλαιστ-
μύς.
59. 19.

* notas

Hasta Ae
neæ.

Dardanides, teloque sequi, quem prendere cursum

Furni spes ad Faunū. Non poterat. Tum verò amens formidine Turnus,

Pathos ex Faune, precor, miserere, inquit: tuque optima ferrum

sermone cō Terra tene: coluit vestros si semper honores,

nerlo ad rē Quos contrà Aeneadæ bello facere profanos.

inanimatā. Dixit: opemque dei non cessa in vota vocavit,

Syl. annom. Deprofaniis Nanque diu luctans, lentoque in stirpe moratus,

Mac. l. & c. 3 Viribus haud ullis valuit discludere morsus

Syl. annom. Alliteratio. Roboris Aeneas. dum nititur acer, & instat,

Rursus in aurigæ faciem mutata Metisci

Alliteratio. Procurrit, fratrique enssem dea Daunia reddit,

Quæ poscit, Quod Venus audaci N yphæ indignata licere.

443. 15. Alliteratio. Accessit, telumque alta ab radice reuellit,

αλθαξις Olli sublimes, armis animisque refecti,

μὸς. Hic gladio fidens, hic acer & arduus hasta,

** insistant * Adstant contrà, * certamine Martis anhel,*

** certamina Iunonem interea rex omnipotentis olympi*

Iuppiter ad Alloquitur, fulua pugnans de nube tuentem:

Iunonem. Quæ iam finis erit coniux? quid denique restat?

Indiges Ac Indigentem Aeneam scis ipsa, & scire fateris,

neas. Deberi cælo, fatisque ad sydera tolli.

*110. 35. 9 accentuū. * mortalē Quid struis? aut qua spe gelidis in nubibus heres?*

*& diuum. * Mortal in' decuit violari vulnere * diuum?*

ut sit sensus Aut enssem (quid enim sine te Iuturna valeret?)

an decuit Ereptum reddi Turno, & vim crescere victis?

Aeneâ vio- Desine iam tandem, precibusque; inflectere nostris:

lari vulne- Nec te tantus edat tacitam dolor, & mibi curæ

re diuarū, f. tuo, & Iu- Sepe tuo dulci tristes ex ore recursent.

turnæ; 9 accentuū. Ventum ad supremum est. terris agitare vel vndis

tere cōplo- Troianos potuisti, infandum accendere bellum.

dunt. Desor-

Deformare domum, & lætu miscere hymenæos.

Uterius tentare veto. Sic Iuppiter orsus:

Sic Dea submisso contra Saturnia vultu:

Ista quidem quia nota mihi tua magna voluntas

στρυμάρει
μὲν ex inter-
uallo.
*magne
Iuno ad
Iouem.

Iuppiter, & Turnum & terrus inuita reliqui:

Nec tu me aëria solam nunc sede videres

Digna, indigna pati: sed fluminis cincta sub ipsa

Starē acie, traberemque inimica in prælia Teucros.

Iuturnam misero (fateor) succurere fratri

Iuturnā suc-
currere sua-
si, pro Iu-
turnæ. 428.
26.

10 Suasi, & pro vita maiora audere probaui:

Non ut tela tamen, non ut contenderet arcum.

Adiuro Stygij caput implacabile fontis,

Vna superstitione superis quæ reddita diuis.

Et nunc cedo equidem, pugnasque exosa relinquo.

*exorsa

15 Illud te, nulla fati quod lege tenetur,

Pro Latio obtestor, pro maiestate tuorum:

Cum iam connubijs pacem felicibus (esto)

Component, cum iam leges & fœdera iungent,

Ne vetus indigenas nomen mutare Latinos,

Petitio de
non cōmu-
tandis no-
minibus.

20 Neu Troas fieri iubeas, Teucrosque vocari:

Aut vocem mutare, viros, aut vertere, vestes.

Sit Latium, sint Albani per secula reges:

Sit Romana potens Itala virtute prapago.

Occidit, occideritque sinas cum nomine Troia.

Alliteratio
pulchra.

Epanapho-
ra.

119.20

25 Olli subridens hominum rerumque repertor:

Es germana Iouis, Saturnique altera proles:

Irarum tantos voluis sub pectore fluctus?

Verum age, & inceptum frustra submitte furorem,

Do quod vis, & me victusque volensque remitto.

Sermonem Ausonij patrium moresque tenebunt: }

Concessio.
Alliteratio

Uique

- *commixto *Vtq; est, nomen erit: *commisti corpore tatum*
 294, 21
 Adi Mac. l. 3 *Subsident Teucris, morem ritusq; sacrorum*
 c. 8. vbi pul- *Adjiciam: faciamq; omnes vno ore Latinos.*
 chra d' mo- *Hinc genus, Ausonio mistum quod sanguine surget,*
 re ad ceri- *Supra homines, supra ire deos pietate uidebit.* 5
 monias per *Nec gens vlla tuos æque celebrabit honores.*
 tinente. *Annuat his Iuno, & mentem lætata reuertit.*
 Romani im- *Interea excedit cælo, nubemq; reliquit*
 perii maie- *His actis, aliud genitor secum ipse uoluit:*
 stas. *Iuturnamq; parat fratris dimittere ab armis.* 10
 Quod polli *Dicuntur geminæ pestes, cognomine Diræ,*
 cetur Iuppi *Quas, & tartaream Nox imtempesta Megalam,*
 ter 120, 17. *Vno eodemq; tulit partu: paribusq; reuinxit*
 4. 10. 5. *Serpentum spiris, ventosasque addidit alas.*
 Diræ ex No- *Hæ Iouis ad solium, sæuiq; in limine regis* 15
 ste. *Apparent, ac uuntq; metum mortalibus agris;*
 Sic eo uni *Si quando lethum horrificum, morbosq; deum rex*
 ca syllaba *Molitur, meritas aut bello territat vrbes.*
 καμάρου. *Harum vnam celerem demittit ab æthere summo*
 viçnou, 24. *Iuppiter, inque iomen Iuturnæ occurrere iussit.* 20
 9. *Illa volat, celerique ad terram turbine fertur:*
 Alliteratio. *Non secus ac neruo per nubem impulsa sagitta,*
 Alliteratio. *Armatam sæui Parthus quam felle veneni,*
 118. 19 *Parthus siue Cydon, telum immedicabile, torfit:*
 Cōparatio. *Stridens, & celeris incognita transilit umbras.* 25
 353. 16. 350. *Talis se sata Nocte tulit, terrasq; petiuit.*
 13. Cidō no *Postquā acies uidet Iliacas, atq; agmina Turni,*
 mē utri pro *Aliris in parvæ subitō collecta figuram,*
 ducit, cy, ut *Quæ quondā in bustis, aut culminibus desertis*
 366. 18. *Nocte sedens, serum camit importuna per umbras:*
 Spōd. vers. *Hanc*
 Syll. anōm.

Hanc versa in faciem, Turni se pestis ad ora
 Fertq; refertq; sonans, clypeuq; euerberat talis
 Illi membra nouus soluit formine torpor:
 Aretq; horrore comæ, & vos faucibus hæsit
 At procul ut Diræ stridorem agnouit & alas,
 Infelix crines scindit Iuturna solutos,
 Vnguibus ora soror sedans, & pectora pugnis:
 Quid nunc te tua Turne potest germana iuuare?
 Aut quid iam miseræ superat mihi? qua tibi lucem
 10 Arte morer? talin' possum me opponere monstro?
 Iamiam linquo acies, ne me terrete timentem
 Obscæna volucres: alarum verbera nosco,
 Lethalemq; sonum. nec fallunt iussa superba
 Magnanimi Iouis hæc pro virginitate reponit?
 15 Quo vitam dedit æternam? cur morti adempta est
 Conditio? possem tantos finire dolores
 Nunc certe, & misero fratri comes ire per umbras,
 Immortalis ego? haud quicquam mihi dulce meorū
 Te sine frater erit, o quæ satis ima debiscat
 20 Terræ mihi? manesq; deam demittat ad imos?
 Tantum effata, caput glauco contextit amictu,
 Multa gemens, & se fluuio dea condidit alto.
 Aeneas iustat contra, telumq; coruscat
 Ingens arboreum: & seuo sic pectore fatur
 25 Quæ nunc dende mora est? aut quid iam Turne retractas
 Non cursu, seuis certandum est comminus armis,
 Verte omnes tete in facies, & contrahere quicquid
 Siue animi, siue arte vales, opta ardua pennis
 Astra sequi, clausumq; caua te condere terra:
 Ille caput quassans, Non me tua feruida te rent

Tarnus est
 cullus ti-
 more.
 Ad literã
 189. 16.
 446 11.
 Idem ver-
 sus mut a-
 tis nume-
 ris. 3. 9. 19
 9. accētū
 Quærela
 Iuturnæ.

370. 18.

Pathos
 quasi per
 definitio-
 nem. 384.
 31. 385. 2-
 9 accētū
 378. 3.
 422 25. 28

448. 25.
 Aeneas
 Turno.
 ar b. uaba
 le, vt 427-
 30.
 10. accen-
 tuum ver
 sus. nec
 quemquã
 pluriū, ni
 falior, a-
 pud hunc
 nostrum
 reperies.
 κα ππε-
 κισμός.

Ff dicta,

Dicta, ferox: dij me terrent, & Iuppi er hostis
 Nec plura effatus, saxum circumspicit ingens:
 Saxum antiquum, ingens, campo qui forte iacebat
 Limes agro positus, litem vt discerneret aruis.
 Vix illud lecti bis sex ceruice subirent,
 Qualia nunc hominum producit corpora tellus.
 Ille manu raptum trepida torquebat in hostem
 Altior insurgens, & cursu concitus heros.
 Sed neque currentem se, nec cognoscit euntem,
 Tollentem ve manu, saxumque immane mouentem.
 Genua labant, gelidus concreuit frigore sanguis.
 Tum lapis ipse viri vacuum per inane volutus,
 Nec spatium euasit totum, nec pertulit ictum.
 Ac velut in somnis oculos vbi languida pressit
 Nocte quie, ne quicquam auidos extendere cursus
 Velle videmur, & in medijs conatibus acri
 Succidimus: non lingua valet, non corpore note
 Sufficiunt vires: nec vox, nec verba, sequuntur:
 Sic Turnos (quacunque uiam virtute petiuit)
 Successum dea dira negat, tum pectore sensus
 Vertuntur varij: Rutulos spectat & urbem,
 Cunctaturq; metu, telumq; instare tremiscit.
 Nec quò se eripiat, nec qua vi tendat in hostem:
 Nec currus usquam videt, aurigamque sororem.
 Cunctanti telum Aeneas fatale coruscat,
 Sortitus fortunam oculis, & corpore toto
 Eminus intorquet. Murali concita nunquam
 Tormento sic saxa fremunt, nec fulmine tanti
 Dissultant crepitus, volat atri turbinis instar
 Exitium dirum hasta ferens, horasq; recludit.

Loricę

Il Ver.
 303. Simi
 litudo.

Allitera
 tio 430.

17.

81. 28.

3564.

Proceclui
 maticus.

228. 4.

compara
 tio verif
 sima de
 somnio

Alitera
 tio.

Syll. an-
 non.

Allitera-
 tio.

Allitera-
 tio.

io accen-
 tuum nec

epanapho-
 ra.

compara-
 tio terge-
 mina.

Turnus
occiditur.

Loricæ, & clypei extremos septemplicis orbes
Per medium stridens transit femur incidit ictus
Ingens ad terram duplicato poplite Turnus.

Consurgunt gemitu Rutuli, totusque remugit
Mons circum, & vocē latè nemora alta remittunt.
Ille humilis, supplexque, oculos dextrāq; pre cantē
Protendens, Equidem merui, nec deprecor, inquit.

Pathos a
similitu-
dine pas-
sionis.
ἀναχολ-
ῶδες.
Pathos a
sinecta.
cōmisera-
tio a for-
tuna mi-
serabili.
433,3.

Vtere sorte tua. miserite si qua parentis
Tangere cura potest, oro: fuit & tibi talis
10 Anchises genitor: Dauni miserere senectæ:
Et me, seu, corpus spoliatum lumine mauiis,
Redde meis. vicisti, & victum tendere palmas
Ausonij videre. tua est Lauinia coniux.
Vlterius ne tende odijs. Stetit acer in armis

15 Aeneas voluens oculos, de xtramque repressit.
Et iam iamque magis cunctantem flectere sermo
Cæperat, infelix humero cum apparuit alto
Balteus, & notis fulserunt cingula bullis

379.9.16.
389.24.

Pallantis pueri: victum quem vulnere Turnus
2) Strauerat, atq; humeris inimicum insigne gerebat.

Adi Firma
li. 5. c. 10.

Ille, oculis postquam seui monimenta doloris,
Exuniasque hausit, furijs accensus, & ira
Terribilis, Tunc hinc spolijs indute meorum
Eripiare mihi? Pallas te hoc uulnere, Pallas
25 Immolat, & penam scelerato ex sanguine sumit.
Hoc dicens, ferrum aduerso sub pectore condit
Feruius. ast illi soluuntur frigore membra,
Vitaque cum gemitu fugit indignata sub umbras.

410.23.
στυμα--
της. 1205.
Mors. 1146
8.

414.14.
Lege Ma.
in Som.
Scip. l. 2.
ccp.

AE NE I D. FIN I S.

451

NICOLAUS ERYTHRAEVS
VENETVS I. C. RICARDO
SCAELLEIO BRITANNO.

Adolescenti nobilissimo eidemque
doctiss. S. P. D.

V Tres gestas scribere incipientium alia Poetae,
alia Historici ratio est: ita utriusque definien-
tis lex omnino diuersa. Siquidem Poeta
quod inquit Horatius.

*Nec reditum Diomedis ab interitu Meleagri,
Nec gemino bellum Troianum orditur ab onore
Semper ad euentum festinat, & in medias res
Non secus, ac notas, auditorem rapit, & quae
Desperat tractata nitescere posse, relinquit.
Atque ita mentitur: sic veris falsa remiscet:
Primo ne medium, medio ne discrepet inum.*

Hanc rationem secutus Poetarum princeps. Homerus
& Iliada à Chryse sacerdotis precibus, & Odysseam à
deorum concilio inchoauit: errantemque Ulyssiem nō à
Troiano litore, ut lex quidem historica postulabat, sed ab
insula Calypsus ad Phaeacas perduxit. qui in conuiuio Al-
cinoi regis narrat, quemadmodum Troiae ab oris ad
Nympham asque peruenit. Tum poeta ipsius nauiga-
tionem ad patriam Ithacam describit. Huius vestigijs in-
sistens Maro, Aeneam de Sicilia primum producit in Li-
byam. Quem similiter inconuiuio Didonis narrantem
facit, ut Troia profugus ad Siciliam ante delatus sit. Ut
que Troianum bellum Homerus morte Hectoris prestan-
tissimi Troianorum clausit, sic diuinam Aeneida emulus
Maro Turni insigni cede finit. At vero, Historicorum
lex est (quod tu Scellei doctissime minimè omnium igno-
ras) ut ab initio ipso rerum incipiens, continuatam nar-
rationem ad finem usque deducat. Ad hanc legem, qui
utriusque Poetae carmen ita exigunt. ut imperfectum esse

relictum afferant, ij longe errare mihi quidem uidentur. Nam & Quintus Calaber, qui (ut isti aiunt) in com-
 manda illade Homero successit, à Græco uate, prudenter
 tamen ex disciplina quadam Poetica prætermiffa, ipse li-
 bris XIII. carmine conscriptis, quæ ex re παραλειπ-
 να appellauit, profecutus est. Atque hunc imitatus po-
 trum nostrorum memoria Maphæus Vegius, etsi infeli-
 cius, quæ à Poeta ueluti longius opus prouecturo (quod
 isti opinati sunt) adijcienda uidebantur, unico uolumine
 complexus est: quum tamen doctus Maro eam satis habue-
 rit tum breuiter suis libris innuisse, tum etiam intelligit
 da prudentioribus reliquisse. Nam quod ad Aeneæ peru-
 net ἀποδέωσι, à Poeta in primo est uolumine indicatū,
 quum Iouem facit dicentem ad Venerem.

*Sublememque feres ad sidera calis.
 Magnanimum Aeneam. & ad Iunonē expressius
 Indigetem Aeneam scis ipsa, et scire fateris in 10:
 Deberi cælo, fatisque ad sidera tolli.*

Reliqua uero, quæ Vegius iste nimis ambitiosè perse-
 quitur, nonne ea per se cognitissima erant? quippe quæ
 omnia, ut uictoriæ ipsi coniuncta, nemo non intelligat
 neque tamen non sunt hæc ipsa suis locis à summo uate
 utcunque ex artificio iudicata.

Nos igitur hunc Vegii librum adiecimus, ne, qualis-
 cunque is esset lectorem solita hac appendice defrauda-
 remus. Quanquam etiam qui in hinc à Virgilij iucun-
 dissima lectione diuerterit, hinc facile intelliget, quid
 malo Poeta optimus interfit, quanque & multa et sum-
 ma ea sint, quæ Maronem nostrum usque ad eò om-
 nibus seculis comme indabilem reddant: quæ isti omni-
 no tam in facere absunt, quam illi summa omnia non
 modo ad sunt, sed ita sunt, ut lectorum in sui admiræ-
 tionem uel inuitum magnopere trahant, ut merito ab
 Alexandro Romano principe, Poetarum Plato sit ap-
 pellatus. Vale.

Turnus vt extremo vitam sub Marte profudit.
 Subdunt & se Rutuli Aeneæ, Troiana se quentes 455.
 Agmina: dehinc superis meriti redduntur honores. 456.
 Congaudet gnato ac socijs memor ante malorum
 Actorum parer Aeneas. Turni inde Latinus
 Morte dolet, patriæ miseranda incendia Daunus
 Euerſæ, & chari deflet pia funera nati. 459.
 Connubium instaurat natae, lætosque hymenæos
 Rex socer Aeneae genero: gens vtraque pacto 468.
 Fœdere pacis orat. tum nomine coniugis urbem 469.
 Instruit, & tandem placida sub pace regentem
 Tranſulit Aeneam Venus astra in summa beatum. 472.

MAPHAEI VEGII

LAVDENSIS

LIBER.



TURNVS vt extremo deuictus *Quæ post*
Marte profudit *Turni cle-*
Effugientem animam, medioque *dem acte*
subagmine victor. *ſint. recen-*
Magnanimus ſtetit Aeneas, *ſet Ma-*
Mauortius heros: *phæus,*
So noſt
verſculi.

Obſupere omnes, gemitumque dedere Latinis *compara-*
Et durum ex alto remouentes corde dolorem *bit*
Concuſſis cecidere animis: ceu frondibus ingens
Sylua dolet lapſis, Boreali impulſa tumultu.

Tum tela infigunt terræ. & mucronibus hærent:
 Scutaque deponunt humeris. & prælia damnant.
 Insanumque horrent oprati Martis amorem:
 Nec frenum, nec colla pati captiua recusant,
 Et veniam orare, & requiem, finemque malorum.

Compara
 tio Virgi-
 liana,
 442. 1.

Sicut, acerba duo quando in certamina tauri.
 Concurrunt, largo miscentes sanguine pugnam,
 Cuique suum pecus inclinat: sin cesserit vni.
 Palma duci, mox quæ victo pecora antè fauebant,
 Nunc sese imperio subdunt victoris, & vltro
 Quanquã animũ dolor altus habet, parere fatentur.
 Non aliter Rutuli, licet ingens mæror adhausi.

272. 3.
 Aeneas ad
 Turnum.
 * animum
 * cepit,
 Deum re-
 ligio.
 268. 1.

Pectora pulsa metu cæsi ducis, inclytã malunt.
 Arma sequi, & Phrygiũ Aeneam, sædusq; precari
 Pacis, & æternam rebus belloque quietem.
 Tunc Turnum super assistens placido ore profatur
 Aeneas: Quæ tanta * animo dementia * creuit,
 Vt Teucros, superum monitis summique tonantis
 Imperio huc vectos, patereris Daunia proles
 Italia, & partis nequicquam expellere rectis?
 DISCE Iouem reuereri, & iussa facessere diuum.
 Magnum etiam capit ira Iouem, memoresq; malorũ
 Sollicitat vindicta deos. en vltima tanti.

Pena per
 iurij.

Meta furoris adest: quo contra iura fidemque
 Iliacam rupto turbasti sædere gentem.

Transla-
 tio.
 272. 7.

Ecce suprema dies, alijs exempla sub æuum
 Venturum missura. Iouem non temnere frustra
 Fas sit, & indignos bellorum accendere motus.
 Nunc armis letare tuis: heu nobile corpus
 Turne iaces; at non tibi erit Lauinia paruo.

Nec

Nec dextra tamen Aeneae cecidisse pudebit. 409. 22.
 Nunc Rutuli hinc auferte ducē uestri: arma virūq;
 Largior, atq; omnem deslenda moris honorem.
 Sed quae Paliantis fuerant ingentia baltea 871. 9.
 Pondera, transmittam Euandro, vi solatia reso
 Haud lenia hoste ferat, Turnoq; exultet adempto. Adhorta-
 Vos memores tamen Ausonij melioribus uti. tio et cau-
 Discite bellorum auspicijs: ego sidera iuro, tione, sicut
 Nunquā acies, nunquam arma libēs in praelia moui. in. su. ar-
 Sed vestris aētus furijs defendere toto piadis bel-
 Optauit, & licuit, Troianas robore partes. lis. 24. 134
 Nec fatus plura Aeneas, se latus ad altos
 Vertebat muros, & Troia tecta petebat.
 Vnā ipsum Teucrorum omnis conuersa iuuentus
 Exultans sequitur: volucresque per arua pedum vi
 Quadrupedes citat, incusans acri ore Latinos,
 Ignauosque vocans: strepit altus plausibus aether.
 Et quamuis inhumata rogis dare corpora surgat
 Ingenscura animo, sociosque imponere flammis,
 Maius opus tamen Aeneas sub pectore voluens, Sacrificiū
 Primum aris meritos superis mandabat honores:
 Tum pingues patrio iugulant ex more iuencos:
 Immittuntque sues, niueasque in templa bidentes,
 Purpuream effuso pulsantes sanguine terram.
 Viscera diripiunt, & * casum in frustra incidant, * casum.
 Denudantq; gregē, & flammis verabusq; remittūt.
 Tum vina effundunt pateris, & dona Lyæi
 Accumulant, plenis venerantur tancibus aras.
 Thura ignes adolent: onerata altaria fumant.
 Tum plausus per tecta mouent, magnumq; conantē
 Extollunt,

extollunt, Veneremq;, & te Saturnia Iuno
 * placidam, & meliorem ingenti laude fatetur,
 Mauortemq; ipsum: tum cetera turba deorum
 In medium effertur, summis cum vocibus altos
 Perlata ad celos, ante omnes gratior vnus
 Aeneas duplices mittebat ad aethera palmas,
 Et puerum pauca ore dabat complexus Iulum:
 Nate, in quo spes vna patris, per tanta laborum
 Quem varijs actus fatis discrimina duxi,
 Ecce inuenta quies, ecce illa extrema malorum,
 Aerumnis factura modum, acceptissima semper
 Atque optata dies, quam dura in bella vocatus
 Sape tibi dijs auspicijs meminisse futuram
 Iam memini: nunc te, quum primum aurora rubebit
 Craesina, sublimem Rutulorum ad menia mittam.
 Dehinc sese ad gentem Iliacam voluebat, & alto
 Pectore verba trahens, blando est sic ore locutus:
 O socij per dura ac densa pericula vestri
 Per tantos bellorum aestus, dulcesq; furores
 Armorum, per tot hyemes, per quicquid acerbum,
 Horrendum, graue, triste, ingens, per quicquid iniquum,
 Infaustum, & crudele foret, conuertite mentem
 In melius: iam finis adest: hic meta malorum
 Stabit: & optatam Latia cum gente quietem
 Iungemus, dabit inde mihi Lauinia coniux
 Bello acri defensa Italo cum sanguine mistam
 Troianam transferre aeterna in secula gentem.
 Vnum oro socij, Ausonios communiter aequo
 Ferte animo, & vosmet socero obseruate Latino.
 Sceptrum idem sublime geret: sententia mentem

Aeneas
 consolatur
 Iulum
 per pestis
 tandem
 labostis.

Autoris.

V E G.
 Aeneas
 ad Troia-
 nos.
 Commem-
 oratio
 calamita-
 tum.

consolatio.

Hæc habet: at bello vos, & præstantibus armis,
 Discite me, & pietate sequi: quæ gloria nobis
 Cesserit, in promptu est: sed celum & sidera testor,
 Qui vos tantorum eripui de clade malorum,
 Idem ego sub maiora potens vos præmia ducam.

5 Talibus orabat, varios in pectore casus

Preteritos voluens, partamque labore quietem
 Haud paruo, nimium ardenti exundabat amore

In Teucros, grauib; tandem euasisse periculis

10 Exultans, veluti exiguis cum ex æthere gyrans

Incubuit pullis, & magno turbine miluus

Insiliens auido ore furit, stragemq; minatur:

Tum cristata ales percusso pectore mater
 Consurgit, misero notorum exterrita casus

Rostrum acuit, totisque petit conatibus hostem,

15 Et multa expulsam vi tandem cedere cogit:

Dehinc perturbatos crocitansexquirat, & omnes

Attonitos cogit pro caris anxia natis,

Et tanto ereptos gaudet superesse periculo.

Non secus Anchisa genitus mulcebat amicis,

20 Troianos dictis, antiquum corde timorem,

Flagrantesq; agitans curas, & gaudia longis

Tandem parta malis: & quæ perferre molestum

Ante fuit, meminisse iuuat, verum altior idem

Ingenti & clara Aeneas supereminet omnes

25 Virtute excellens, & pro tot numina donis

Exorat, summisq; Iouem cum laudibus effert:

Iterea Rutuli magnum, & miserabile funus,

Exanimumq; ducem tulerant sub tecta frequentes,

Correpti merore animos, largumque pluentes

V E G.

Compara
tio à mil
uo disum
pta.

Gallina.

Funus
Torni.

Hyperbo-
bole.

Imbrem oculis: & iam lato clamore Latinum
 Defessum, & varios agitans pectore casus,
 Complerant, qui postquã altos crebrescere questus,
 Et Turnum ingenti confessum vulnere vidit,
 Haud tenuit lacrymas: dehinc mœstum leniter agmẽ
 Corripui, manibus verbis silentia ponens:

compara
tio.

Ceu spumantis apri quando per viscera dentes
 Fulmineos canis exceperit præstantior omni
 Ex numero, tunc in fausto perterrita casu
 Cætera turba fugit latrantum, atque ore magistrum
 Circunstans querulo pavitat, magnoq; vlulatu
 Infremit: ac commota manu, dominiq; iubentis
 Ore silet, gemitumq; premit, si seq; coerces:

Latinus
Rex Sen-
tentia de
plorãs in
constantẽ
fortunaẽ
aleam.
Exagge-
rat regno
rum incõ
moda &
calamita-
tes.

Haud alter Rutuli suppressa voce queruntur.
 Tunc sic illacrymans rex alto corde Latinus
 Verba dabat, Quantos humana negotia motus,
 Alternasque vices inscens? quo turbine fertur
 Vita hominum? ò fragilis damnosa superbia sceptri,
 O furor, ò nimium dominandi innata cupido,
 Mortales quo cæca vehis? quo gloria tantis
 Inflatos transfers animo quæsita periculis?
 Quot tecum insidias, quot mortes, quanta malorũ
 Magnorum tormenta geris? quot tela, quot enses
 Ante oculos (si cernis) habes? heu dulce venenum,
 Et mundi lethalis honos heu tristitia regni
 Munera, quæ haud paruo constant & grãdia rerum?
 Pondera, quæ nunquam placidã permittere pacem,
 Nec requiem conferre queant heu sorti, acerba
 Et misera regale decus, magnoq; timori
 Suppositos regum casus, pacisq; negatos?

Quid

conuersio
ad Turnū.

Quid Turne ingenti Ausoniam mouisse tumultu,
Et dura Aeneadas turbasse in bella coactos,
Quid iuuat, & violasse sacra promissa quietis
Pignora? quæ tibi tanto animo impatientia venit,

* quò

3 Vt Martem cum gente deum iussuq; tonantis
Huc vexta gereres, & nostri pelleret tectis
Vltro instans velles natæq; abrumpere fœdus
Pollicita genero Aeneæ, & me bella negante
Dura mouere manu? quæ tanta insania mentem

pnævoi
lat
ris, fœde-

01 Implicuit? quotie te in fœui Martis euntem
Agmina, sublimemq; in equo, & radiantibus armis
Tentavi reuocare, & iter suspendere ceptum
Corripui, & pauitans cedentem in limine frustra?
Inde ego quanta tuli, testantur mœnia tectis

Ab incom
modis.

45 Semirutis, magniq; albentes ossibus agri,
Et Latium toto vacuatum robore, & ingens
Exitium, fluuuiq; humana cæde rubentes,
Et longi trepidiq; metus, duriq; labores,
Quos toties senior per tanta pericula cepi.

Parhos
M. uet cō
miseratio
nem dum
communi
feitur quā
tos dolo
res patet
Turni ac
cepturas
fit.

20 At nunc Turne iaces, ubi nam generosa iuuentæ
Gloria & excelens animus? quò splendidus alte
Frontis honos? quò nā illa decens, & frontis imago?
Ab quantas Dauno lacrymas, acresq; dolores
Turne dabis? quanto circumstetit Ardea fletu?
Sed non degeneri & pudibundo vulnere fossum
25 Aspiciet: saltem hoc miseræ solamen habebit
Morti, vt Aeneæ Troiani exceperis ense.

Hæc fatus, lacrymisq; genas impleuit obortis,
Tum sese ad turbam uolens miserabile corpus
Attolli, & caram mesti genitoris ad urbem.

Deferri.

Deferrī, atq; pios fieri mandabat ho nores.
 Mox circumfusi Rutuli lato agmine casum
 Sublimem ingenti iuuenem posuere pheretro,
 Multa super Teucrum raptorum insignia secum,
 Et galeas, & equos, ensesq;, & tela ferentes: 5
 Post currus Prygia sudantes cæde sequuntur.

Equus
 Turni Me-
 tiscus au-
 riga Tur-
 ni, 4 33.
 21.

It lacrymās, & ducit equum doctā arte Metiscus
 Rorantem, & fletu madidum: qui vexerat antè
 Victorem Turnum, atque hostili strage furentem.
 Hinc alij aduersa arma gerunt: tum cetera pubes 10
 Flens sequitur, largisque humectat pectora guttis.

Et iam fessi ibant, per muta silentia noctis,
 Cædentes sese: gressumque in tecta Latinus
 Flexerat, ingenti turbatus funere mentem.

Incendiu
 Ardea.

Vna omnes lacrymas matres, puerique, senesque, 15
 Fundebant, mestam implentes mugitibus urbem.

Inscius at, tantos Daunus superesse dolores,
 Et natum extremo consumptum Marte, superbam
 Effudisse animam, largisq; ad mœnia duci
 Cum lacrymis, alios gemitus curasque fouebat. 20

Nanque ex diuersa caderent dum parte Latini,
 Et calido Turnus sedaret sanguine terram:
 Urbem ingens flamma & muros inuaserat altos,
 Fumabatque erutis miseri patris Ardea tectis,
 Et tota in cinerem vergebat, & astra fauillæ 25
 Altiolæ implebant: nec spes plus ulla salutis.

310. 21.

Sine quidem sic Dūs placitum est, seu præscia Turni
 Signum ut fata darent horrendo Marte perempti.
 Extemplo concussi animos, turbataque ciues
 Pectora cædentes, miserandę sortis iniquum

Defle-

Deslebant casum, longoq; ex ordine matres,
 Atq; avidos totis fugiebant viribus ignes
 Ac veluti cum nigra cohors posuer e sub alta
 Arbore, & in fissa radice cubilia longo
 Formicę instantes operi: sin dura securis
 Incumbat, versoq; infringat culmine paruas
 Sæua casas: mox certatim sese agmine sparsa
 Corripiunt, mestæq; fuga, trepidæq; feruntur.
 Et velut igni tum testudo eversa calorem
 Cum sensit luctata, pedibusq; renitens
 Caudam, agitantq; caput magna vi cedere tentat:
 Aestuat, & multo insidias conamine miscet:
 Haud aliter miseri per tanta pericula ciues
 Iactabant sese, & turbata mente ferebant.
 Ante omnes senio confectus ad æthera voces
 Fundebat querulas Daunus, superosq; vocabat.
 Tum verò è medijs visa est consurgere flammis,
 Percussisq; ales volitare per aera pennis,
 Indicium, nomenq; vrbis versæ Ardea seruens:
 Et cui sublimes stabant in mœnibus arces,
 Mutata effusis nunc circumlabitur alis.
 Attoniti nouitate omnes, monitisq; deorum
 Haud paruis confusi humeros atq; ora tenebant,
 At Daunus patriæ ardenti concussus amore
 Eversa, duos gemitus sub corde premebat.
 Hec inter magno volitans prænuntia motu
 Famaruit, latisq; animos clamoribus implet,
 Aduentare nouum multo cum milite funus,
 Et Turnum examinem, & lethali vlnerè victum.
 Mox turbati omne nigras duxere frequentes
 Incensas

compara
 tio à for-
 micis sū-
 pra.

casas vox
 caracte-
 ris buco-
 lici, non
 heroici,
 compara-
 tio ultio-
 ra.
 Adapta-
 tio.

Augusti
 finitrum
 Ardee ur-
 bs in a uē
 sui nomi-
 nis.

Fama:

Incensas ex more faces; ardentibus agri,
Collucet flammis, dehinc se venientibus addunt,
Quos postquam toto videre ex agmine matres,
Percussis vocem palmis super aethera tollunt.

At Daunus, cari ut patuerunt funera nati,
Substitit; & demum ingenti correpta dolore
Ora mouens, medium sese furibundus in agmen
Proripuit, Turnumq; super prostratus & hrens,
Cum primum fari potuit, sic edidit ore:

Nate patris dolor, & fessæ miseranda senectæ

Raptâ quies, pro me tantis iactare periculis

Duxisti, & senis tandem deu. Et sub armis?

Quò tua me præstans animi constantia vexit?

Hic claræ virtutis honos? hæc gloria sceptri?

Hoc magni decus imperij? talesne triumphos

Nate refers? hæc illa quies promissa parenti

Afflicto toties? hæc meta optata laborum?

Heu miserum, quàm præcipites labentia casus

Secla agitant quanto voluuntur fata tumultu

Qui iam sublimes referebas clarus honores,

Et magnus toto in Latio: quem Troes in armis

Horrendum, & trepidi toties sensere furentem:

Nunc mi turne iaces, miserandum & flebile corpus

Iam mutum est sine voce caput: qua pulchro alter

Non fuit in tota Ausonia, nec gratior ullus

Eloquio, nec quis positus ingentior aruis.

Nata ubi forma nitens? niueaq; in fronte serenus

Ille decor, dulcisq; oculorum aspectus, & alte

Syderis ceruicis honos? his gloria Martis

Contigit auspicijs? tali redituræ paratu

Discedens

Incensas
Collucet
Quos postquam
Percussis

At Daunus
Substitit
Ora mouens
Proripuit
Cum primum

Nate patris
Dolor
Raptâ quies
Duxisti
Quò tua me

Exclama
Hic claræ
Hoc magni
Nate refers
Afflicto toties

Heu miserum
Secla agitant
Qui iam sublimes
Et magnus
Horrendum
Nunc mi turne

A natura
do usqu
bus præ
ditus erat
Turpis
Patentia
do huma
na.

Discedens voluisti auidis te credere bellis?
 Heu mortem inuisam? quæ sola vlticibus armis
 Elatos frenas animos, communia toti
 Genti sceptrâ tenens, æternaq; fœdera seruans:
 Quæ magnos paruosq; teris: quæ fortibus aquas
 Imbelles, populisq; duces, seniumq; iuuentâ.
 Heu mortem obscuram? quæ causa indigna cœgit
 Eripere, atque meum crudeli vulnere natum
 Afficere? ô felix tam gratæ cœdis Amata
 Successu letare tuæ: quæ tanta dolorum
 Fugisti monimenta, grauisq; immania casus
 Pondera. quid misero genitori plura paratis
 O superi? natum rapuistis: & Ardea flammis
 Consumpta, in cinerê uersa est, nunc æthera pennis
 Verberat, ab me Turne tua plus cede cruenta.
 Decrat adhuc fors ista patris suprema senectâ.
 At verò tali se res cum fœdere versant,
 Ut quem infesta fures miserum fortuna moratur,
 Illum omni petat infrendens, & turbine cogat.
 Dixerat, & multa illacrymâs largo ora rigabat
 Imbre, trahens duros gemitus, rapidosq; dolores:
 Qualis, ubi incubuit validis Iouis unguibus ales,
 Et paruum effuso diuulsit sanguine fœtum,
 Cerna videns miseri turbatur; funere nati.
 Postera lux latum splendore impleuerat orbem:
 Tunc pater infractos fatali Marte Latinus
 Defecisse uidens Italos, totamq; potenti
 Cedere fortunam Aeneæ, bellique tumultum:
 Ingentesq; animos curas, & fœdera uolvens
 Connubij promissa, suæ natq; hymenæos,

Apoptro-
 phen ad
 mortem.

Cōuertit
 sermonē
 ad super-
 ios.

V E G.

cōparatio

Oratores
ad Aeneā
mittuntur,
& mille
viris

Præstantes vocat electos ex agmine toto
Mille viros, qui Dardanium comitentur ad urbem
Spectatum virtute ducem: iungitq; togatos
Multa oratores memorans, & euntibus ultro
Imperat, vt quando auspicijs monitisq; deorum
Troianam m' scere Italo cum sanguine gentem
Expediat, placido intersint animoq; reuisant,
Aeneadasq; vehant alta intra mœnia læti.
Interea ipse urbem labefactam & vulgus inermem
Componit, solidatq; animos, requiemq; futuram
Spondet, & æternam ventura in secula pacem.
Inde iubet meritos turba plaudente triumphos,
Sublimesq; domus fieri regalīs honores:

Atque alacris monet, vnanimes vt fronte serena
Occurrant genero venienti, & pectore toto
Excipiant gentem Iliacam, magnisq; receptent
Plausibus, optataq; effundant pæis amores.
Iamq; instructa cohors Teucrorū castra subibat.
Cincti comas ramis oleæ, pacemq; rogabat:
Quam bonus Aeneas ad se intra regia duci
Teſta iubet, causamq; viæ placido ore requirit.

Drances
Ad Aeneā

Tu uic senior sic incipiens ardentia Drances
Verba mouet, nimium crepti pro funere Turni
Exultans: O Troianæ dux inclyte gentis,

excusatio

Gloria spesq; Phrygum, quo nec pietate, nec armis
Maior in orbe fuit: victi obtestamur, & omnes
Iuramus diuosque deasq; inuitus in unum
Conflatum vidit Latium & temerata Latinus
Fœdera, nec Phrygios vnquam turbauit honores:
Quin natæ, quando superum sic vota ferebant,

Commo

Connubia, & generum magno te optabat amore.
 Sed quicquid tanto armorum flagrantem tumultu,
 Tatorum furisq; operum, atq; laboribus actus est,
 Id rapidus Turni & stimulis incensus iniquis,
 Confectusq; odiis furor attulit: ille negansq;
 Inuiusq; dedit Latias in praelia gentes.
 Illum omnis conuersa cohors poscebat, vt armis
 Cederet, & magnum sineret succedere partem
 Connubijs Anchisiaden. inde optimus ambas
 Iungebat palmas defessa etate Latinus
 Infractus, nimioq; ardentem Marte rogabat,
 Nec nostrae potuere preces inflectere durum,
 Nec diuum portenta animum: quin acrius ignem
 Spumabat ferus ore vomens, bellumq; ciebat.
 At verò dignum inuenit pro talibus ausis
 Exitium, qui te tandem victore momordit
 Nigrantem prostratus humum: nunc improbus edes
 Tartareas visurus eat, quæratq; sub imo
 Nunc alias Acheronte acies, aliosque hymenæos.
 Tu melior succede bonis Laurentibus hæres:
 In te omnis domus & fessi inclinata Latini
 Spes iacet: unum omnes Itali super aurea mitti
 Sydera, & ingentem bello, & cælestibus armis
 Extollunt: & vera canunt præconia voces.
 Te grauium veneranda patrum, consultaq; turba,
 Inualidiq; etate senes, te læta iuuentus,
 Et cupidae matres, pueri, innuptæq; puellæ
 Vnanimis equo ore volunt, Turnumq; sub arma
 Exultant cecidisse tuis: te tota præcatur,
 Ausonia, & claris præstantem laudibus effect.

Reijcit in
 Turnum
 belli cau-
 sas.

Pœna ru-
 ptæ fœde-
 ris.

Narratio
 continens
 præcatio-
 nem.
 420. 5.
 Amplifi-
 catio lau-
 dum Ae-
 necæ.

In te unum conuersi oculi, pater ipse Latinus
Iam senior sola hęc longuę munera vitę,
Qui quātam tibi iungat, habet, generiq; nepotē
Troiano Italo admistos in secula mittat.

Epitogus

V E G.

Ergo age magne veni Teucrorum ductor & alba
Ingredere, et celebres cape quos spōdem⁹ honore.
Fiuierat, cun ūtiq; eadem simul ore fremebant.
Quos pius Aeneas hilari cum fronte receptos
Prosequitur paucis, & amico pectore satur:

Aeneas
ad orato-
res Lati-
ni.

Nec vos, nec placita solitum sub pace Latinus
Arguerim; verum infesti violentia Turri
Tātū opus, haud dubito, et tāti discrimina Marti
Conciuit; inuenilis enim plus laudis amore.

Annuit
Aeneas.

Quicquid id est tamen Ausonū, nil pacta recuso
Connubia, & sanctam æterno cum federe pacem
Iungere. rex idem imperium & venerāda tenebit
Sceptra fover, statuentq; mei mihi mœnia Teucris
Et nomen nata vrbis erit: sociosq; penates
Adjiciant: vos communes in secula leges,
Concordesq; ingenti animo mittetis amores.
Interea quod restat adhuc, imponite flammis
Corpora, quę duri miseranda insania belli
Arripuit: dehinc cū primū iam crastina surget
Clara dies, luri Laurentia tecta petemus.

V E G.

Dixerat, & tanto affatu conuersa tenebant
Ora simul stupefacti omnes, & apertius ingens
Mirantes pietatis opus. Mox robore toto.

Cōbuntur
socij.

Congestas rapuere pyras, ignemq; repostis
Ciuibus immiserē: altumq; sub æthera fumus
Euolat, atq; atris cælum sublime tenebris

Condi-

Conditur, innumeras ex omni rure bidentes,
 Glandiuorosq; sues iugulant, pinguesq; iuuenecos
 Immittuntq; rogis: latos incendia campos
 Enudant: fremit impulsus clamoribus aer.

Iaq; sequēs clarū extulerat lux aurea Phebū:
 Tunc Teucris, Auloniq; omnes misto agmine lati
 Consedere in equis, & gressum ad tecta mouebant
 Laurenti, atq; altis erectam mœnibus urbem.

Ante omnes pius Aneas, post ordine Drances
 Multa duci senior memorans, dehinc vnica proles
 Ascanius, multumq; animi maturus Aethes,
 Et grauis Ilioneus. Mnestheusq; acerq; Sereflus,
 Sergeflus, fortisq; Gyas, fortisq; Cloantus:
 Post alij, mistimq; Itali Teucricq; sequuntur.

Iterea effusi stabant per mœnia ciues,
 Sublimesq; alta statuebant laude triumphos
 Troianam cupido expectantes pectore turbam.
 Et iam aduentabant: quos læta fronte Latinus
 Occurrens magna excepit comitante caterua.

At postquã medio venientem ex agmine vidit
 Dardanium Aeneam, haud vera illusit imago.
 Nanq; omnes superexcellens atque altior ibat,
 Et latè regalem oculis spargebat honorem

Sydereis. Tunc cum primum data copia fandi est,
 Et voces capere, atque optatas iungere dextas,
 Incipit, & prior affatur placido ore Latinus:

Venisti tandem, cupidum nec fixa fefelicit
 Spes animum, lux Troianæ clarissima gentis:
 Magnorum quem iussa deum tot casibus actum
 Italia, & nostris voluerunt sistere tectis.

roiani
 a cedunt
 ad mœnia
 Latini.

118. 120
 131.

Aeneæ de
 scipio.

Aeneæ &
 Latini cõ
 gressus.
 Latius
 ad Aeneæ

Quamquã humana furēs nimis aUSA licētia sãctis
 Turbarit leges, & diuum exciuerit iras:

Quinetiam inuitum toties, meq; arma negantem
 Tradiderit duri perferre pericula Martis.

Factum etiam: sed nec paruo sat numina iustis
 Indignata animis misere vlticia pœnas.

Mortatio.

Nunc age magne Phrygũ ductor, quãdo omnis erit
 Seditiois, abest, & tanti criminis autor,

Connubijs succede, & promissis hymenæis
 Sunt mihi regna: manent erectis oppida muris.

Sola autem fessæ spes vnica nata senectæ,
 Te generum, & natũ tempus complector in omni.

VER.
 AENEAS
 ad Lati-
 num.

Quẽ cõtra bonus Aeneas, Rex maxime nullum
 In te horum caussam armorum tantiq; tumultus

Crediderim, placidã aßueto sub tempore pacis.
 Et si qua est, pone hãc curam pater optime quas

Nũc adsum: & patrẽ, & socrũ te lætus in omni
 Accipio casus, magni mihi surgit imago

VER.

Anchisæ, & rursum ardebo genitoris amore.
 Talibus orabant inter se, & tecta subibant

Regia, cum studio effusæ matresq; nurusq;
 Longæuiq. patres stabant, iuuenumq; cohortes

Pulchra reuisentes Troianę corpora gentis,
 Ante omnes magnum Aeneam, cupidoq. notabile

Compara-
 tio.

Altum animo genus, & præstãtẽ frõtis honorẽ
 Quæsitamq. alacres pacemq. optata quietis

Munera laudabant. ceu quando longus, & ingens
 Agricolas tenuit resolutis nubibus imber

Suspensos, curuumq. diu requieuit aratrum,
 Tunc si clarus equos spatiofo limine Titan

Laxet, & aurato cælum splendore serenet:
 Letitia exundant, & sese hortantur agrestes.
 Non secus Ausonij tam læto in tempore rerum
 Composuere animos, & iam rex alta Latinus
 Atria regalesq; aditus intrat, & unâ
 Optimus Aeneas: sequitur quem pulcher Iulus,
 Debinc Itali, mistiq; Phryges: tum splendida læto
 Applausu, & magno completur regia cætu.
 Hæc inter matrum innumera nuruumq; caterua
 In medium comitata venit Lauinia virgo,
 Sydereos deiecta oculos: quam Troius heros.
 Virtute, & forma ingentem, mirabile dictu,
 Vt vidit, primo aspectu stupe factus inhaesit,
 Et secum Turni casus miseratus acerbos,
 Qui haud parua spe ductus ouas in prælia tantos
 Ciuiset motus, durisq; arsisset in armis.
 Tum verò æterno iunguntur federo nexu,
 Connubij multaq; canunt cum laude hymenæos.
 Debinc plausus fremitusq; altum supe aera mittit,
 Et lætam vocem per regio tecta volutant.

Lauinia.

Lauinia
in Vxorē
datur Ae-
neæ.

At fidum interea Aeneas affatur Achaten,
 Vadat, & Andromachæ quoddam data munera ue- 180.20.
 Intextas auro ferat, & quod sepe solebat, (stes
 Dum res Troiana stabant, circumdare collo Munera.
 Auratum gemmis circumseptumq; monile:
 Prætere magnum cratera, in pignus amoris,
 Quem Priamus patri Anchise donauerat olim.
 Nec morâ, iussa sequens pulcherrima portat Acha
 Munera, tunc sacer ingentem cratera Latinus (tes
 Donatum capit: at coiuæ Lauinia vesles,

Atq; monile decens, placido dehinc pectore sese
Demulcent, variisq; trabunt sermonibus horas,
Et iam tarda repulas fugientis tempora lucis
Poscebant: mox regali conuiuia luxu

291. 10.

Appara
tus con-
uiuij.
Crystal-
lus.

Minus. 2

Ius.

Effundunt, latosq; alta intra tecta paratus.
Conuenere, omnes strato discubere in ostro
Delicijs iussi, & dapibus se inferre futuris.
Dat manibus crystallus aquas: mensisq; reponit
Flauentem Cererem, tum lata fronte ministri

Innumeri magno distinguunt ordine curas:
Pars dapibus reficit mensas: pars pocula miscet,
Gratesq; replet, nunc hac, nunc voluitur illac
Turba frequens, varios miscentq; per atria motus
At puerum pater immotis spectabat Iulum
Luminibus, vultum admirans moresq; Latinus,
Et grauiter puerili ex ore cadentia verba,

338. 4.

Minus. 2

Sic ut ni

- 24 1074

. 202

Maturūq; animum ante annos, & multa rogabat,
Permistas referens voces, dehinc oscula figens
Dalcia, complexum manibus iunctumq; fouebat,
Et nimium exultans, felicem & munere diuum
Donatum Aeneam pro tali prole ferebat.

F. 100. 122

135. 9. 308

25

confabu-

facur post

epulas ex

Iidiū Tro

iæ narrat

Aeneas

Postquā epulis compressa fames, traducere lōgā
Incipiunt fando, & labentem fallere noctem,
Nunc duros Troiæ casus, gentesq; Pelasgas,
Nunc fera Laurentis memorantes prælia pugne,
Quo primum diffuse acies, quo tela vicissim
Pulsa loco, qui primus ouans inuasit agmen,
Fulmineusq; ardens in equo madefecerit enses,
Præcipuè Tro: Aeneas, seniorq; Latinus

Sic Euan
deus. 33. 3

Magnorum herorum, Latūq; antiqua potentis

Gesta

Gesta recensabant, fugientemq; horrida nati
 Arma sui Saturnum Italis latuisse sub oris,
 Hinc Latium dixisse, gentesq; in montibus abis
 Composuisse vagum, legesq; & iura dedisse,
 Et Bacchi & frugum cultus, dehinc recta secutu
 Esse paterna Iouē, viq; Electra Atlāide cretus
 * Iasio Idæostaso Phrygiā isset ad urbes
 Dardanus, ex Chorito multa cum gēte profectus,
 Utq; insignem aquilā dono & Ioue patre superbus
 Hectoreæ gentis signum, illustresq; tulisset
 Primus anum titulos, Troianæ stirpis origo.
 Talibus atq; alijs inter se longa trahabant
 Tempora, tum fremitus lætæq; per atria voces
 Alta volāt, strepitu ingenti rectū omne repletur.
 Dant lucem flammæ, lato splendore coruscant.
 Consurgunt Phryges, & cithara resonāte sequunt
 Ausonii, & plausum ingemināt, seq. agmine toto
 Permiserunt, variantq; pedes, rapimq; feruntur.
 Et iam fessa nouem largo coanubia luxu
 Atigerant celebrata dies, tum maximus heros
 Aeneas urbem curuo signabat aratro,
 Fundabatq. domos, & amictas aggere fossas
 Ecce autem fatum haud paruū, diffundere flāmā
 Ingentem, & fulgore leuicm, & se nubibus altis
 Miscentem, summo Lauinia vertice uisa est.
 Obstupuit pater Aeneas, duplicesque tetendit
 Ad cælum cum uoce manus, Si Iuppiter unquam
 Gens monitis Troiana tuis terraq. mariq.
 Paruit, imperijsq. libens, si numina, uestras
 Si metui coluiq. aras, per si quid agendum est,

Quod

313. 10.

Latium

313. 14.

Troiane
betis ori

* Iasio

313. 14.

choræ.

Per nouē

dies cele-

brata con-

nubia.

Aeneas de

signat ut

bera ara

tro.

Idem in

æde Laui-

niæ cōti-

gisse Vir-

gine moras

29. 1. de

Alano.

Aenea

preces ad

Iouem.

Quod restat, placidam felici afferte quietem.

Augurio, & si firmate, malisq; imponite finem.

Talia iactantem circumstetit aurea mater

Se Venerem confessa, almo, & sic edidit ore:

Gnate animo pone hanc curam, & meliora capes

Signa deum, gaudesq; bonis succede futuris.

Nunc tibi parta quies: nunc meta extrema malore

Nunc tandem optatam componunt secula pacem.

Nec flammam ad caelos perlatam è vertice cara

Coniugis horresce, ac constantem dirige mentem.

Nanq; erit illa tuum celebri quæ sanguine nomen

Troianosq; auctura duces ad sidera mittat:

Hæc tibi magnanimos sublimi prole nepotes

Conferet, egregijs totum qui laudibus orbem

Complebunt, totumq; sua virtute potentes

Sub iuga, victoresq; trahen, quos gloria summo

Oceanum transgressa ingens æquabit olympo:

Quos tandem innumera ardens post illustria rerum

Gesta deos factura rebet super æthera virtus.

Hanc flammam ventura tuæ præconia gentis

Designant: hoc omnipotens è culmine signum

Sydereo dedit, at tantarum in munere laudum,

Quam statuis, dicas à nomine coniugis urbem.

Præterea sacros Troia ex ardente penates

Ereptos compone noua intra mœnia, & altos

Infer ad æternum mansuros tempus honores

Hi (tibi mira seram) tãto urbis amore trahentur,

Vt velli ad sedes alias loca prima Latini

Sponte sua repetant iteramq; iterumq; reueſi.

O felix, quem tanta manent? dehinc pace tenebit

Venus cõ
solatur
Aeneam, a
promittit
que im-
mortalita-
tem

Exponit
prodigiũ.

424.26.
Urbs de
nomine
vxoꝝis La-
minia dici-
tur.

Sub placida gentem Iliacam: post fessus, & auro
 Confectus tandem Elysiis socer ibit ad umbras
 Succedes sceptro, atq; Italis dominabere leges
 Communes Teucrisq; ferens: tum letus ad altum
 Temittes cælum. sic stat sententia diuum.
 Dixit, & inde leues fugiens se vexit ad auras.

Aeneas tanto stupefactam numine mentem
 *Percussus, diuæ peragit mandata parentis.
 Et iam compositos felici in pace regebat
 Dardanidas: & iam decedens sceptrâ Latinus
 Liquerat, & pius Aeneas successerat: omnem
 Ausoniam, latamq; potens dititione tenebat.
 Iam paribus Phrygès atq; Itali se moribus vltro
 Et socia ingeni firmabant pectorâ amore,
 Concordiq; æquas miscebant fœdere leges.

Tum medio Venus exultans se immisit olympto
 Ante Iouem, & complexa pedes sic ore locuta est:
 Omnipotens genitor, qui solus ab æthere summo
 Cuncta moues, qui res hominum curasq; recenses,
 Dum Teucros iraheret fortuna inimica, recordor,
 Spondebas finem ærumnis rebusq; salutem.

Nec tua me promissa pater sententia fallit:
 Nanq; omnes gaudere sacra tres pace per annos
 Viderunt Itale nullo discrimine partes:
 Verùm ad syderei missurum culmina cæli
 Pollicitus magnum Aenem, meritum; ferobas
 Illaturum astris: quid nunc sub pectore versas?
 Iamq; optat matura polos Aenei a uirtus.

Olli hominũ sator atq; deum dedit os: ula, ab alto
 Pectore verba ferens: Quantum Cytherea potèrè

Aeneam,

V E G.

*Percus-
sus.

Latinus
moritur.

Precati
Veneris
ad Iouẽ,
vt ad astra
recipiat.
Aeneam q

V E G.
Iupiter
Veneri:

*Aeneam, Aeneadasq; omnes infessus amant,
 Et terra, & pelago, & per tanta pericula vestos,
 Nosti, & sepe equidem indolui commotus amore
 Gnata tuo tandemq; malis Iunone secunda
 Imposui finem, nunc stat sententia menti,
 Qua ductorem alto Phrygium succedere caelo
 Institui, & firma est numeroq; inferre deorum
 Constat, & id concedo libens. tu, si quid in ipso
 Mortale est, adime, atque astris ingentibus adde,
 Quin si alios sua habet virtus, qui laude perenni
 Accingent sese, gestis praestantibus orbem.*

V E G.

Exorment, illos rursus super aëra mittam.

*Assensere omnes superi, nec regia Iuno
 Abnuvit, at magnum Aeneam suadebat ad altum
 Efferrī cœlum, & voces addebat amicas.*

Venus de
 mittit se.
 Numicus
 Virgilio,
 279.10.
 282.22.
 301.7.

*Tum Venus aërias descendit lapsa per auras,
 Laurentiumq; petit, vicina Numicius undis
 Flumineis ubi currit in æquora arundine rectus
 Tunc corpus nati abluere, & deferre sub undas
 Quicquid erat mortale, iubet, dehinc lata recentē
 Felicemq; animam secum super aëra duxit,
 Immisitq; Aeneam astris, quem Iulia proles
 Indigerem appellat, templisq; imponit honores.*

Aeneas in
 digetisno
 men for-
 titus est,
 Ad Metā
 mor. 14.



ADVE-

ADVENEREM VOTVM

VIRIGILII PRO

Sulcepta Aeneide.

SImibi susceptum fuerit decurrere munus, 264. 19.
O Paphon, ò sedes quę oculis Idalias,
Troius Aeneas Romana per opida digno
Iam tandem vt tecum carmine vectus eat: 131 2. 257
3. 182. 1.
Nō ego thure modò, aut picta tua templa tabella 55. 1.
Ornabo, & puris ferta feram manibus:
Corniger hor aries humilis, & maxima taurus 54. 1.
Victima sacratos tinget honores focos.
Marmoreusq; tibi, aut di gne honoribus ales
In morem picta stabit Amor pharetra.
Adsis ò Cytherea, tuus te Caesar olympo
Et Surrentini Littoris ora vocat.

INCERTI AVTORIS

DE VIRGILIO.

eli* RhoP
chlygius
li. 16. c. 20
Virgi'io
adscribit.

MAeonium quisquis Romanū nescit Homerū,
Me legat, & lectum credat vtrunq; sibi.
Illius immensos miratur Gręcia campos:
At minor est nobis, sed bene cultus, ager
Hic tibi nec pactor, nec curuus deerit arator.
Hęc Graijs constant singula, trina mihi.

Buc 6.
G ollea
Scorgica

ADVENERUNT

AD

AD

AD

AD

AD

AD

AD

AD

AD

AD

AD

AD

AD

AD

AD

AD

AD

AD

AD

AD

AD

AD

AD

AD

AD

P. VIRGILII MARONIS
BUCOLICON, GEORGICON,
& AENEIDOS vocum omnium,
ac rerum sylvarum

INDEX CERTISSIMVS, 2^{VO}
Nicolaus Erythraeus I.C. in conscribendis suis
de lingua Latina libris annos iam
multos vitur.

A 5, 19, 10, 1, 19, 15, 21, 29, 22, 28,
29, 7, 33, 17, 37, 58, 39, 23, 45,
21, 46, 21, 57, 8, 59, 15, 17, 69, 14, 70,
5, 80, 29, 87, 14, 92, 22, 97, 2, 98, 21,
que. 101, 7, 204, 17, 111, 19, 113, 30,
114, 30, 117, 12, 120, 6, 24, 123, 16, 17,
125, 21, 128, 21, 132, 2, 135, 16, 136, 9,
137, 8, 143, 29, 145, 21, 146, 26, 149,
24, 150, 10, 151, 15, 152, 11, 153, 6,
157, 9, 17, 167, 22, 168, 28, 169, 17,
170, 6, 175, 23, 176, 3, 182, 14, 185,
27, 187, 15, 191, 1, 196, 26, 201, 27,
215, 7, 217, 19, 23, 228, 16, 20, 229, 18,
237, 1, 219, 9, 247, 28, 254, 23, 256,
26, 260, 10, 277, 29, 279, 2, 283, 5,
298, 8, 304, 12, 307, 1, 309, 18, 313,
22, 325, 28, 338, 15, 346, 19, 347, 26,
364, 23, 382, 1, 401, 22, 405, 30, 411,
23, 425, 21

AB 18, 18, 3, 38, 4, 16, 8, 25, 10, 24, 22,
27, 24, 26, 30, 24, 47, 12, 18, 22, 28,
25, 27, 26, 32, 4, 39, 8, 42, 3, 45, 28,
46, 7, 49, 17, 50, 28, 65, 22, 68, 24, 69, 9,
73, 28, 74, 7, 77, 2, 83, 14, 84, 26, 90,
10, 93, 15, 96, 0, 27, 100, 17, 111, 1,
10, 114, 26, 116, 16, 121, 3, 123, 14,
15, 17, 18, 25, 26, 127, 11, 130, 4, 131,
2, 132, 18, 137, 2, 138, 17, 139, 11,
240, 37, 146, 10, 18, 165, 12, 167, 25,

171, 17, 179, 15, 182, 11, 183, 18, 186,
5, 191, 25, 197, 14, 201, 2, 23, 208, 10,
211, 7, 214, 4, 215, 1, 216, 16, 219, 17,
223, 21, 227, 20, 228, 24, 230, 1, 231,
24, 237, 29, 240, 22, 241, 20, 245, 15,
246, 27, 247, 23, 251, 14, 256, 15,
257, 28, 275, 15, 276, 23, 278, 6, 18,
279, 11, 13, 22, 280, 21, 281, 19, 29,
283, 20, 284, 19, vsque 30, 285, 1,
289, 24, 290, 24, 296, 7, 298, 4, 299, 3,
300, 10, 302, 1, 306, 16, 307, 13, 313,
10, 316, 19, 318, 1, 2, 319, 28, 320, 5,
22, 323, 10, 328, 28, 331, 14, 28, 335,
18, 340, 8, 341, 20, 344, 13, 349, 7,
350, 1, 353, 12, 356, 21, 359, 29, 360,
21, 361, 7, 22, 362, 1, 268, 8, 370, 27,
375, 9, 381, 22, 392, 17, 394, 9, 396,
14, 24, 398, 21, 403, 12, 410, 24, 27,
411, 16, 413, 15, 415, 6, 421, 16, 428,
4, 431, 28, 433, 2, 438, 9, 27, 444, 13,
446, 10, 19

Ab integro nascitur 10, 21
Ab vsq; Pachyno prospexit 284, 9
Abacta 316, 8
ABAS 115, 7
ALBAS toruus 361, 13
ABANTEM 369, 30
ABANTIS 174, 4
ABARIMq; 339, 7

A

Abde

- abde 70, 17
 abdiderat 156, 10
 abdidit 81, 23, 113, 6, 155, 19, 373, 19, 413, 23
 abdit 87, 17
 abditaque 347, 2
 abducere 5, 19, 358, 12
 abducite 184, 19
 abducta 285, 22
 abductis 48, 11
 abduxerat 83, 24
 abduxere 227, 30
 abeat 20, 30, 50, 24
 aberat 2, 18
 aberit 246, 21
 aberio 157, 26
 abessem 211, 27
 abesset 305, 20
 abest 69, 9, 130, 20, 366, 18, 358, 18
 abesto 387, 7
 abeunt 179, 20
 abeuntibus 117, 22
 abfore 307, 18
 abfuit 291, 8
 abi 398, 29
 abibat 149, 28, 284, 12
 abibis 256, 5, 299, 3
 abibit 100, 24, 223, 27
 ABYDI 38, 11
 abiectum 380, 9
 abies 21, 10, 51, 13, 305, 22
 abiete 235, 25, 408, 30
 abiete costas intexunt 137, 16
 abietibus 350, 7
 abijisse 138, 1
 abire 198, 17
 abiret 382, 13
 abis 159, 21, 219, 4, 8, 415, 8
 abit 75, 6, 125, 1, 218, 28, 224, 10, 341, 19, 351, 3
 abito 214, 6
 abitum 309, 25, que, 340, 13
 abiungens 84, 29
 abiurataque 311, 14
 ablata 173, 6
 abluam 211, 30
 abluero 161, 6
 abluta 335, 1
 abnegat 82, 27, 158, 13, 288, 24
 abnuat 192, 24
 abnueram 356, 1
 abnuat 231, 13
 abolere 86, 11, 135, 6, 205, 23
 aboleri 413, 2
 abolefecit 282, 12
 abreptum 209, 6
 abreptas 114, 24
 abrumperere 210, 7, 321, 30, 344, 10
 abrumpat 85, 11, 166, 13, 202, 4
 abrumpunt 331, 21
 abruptus 76, 10, 171, 7, 403, 5
 abrupto 433, 7
 abruptum 178, 20, 209, 6, 441, 3
 abscessu 370, 18
 abscedit 178, 16
 abscondens 49, 23
 abscondere 236, 17
 abscessa 208, 26
 abscondantur 38, 25
 abscondere 86, 9, 200, 13
 abscondimus 174, 9
 absens 191, 23, 201, 30, 339, 14
 absentem 191, 23, 340, 22, 477, 14
 absentes 329, 26
 absenti 283, 30, 334, 28
 absint 80, 16, 87, 13
 absistamus 339, 18
 absiste 256, 29, 303, 30, 316, 4, 400, 11, 440, 22
 absistere 396, 10
 absistit 117, 18, 294, 30
 absistite 252, 9
 absistunt 421, 17
 absit 358, 18
 abstinuit 154, 10, 295, 8
 abstracta 311, 14
 abstracta 243, 7
 abstrulum 35, 29
 abstulerat 212, 15
 abstulit 22, 29, 171, 7, 190, 5, 252, 24, 257, 29, 321, 18, 342, 16, 368, 17, 387, 21, 413, 27, 430, 27
 absumere

absumere 173,5. 109,7
 absumite 186,12. 144,7
 absumere 76,19
 absumta 129,21
 absumta 284,21
 absumt 54,6. 64,24. 416,30
 abundabat 83,25
 abundans 4,27. 35,9. N. tr. i. v. Abun-
 date 474,30
 abundare 9,24. 91,23 N. tr. i. v. Abun-
 date
 abunde 293,2
 AC 2,6,23,29. 10,28. 32,13. 33,4.
 6,38. 4,51. 7,53. 15,58. 16,61. 17,67.
 26,68. 20,70. 1,72. 7,74. 5,76. 3,79.
 7,81. 10,84. 3,86. 9,92. 24,94. 19,
 105. 18,112. 30,113. 4,128. 116,4. 7,
 27. 30,120. 21,122. 121,7. 27,124. 25,
 142. 25,144. 12,152. 1,154. 7,28.
 155,19. 158,28. 170,10. 171,14.
 172,14. 176,16. 180,23. 183,9. 184,
 20. 192,6. 193,1. 30,196. 10,16,18,
 27. 197,16. 199,1. 202,18. 203,27.
 205,3. 309,19. 211,20. 216,11. 214,
 15. 215,3. 229,6. 234,14. 235,23.
 237,17. 239,18. 242,12. 249,22.
 253,7. 267,7. 24,271. 8,10. 277,7.
 279,19. 279,30. 281,17. 285,14. 20,
 287. 28,305,1. 306,14. 18,310,14.
 311,12. 17,325,20. 328,10. 27,329,
 22. 335,16. 339,9. 340,29. 341,16.
 342,14. 343,18. 344,19. 23,347,12.
 348,14. 349,24. 354,3. 30,363,10.
 364,25. 369,8. 471,35. 373,5. 379,
 10. 382,16. 389,5. 390,6. 409,5. 413,
 22. 415,7. 416,16. 425,24. 427,20.
 430,11. 431,22. 435,17. 440,29. 30,
 442,1. 446,22. 448,14
 acanthi 91,7. 21,53. 4
 acanthida 78,29
 acantho 8,10. 11,9. 132,25. 134,
 17
 ACARNAN 223,20
 ACCA 414,6. 416,20
 ACCAM 414,3
 accede 238,4

accedere 65,8. 128,5. 379,15
 accedet 240,25
 accelera 423,13
 accelerant 344,18
 accelerat 236,7
 acceleremus 264,20. 335,4
 accendamque 292,30
 accendere 81,15. 444,30. 449,5
 accenderit 100,15. 213,26
 accendit 29,25. 196,28. 190,22. 368,
 14. 325,12. 456,26
 accendite 319,12
 accensa 112,5. 101,10. 112,13. 219,25
 277,5. bis. 427,13. que,
 accensas 287,22
 accensi 354,1
 accenso 418,9
 accensos 368,30. 393,1
 accensus 195,19. 449,22
 accepere 405,21. 438,10
 accepit 269,10. 402,14. 438,18
 accepisse 256,7
 accepit 99,6. 93,146. 15,182,22. 230,
 2. 233,23. 257,14. 306,15. 315,20.
 335,16. 410,10
 accepta 52,16
 accessit 23,18
 accessite 356,4
 accesseris 179,9
 accesserit 74,11. 113,13
 accessi 265,12. 106,6
 accessi 444,13
 accessos 275,1
 accessu 183,18
 accessum 310,10
 accessis 117,27. 223,23
 accidit 437,29
 accincta 157,10. 262,20
 accingat 69,7
 accinge 410,10
 accingier 205,19
